BIBLIOTHECAE
PATRVM CISTERCIENSIVM.

SIVE.
OPERVM ABBATVM ET MONACHORVM CISTERCIENSIS Ordinis, qui fæculo S. Bernardi, aut paulò post eius obitum floruerunt.

TOMVS SEXTVS

Continens
- D. ISAAC Stellæ Abbatis Opera.
- D. SERLONIS Saviniaci Abbatis Opera.
- D. ELIÆ Dunensis Abbatis Sermones Duos.
- Epistolam D. Heriberti Sardiniæ Archiepiscopi.
- Epistolam cujusdã Andreæ Monachi ad quemdã Dominum.
- Arnulphi Monachi de Boheriis Speculum Monachorũ
- Operibus S. Bernardi inserrum.

Labore & studio F. BERTRANDI TISSIER, *Doctoris Theologi, Boni-fontis in Theraſcia ejuſdem Ordinis Prioris.*

BONO-FONTE,
Anno Domini. M. DC. LXIV.

Venit Parisiis in Collegio S. Bernardi, & in vico S. Iacobi apud Edmundum Couterot, ſub ſigno Boni-Paſtoris.

PERMISSV SVPERIORVM.

NAPOLI

Præfatio, de Auctore Operum sequentium.

DE Auctore sequentium Operū pauca hęc accipe. Dominus, seu vt alicubi vocatur, Beatus, Isaac genere Anglus, professione monachus, Cœnobij de Stella in dioecesi pictauiensi tertius Abbas extitit, sapientia & eruditione conspicuus, vt ex libro de Anima, & ex multis Sermonib⁹ eius fit manifestum. Synchronus fuit S. Bernardi, vt ex secundo Sermone in Assumptione in fine, satis constat. Potrò in pluribus Sermonibus indicat Cœnobiū suum, in Insula esse constitutum: vnde consequens est, aut Stellense Cœnobium olim in Insula fuisse situm, aut ipsum alicui alteri Cœnobio priùs præfuisse. Nam Stellę illum Abbatē aliquando fuisse, declarat Epistola ad Ioannem Pictauiensem Episcopum scripta. Neque verò per Insulam illam Anglia potest intelligi: neque enim in Anglia, sed in Gallia degebat: & ait se exulem esse in Insula illa, & ab omnibus hominibus remotum. At non fuisset exul in Anglia: nemo enim exulat in patria sua: nec in Anglia remotus fuisset ab hominibus.

SERMONES

B. PATRIS ISAAC,

ABBATIS DE STELLA ORDINIS CISTERCIENSIS.

SERMO PRIMVS

IN FESTO OMNIVM SANCTORVM.

Matth. 5. VIDENS IESVS TVRBAS, *ascendit in montem.* Vtiã, fratres, & nos quãdoque contingat turbas videre, & illis dimissis, ascensiones in corde disponere. Difficile est in turba turbam videre: turbari autem in turba oecesse est: nec turbatus clarè videre, aut discernere, vel diiudicare, vmquam oculis potest. Ideo dimittenda est turba, vt videatur ipsa turba, & iudicetur de ipsa turba. Quicũque enim eam bene conspicit, plenè contemnit, libenter fugit, liberè dimittit. Qui lucem nunquam vidit, nec tenebras vmquam agnouit. Sic Omnipoteos postquam dixit de tenebris lumen splẽdescere, iussit inter lucem & tenebras: tunc discrevit, tunc diiudicauit, tunc vocauit lucem diem, & tenebras noctem. *Et vidit*, inquit, quasi antea non vidisset. Sic nimirum sic turbam non vidit, qui super turbam se minimè leuauit. Turbæ tui belum nun sensit, torhæ tumultũ non audiuit, qui solitudinis silentium non gustauit. Dominus meus Iesus, & fortassis solus, potuit in turba non turbatus à turba, videre turbam; quã tamen videns dimisit, & secessit in montem, quò eum turba sequi non poterat. Heu me! fratres, quanti hodie turbas fugere proponunt, eò tamẽ resident, vbi à turbis itidem inueniuntur, amplius comprimuntur; ita vt fiat nouissimus turbæ tumultus peior priore. Ideo frater, elonga fugiens, nec recurtas ad turbam; sed mane in solitudine, sequere Iesum, subi in montem, die turbæ, Quò ego vado, nõ potes venire. Licet, dilectissimi, de terreno aliquo monte, & exteriori quadã turba historia sibi consteri: ego tamen mysterium attendo; maximè illud, quod plurimùm montes instruat, quod super fundamentum ædificet. Et quamvis materialis turba difficilè vel numquam esse possit sine turba, mihi tamen validiùs suspecta est interior quædam turba; & eò quidem ad turbandum efficacior, quò interior. Et propter hãc frater, in altũ egredere, Iesum sequere. Propterea descendit in te; vt post ipsum, & per ipsum supra te ascendas, etiã ad ipsum in te. O grande mysterium! relictis turbis, ascendit in montem. Sequuntur discipuli, & electi, & soli. Nũquid omnes omnibus de turba corpore fortiores? An spiritu, quod magis puro, feruentiores; vt quò ibat impetus, illue graderentur? Sed qui est, q *Matth. 17.* discipulis iterum tam impiis, tam deuotis, tam fortibus, tam ignauis, tam omnibus relictis, in alium montem cum paucis accedit, quem testatur Scriptura excelsum? Imò quid putamus fratres, quòd aliquando etiam iis ipsis, & aliis, imò omnibus omnino hominibus relictis, solos ascẽdit in montem orare? quid sibi volunt ij montes? In primo ascendit docere, in secundo gloriam suam ostendere, in tertio Patrem orare. Nonquid hic est mons domus Domini præparatus in vertice montium? Sic fortassis venit saliens in montibus, & trãsiliens colles. Primò turbas omnes transiliens, cum discipulis salit in montem, secundò ipsos tamquam minores transiliens respectu trium: tertiò vbi nemo eum sequi potest, vniuersitatem creaturæ transiliens, solus ad solũ, æqualis ad æqualem, filius ad patrem. In primo solus Filius auditur, in secundo Filius videtur, Pater auditur, in tertio nemo vidit vel audiuit Patrem, nisi Filius; neque Filium, nisi Pater. An forte hæc sunt ineffabilia, quæ nun licet homini loqui? Quid si tres montes tres cæli accipi possunt? In primo formatur spiritualis hominũ vita: in secundo monstratur Angelica, in tertio latet Diuina. In primo signatur præsens iustitia, in secundo monstratur futura gloria: in tertio, iãquam cæli cælo, quò ascẽdit super occasum, cui Dominus nomen, ad Orientem, gloriosa sibi solt nota Trinitas, & homini assumpto in Deum, lucem habitat inaccessibilem, In ea pace, quæ exsuperat omnem sensum, vbi tamen homo ille orat *Hebr. 9.* Patrem pro nobis, sicut beatus ait Apostolus, qui assistit vultui Patris, & interpellat pro nobis. Ecce in quanto orat abscondito, qui docuit, orare patrem in abscondito. Face ergo frater, absconditum tibi in te; quò fugias à te, si vis in secreto Patrem orare. Audiamus itaq; iam nunc de primo abscondito, de primo secreto, de primo cubiculo, de primo cælo, siue monte, qui loquatur in eo Dominus Deus. *Beati*, inquit, *pauperes spiritu.* Relicta est turba: nihil de infirmis, nihil de vitio, nihil de malitia dicit. Totum de virtute vitæ, de beatitudine gloriæ, de regno cælorum sermonem texit. *Beati*, inquit, *pauperes spiritu.* Sapientia sapienter semper agit, & loquitur. Volens post se adolescentulas in hac re, Deum eis aperuit theca vnguentorum, vt delectatæ odore, currant post eum: sicut scriptũ est. *Trahe me post te: curremus in odorem vnguentorũ tuorũ. Et cum sedisset, aperuit os suum.* Mihi obtingat sedere cum Iesu, & in monte: sedere ad pedes eius, & accipere de doctrina illius. In turba stat, & abundat, agit, fatigatur, premitur: vt quasi

Matth. 14.

Ad quid turba dimittenda.

Genes. 1.

Isai. 2.

Quid tres montes designent.

Rom. 8.

Matth. 5.

Cant. 1.

non liceat sibi, nec discipulis eius mãducare panẽ vitæ & intellectus & aquam, sapiẽtiæ bibere, quæ in otio bibitur: & qui minoratur actu, hauritur cã.

Matth. 5. Cant. 1. Puteus enim altus est. *Aperuit os suum.* Os, vnde osculum petit sponsa. Os pretiosæ supellectilis, in quo erãt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Os, per quod dies diei eructat verbum. Multi exquisierũt de sapientia, multi de beatitudine: sed quia hoc sanctum os non audierunt, nec diem viderunt, palpabiles errorũ tenebras incurrerunt, vnde non nocti indicauit salsi nomine scientiam. Aperiens ergo os suum ad cor Ierusalem, loquens ei in solitudine, siue in monte, ait. *Beati*

Matth. 5. pauperes spiritu. Beatitudinem loquitur ipsa beatitudo, paupertatem factus pauper, Rex regnum, mansuetudinem mitis, consolationem paracletꝰ, verus panis saturitatem, misericordiam ipsa misericordia, mundicotdiã cordium munditia, pacificentia n & filiationem vetus filius, & natura filius. Verum Patris Verbum quod est loquitur, Diuina sapientia quod est docet, dicẽs. *Beati pau-*

Omnes beatitudinem volunt. & omnes ferè ab ea exorbitant. *peres spiritu.* Sapientes omnino id priore loco posuit, ad omnibꝰ primò proponit, quod omnis quærit, quod omnis cupit, quod omnis desiderat, à quo tamen ferè omnis exorbitat. Quis enim non vult esse beatus? Cur litigat, pugnat, negotiatur, obsequitur, vexatur homo vnquam magis? Annie, vt quod sibi bonum videtur, & vnde aliquateus beatus sibi videtur, alicunde quoquomodo extorqueat? Eò enim quisque beatum se magis credit, quò quod mavult, efficit. Vna mulier ergo omnis homo beatitudinem appetens, sed de ipsa differẽtes sentiens, alius in voluptate corporis, & suauitate temporali, alius in virtute mentis, alius in agnitione simul veritatis eam positam autumauerunt. Vnde omnium doctor, solã charitate sapientibus & insipientibus debitor, primùm contigit errãtes, secundò diligit itinerantes, tertiò admittit ad ianuam pulsantes, sicut ait, *Pulsate, & aperietur vobis.* Clamat pro deuiis Propheta. *Deduc me Domine, in via tua.* Clamat pro viatoribus, *Et ingrediar in veritate tua.* Clamat pro pulsantibus, *Lætetur cormeum, vt timeat nomen tuum.* Clamat pro deviis, *Deduc me in iustitia tua.* Clamat pro viatoribus, *Dirige in conspectu tuo viam meam.* Clamat pro pulsantibus, *Lætentur omnes qui sperant in te: in æternum exultabunt,* &c. Itaque Via, Veritas, & Vita, erigens, dirigens, admitteus, sic inchoat. *Beati pauperes spiritu.* Sæculi huius falsa sapiẽtia, & vera stultitia, nun intelligens quæ loquitur, neque de quibus affirmat, sententiam punit: beatos dicit filios alienos, quorũ dextera deatera iniquitatis, & os loquens vanitatem: propter promptuaria pleoa, eructantia ea hoc in illud, oves fætosas, boues crassas, & cætera, quæ ad inecitum pertinẽt diuitiarum, & pacis non pseis, & incptæ lætitiæ. contia quam Sapientia Dei, Filius propitius. deetera Patris, us loquens veritatem, pronuntiat beatus fore pauperes, futuros reges regni æterni. Ac si diceret. Eritatis, cottigendi estis: beatitudinẽ quæritis, sed nun est, vbi quæritis. Curritis, sed extra viam. Hæc est via, hacitur ad beatitudinem. Paupertas voluntaria propter me, ipsa est via: regnum cælorũ in me, ipsa est beatitudo. Multùm curritis, sed malè: quantò velociùs, tantò longiùs à via. Paupertas via est, non beatitas. Per viam itur, vt perueniatur. Ne formidemus, fratres: audiamus pauperes pauperem, pauperibus paupertatem cõmendantem. Eeperto credendũ est. Pauper natus, pauper vixit, pauper obiit. Moti quinẽ voluit, diues fieri noluit. Credamus itaq; veritati de via ad vitam. Strasperta est, breois est, & beatitudo æterna. Si arcta est, ad vitam ducit, sn latitudinẽ educit, & stetuet in luco spatioso pedes nostros. Sed ardua est, quippe sursum itur, ad cælum tenditur. Ideo expeditos fore nos, operæ pretium est, & non onustos incedere. Quid volumus? quærimus beatitudinẽ? Ostendit veritas veram. Quærimus diuitias? Rea regna condonat, & reges facit. Ittetiunt homines pessima pestis curiositatis: de facili constat, quod satis est, ad superflua sudatur. Eacutant cos à cælestibus vuptus juga boum quinque, in quibus de paupertate sumitur plenitudo, de inopia satis, de extremitate primatus, de vilitate dignitas, de labore quies. Hos mactauit boues Eliæus, vt expeditiùs sequeretur Eliam: & nos simili forma sequamur Christum. Paulandum est nobis, fratres, hodie hic: vt de secunda virtute die secundo secundum Sermonem ordiamur, ab ipso aditi Patris Sermone, per quem, & propter quem loquimur: qui viuit & regnat per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Luc. 14.

3. Reg. 19.

Sermo secundus in eodem festo.

Matth. 5. BEATI *mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Curiositatis malum sequitur superbiæ vitium Sapientia illa, quæ nec est de sursum, sed terrena, animalis, diabolica, zelo & contentione plena, vilem emit, vt alia præesse possit: & sibi litigiũ deesse non possit: beatitudinem sibi dominationẽ reputans. Hanc ergo sapientiam, fratres, ve è diabolicam, & ipsius diaboli primogenitam prolẽ, quæ super astra cætera solium locare ambiebat, tutbidam & turbantẽ simul cum turba telinquẽtes discipuli, audite digni sunt. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Non ait, illam, vel illã, vel aliquam quantamlibet terræ portionem: sed terram. Quis vmquam suo sudore, sua industria, suis pecuniis, suis pugnis, nisi partem terræ obtinuit? Et hoc pauci potuerunt, multi non potuerunt: possidere autem quis potuit? Quid opus est, diu laborãdo acquirere, quod necesse sit eiò perdere? Cælum pauperibus, terra mitibus: quid

Calum pauperibus, terra viuentiũ mitibus.

Psalm. 4. relictum est cõtentiosis? aut quid amplius volũt, qui diuites fieri volunt? Quibus non sufficit cælum & terra, quid eis fiet? Filij hominum, vsquequo grauis cor de, vsqoequo diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Meuntur dignitatem, mẽtitur beatitudinem vanitas dominationis terrenæ Cur in parte remanetis, cur parum cupitis, eor modicum ambitis? Totũ promittitur, via ostenditur, paupertate itur, mansuetudine festinatur. Paoperi beatitudo cæli, mansueto beatitudo terræ debetur. Quid rogo, miseris contentiosis restat, nisi miseria iofernalis? Quid facietis diuites, quid potentes? Consulto opus est. Hinc pecunia, hinc mansuetudo. Instat prædo. Si pecuniam defenditis, perditis mansuetudinem: si mansuetudinẽ tenetis, pecuniæ iacturam facitis. Timeo vtrique lateri: ne simul prædo pecuniam, diabolus auferat patientiam, O numquam fuisset pecunia ista, fratres mei carissimi, quæ diebus bis malis cũ mansuetudine possideri non potest: quæ in via à discipulis Iesu portari non potest. Ideo fortassis *Luc. 3.* quæ defuistis est sapientia primùm quidem pudica, deinde pacifica, docuit neque sæculum, neque pecuniam portandam in via. cum nemine iudicio contendere, auferenti plus dimittere, ablata

rnon repetere, tenere mansuetudinem, quæ est via ad beatitudinē. Collaudans quosdam Paulus
2. Cor. 11. *Libenter*, inquit, *sufferitis insipientes, cùm sitis ipsi sapientes si quis devorat*, &c. O Dñe Iesu, quis credit hodie auditui nostro, & hęc via tua in via sua cui reuelata est? O via nimis arcta, quàm pauci incedunt per eam! Hæc via tua in matt hoc magno fuit: & vestigia tua hodie non cognoscūtur. Hęc
Sapientia hodie stultitia habetur. quam tuus Apostolus sapientiam nominat, summa est hodie insipientia, desidia, inertia. Heu me! fratres, hæc quomodo vbique leguntur, & ferè vbique negligūtur! Catthusienses tamē aliquātum hæc auribus audiendt audiunt: qui ideo libentes habent parum, ne contendant multum. Pauca pussident, ne in se oiundum prouncent. Grandimoniani amplius, qui nihil. Cantabit enim vacuus curà lationę mundi viator cœli Grādimontanus, & felicter: nisi quod deseruntur, plenique in via salutate. Ipsi viderint. Nostra quid refert, alienum seruum iudicare? Tacen de alijs, quorum manus, manus sunt Esau, vox autem vox Iacob est; & quantum manus contra nmnes, & omnium contra ipsos. Beati autem mites tanta facilitate, quanta felicitate, possidebunt in æternitate terram viuentium, dum nos audaces & strenui pro Deo contra præceptum vel consilū Dei pugnamus in tempore pro terra morientiū.
Psalm. 36. *Mansuetis*, itaque, *hereditabunt terram. & habitabunt in saculum saculi super eam.* id est facient Dei, quæ sola & semper manet immota, quoquomodo cæteta voluantur; sicut terra exteris elementis volventibus. Generatio etiam aduenit, & generatio prætetit, terra verò stat. Sequitur: *Beati, qui lugent.* Poterant ista sufficere, fratres, ad corrigendos etroneos, nisi diabolica malignitas latiùs patetet, & cancrionum malum altiùs propi-
Prudentia carnis. usque medullis trepsisset. Latet adhuc Cerbet⁹, & tertium caput enneuit, prudentiam videlicet carnis, quę inimica est Den, quæ sibi soli sapit, cujus gloria in confusione, enius domicilium ventus; quam qui inhabitat, Den placere non potest. Quo mihi, inquit, cœlum & terra, qun diuitiæ in malum dominotum suorum congregatæ: quo potentiæ timidæ semper & timendæ? Foris sunt omnia hæc: ego mei solicita sum. Anima, habes multa bona, epulare & bibe. Quid āplius homini ex omni labore suo sub sule? Mādncemus & bibam⁹, etas enim moriemur. Stulte, thesaurizas, & ignoras, cui Dius habet nummos, sed noo habet vitam. Viue, dum viuis. Cur teipsum ante tempus perdis? Lethargum pateris, oblitus es tui. Incipe teipsum agnoscere, teipsum diligere, teipsum pussidere, tibi propitius fore, & beatus eris. Hic est ille, fratres, nocissimus error, peior priotibus, ille lacus miseriæ, illud lutū fœtis, illud gaudiū, cuius extrema occupabit luctus: & fortassis serò, quaodo consolatio esse non potetit. Ideo miserabiliter sic errantes misericot ditet renocat ad viā illa sublimis sapientia, cui placuit per stoltitiam prædicationis saluos facere sibi etedentes, dicens. *Beati qui lugent, quo. ipsi cōs.*
Matth. 5. Ac si dicetet. Ad gaudiū via est luctus, ad consolationem desolatio, ad inueniendam animā pditio, ad possidendam abiectio, ad amandam odiū, ad seruandam eōiemptus. Si vis teipsum cognoscere, te possidere, intra ad teipsum, nec te quęlibet extrà. Aliud tu, aliud tui, aliud circa te. Circa te mondus, tui corpus, tu ad imaginem & similitudinem Dei factus intus. Redi igitur prævaricator ad cor. Furis peeuses, ad imagioē mundi: vnde & minor mūdus dicitur homo: intus homo ad imaginem Dei, vnde potes deificati. Itaque in
Luc. 15. semetipsum homo reuersus, sicut iunior ille prodigus filius, vbi se inuenit, nisi in regione longinqua, in regione dissimilitudinis, in terra alicna, vbi sedeat & fleat, dū recordetur patris & patriæ? Si porcos pascit, & elutit, nonne lugendi materiā in se repetit? Si multi mercenarij in domo patris sui abundant panibus, & ipse filius caul & pauper frustra venter siliquas quærit, notine facilè oculis lacrymas inuenit? O Adam, vbies? Forsè sub vmbra adhuc, vt teipsum non videas, folia fatuitatis consuis, vt pudēda tegas: quæ foris sunt circa te, & quæ tui sunt videns; aperit n. tibi suit oculi tales. Intus ennspice, te vide; ibi sunt, quæ magis pudeant, quæ exteriora pudete te faciant. Redi intus prævaricator, ad animam, vide & plāge eam subiectā vanitati & iniquitati: & ne possit emergere, captiuitati. Exi foras ad carnem: vide, & luge eam subiectā corruptioni, mortalitati, & ne possit exutgete, infirmitati. Et ne longū sacrā, dilectissimi, nemo intrat in semetipsum, nemo leipsum agnoscēs, nemo abyssum luæ miseriæ, luæ ignorantiæ, suæ difficultatis, suarum passionum, peuertans, suam eu ulcientia metiens, magis, vbi facilè lugent homines, in alieuius propinquit sui funete afficitur ad lacrymas, cōpungitur ad luctum, movetur ad planctū, quàm in ipsius sui, eò
Quando fortius oos esse à nobis, & extra nos. maximè propinquo, quò intimo. Cur alieri⁹ miseretur, qui sui nō miseretur? Constat etgo fratres, fortius oos esse à nobis, tcitu quoqi, & non ante, nustri demum vel oblitos, vel priorsus ignaros, quoties ridemus, tocamur, otiosis delectamur, palcimur fabulis, & verbis mouēntibus risum indulgemus, comessationibus & ebrietatib⁹ crapulamur, cęteristq; cutporis mollitijs effluimus. Vnde semper sobriæ sapiennæ cutæ fuit, ad domū luctus, potiùs quàm ad domū conuiuij inuitare, hoc est in se, qui errat extra se, hominē revocare, dicens *Beati qui lugent*. Et alibi. *Væ vobis, qui ridetis nunc* Fleut, qui flere nos monet, risille non
Matth. 5. Luc. 6. legitur. Sorrū lacrymæ resuscitationem fratris meruerunt. Sororū lacrymæ resuscitatorem fleie
Ioan 11. secerunt, vt & tu te, flendo, resuscites. Eia fratres, letia res agitur: vitile est, ꝙ aggressi sumus. Elias
3. Reg. 19. eremū ingrediens puerum dimisit. Nihil nobiscū puerile ducamus, nthil sequatur: maximè ad puerile aliquid nūquam revertamur. *Corpus*, ait Apostolus, *mortuum est propter peccatū: sed spiritus*
Rom. 8. *vita propter iustitiam*. Itaque ꝙ vivit in nobis, ploret & oret, vt quandoq, resurgat, quod iacet & fœtet. *Infelix ego homo*, ait quidā lugens mor-
Rom. 7. tuū suum, *quis me liberabit de corpore mortis huius?* Sed sequitur cōsolatio. *Gratia Dei per Iesum Christum*. O quanta cura fuit olim patribus sanctis & Prophetis, quibus omnia ferme in figura evenerūt, facere & pati, mortuos suos flere, solēnes dies luctus habere, in septem dies sępe. ppter temporis septimanam. pirabere! & nos, quibus illi flebant, petulanti splene cachinnamus. & nascimur, vel etiam olim mortui sumus & fœtemus: nus negligimus & negligimur: nemo est, qui plāgat dolorem suū anteq̄ vadat, vnde nemo revertitur: nemo, qui moveat benignum Ipsum ad lacrymas. O furutes, quid facitis? Quid facis, actiua, cur non laboras & plotas: quid contemplatiua, cur non oras, & ploras? cur non vbiq; luctus vbiq; desolatio, & domi intus, & in platea foris, donec fremat Iesus, seque ipsum turbans dicat, non tam mortuo, q̄ mutti, *Exi foras*, vt moriatur

hoc absorbeatur à vita. Denique fratres, corrigamur aliquãdo à doctrina sapientiæ cælestis, & siue negotiosi, siue otiosi, miseri simus, & lugeamus: ploremus coram Dño, qui benignos est ad ignoscendum: convertentes nos ad ipsum in ieiunio, & fletu & planctu super nos ipsos: vt aliquãdo secundùm multitudinem dolorũ in cordib⁹ nostris, consolationes eius lætificét animas nostras. Nam beati, qui lugent: non quia lugent, sed quia consolabuntur. Luctus eorum via, consolatio beatitudo. Ecce qui corresit orbem, qui iudicat populos in æquitate. Aequũ quippe est benigno & sapienti Deo, & peruersos corrigere, & correctos dirigere, & afflictos suscipere. Tria & tria, vnum cõtra vnum. Tria vocant à Deo ad mundũ: tria reuocant à mundo ad Deum. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorũ, aut ambitio sæculi. Prima vxorem ducit, secunda boves probat, tertia villã emit. Luxuria, auaritia, superbia: carnalia & sæcularia desideria, & spiritualia nequitiæ in cælestibus. Hinc ergo turba relicta exeuntes, & io motem ascendemꝰ ea discipuli, quasi de subterioribus ad superiora, de exterioribus ad interiora, de corporalibus ad spiritualia transilientes, audiunt, Beati pauperes, mites, cõpuncti: quoniam ipsorũ est regnum cælorum, & terra, & ipsi: sufficientia, potentia, suauitas: regnũ, poresta⁹, pax: & hæc omnia intus, vbi simples & lenis domi habitat, dum agrestis & hispid⁹ silvestria venatur, ac primogeniti prærogatiua supplantatur: quã ad nos transtulit in multis frarrib⁹ primogenitos: qui cum Patre regnat voigenitus, per omnia sæc. sæc. Amen.

Luctus via ad beatitudinem.

1. Rom. 3. Tria tria generalia. Luc. 14.

Genes. 25.

Sermo tertius de Omnibus sanctis.

Matth. 5.

BEati, *qui esuriunt & sitiunt iustitiam.* Fratres, iber sapientiæ scriptus est int⁹ & foris. Quasi foris loquitur, qui peruersos corrigit: intos, qui conversos dirigit. Denique audiamus, quatenus & quomodo diligat eos, qui beatitudinẽ oec in corpore, nec in corporeis, sed in virtute animi locant. Virtus siquidem est habitus animi bene iostituti. Cõponendi ergo, & instituendi, ac etiam ordinandi appositi ratione ad id quod debent, & quo debent, sunt animi affectus, vt in virtutes proficere possint. Ipsi enim sunt, qui operi foris omnem imponunt: quique aut in vitia deficiunt, aut in virtutes proficiunt. Cùm ergo prudenter, modestè, fortiter, & iustè instituuntur: exorgũ in virtutes, prudentiam, temperantiam, fortitudinẽ, & iustitiam: quæ quasi cardines siue radices omnium dicuntur virtutum. Inter quas quoniã iustitia quasi conum vel apicem quendam, & summum fastigiũ tenere videtur, emphaticè virtutis nomen possidet. Itaque beati, qui cõpendiom eligentes, esuriunt & sitiunt iustitiam. Sicut visum est quibusdam, ex omniũ stellarum radiis sol sum micantibus candore notabilem in cono firmamẽti circulũ creari, quem Galaxiam nominant: sic nimirum in spiritoali firmamento ex omnium virtutũ fulgore putatur extare iustitia: quam propterea æquabilitatem quãdam, & modum in rebus dicunt, certum denique finem; quẽ vltra, citraue nequit cõsistere rectum. Ipsa enim est, quæ omnia æquat, reddens vnicuique quod suũ est. Hanc lex uatoræ continet, Scriptura præcipit, Evangelium cõplet, ne tantùm noo faciam⁹ alteri, quod ab altero nolumus pati: sed vt faciamus alteri, quodcumque volumus nobis fieri. Non igitur hic auocemur, sed huc reuocandus, & hac ingrodus, qui beatitudinẽ quærit: ne cum oaturali remaneat, vt Philosophos: vel iustitiam legis assumat, vt Iudæos; sed iustitiæ fidei se subdat, vt Christian⁹: & humilis accusatori sui sequatur ad brauiũ supernæ vocationis in Christo Iesu. Hic n. quod est vel esse potest iustitiæ, ex parte est: ibi verò, quod perfectum est. In parte via, io perfecto beatitudinis plenitudo. Sequere ergo de parte in partẽ, tanquam de virtute in virtutẽ: donec apprehendas, in quo apprehensus es. Vide, ne vnquã aufugiat iustitia à manu, ab ore, à corde: nã qui continens est iostitiæ, apprehendet illam, plenam, perfectam, quietam: quam non iã cum exercitij labore contineat, sed quæ illum tanta facilitate, quanta felicitate conservet. Ideo *bratiqui esur. & sit. iust. Primum*, ait idẽ Magister, *quærite regnum Dei, & iustitiam eius.* Eccę, ꝙ quærere debes, o homo: ecce, quod quæriti à te Deus, vt quæras ab eo. Nam quid mãduceot, bibant, vestiant, genies inquirunt. Scit pater tuus cælestis, ꝙ his omnibus indiges. In ipsum omnẽ solicitudinem tuam proice, tibi laborem retine: ipsi cura est de te, si tibi cura iustitiæ non deest. Ipsam cura, ipsam quære sopet omnia, & ꝓpter ipsam omnia: & ipsum Dei regnum propter ipsam, ooo ipsam ꝓpter ipsum: ne incipias iterum mercenarius esse, & cognoscens negotiatioõ, non inires in potentias Dñi, tamquam qui non sis memor iustitiæ ipsius solus. Cætera adiectiua sunt, tãquam non habentia substantiam, ideo nec quæsitu digna. *Cætera*, loqoit, *adicientur vobis.* Quanti hodie, & quanto studio non quærenda quærunt, quærenda minùs quærunt: vt siquis verbo Verbi credul⁹ aliũ securos, altiùs iustitiæ intendat, iisui habeatur, ac ducator cõtemptui! Sed quid facim⁹ de eo, quòd nõ ait, *quærunt*, sed *esuriunt iustitiam*: nisi vt intelligam⁹ id esse iostitiã animæ, ꝙ cibum & potum carni? Ipsa viaticum in itinere, iuxta ꝙ est parte est: ipsa cœna in patria, vbi perfecta est: ipsa lac parvolis, ipsa esca vitis. Vnde illa Prophetæ exectatio, *Sicut ablactatus super matre sua ita re tribues in animã meam.* Beati ergo, qui esoriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi satoiabũtur. Tunc plena beatitas, quando plena satietas: tunc plena plenè satiabor, qua nunc in parte ex parte fruor. Nunc ad medicinam, tunc ad delectationẽ: ounc ad disciplinam, quæ in præsenti videtor habere aliquid difficultatis & mœroris: tunc ad gloriam, quando exercitatis per eam pacatissimũ feret fructum Ipsius iustitiæ: vt hic quasi quidã flos iustitiæ sioe omnis virtutis appareat, ibi plenitudo frocta patuit. Sic sic ab inchoatione per ꝓfectum ad perfectũ iostitiæ dirigendi sunt, qui in virtute beatitudinẽ quærunt: cuius iochoatio quidem contineat, nemini iniuriam facere, ꝓfectus illatã patiẽter ferre, perfectio omnibus benefacere, si potest, si minùs, velle. Vnde sequitur. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Non est tutum, etiam iosto, cum iustissimo contendere: non n. respondere ei poterit vnum pro mille. Stultum est, cum decem millibos occurrere ei, qui venit contra se cum viginti. Ideo adhuc illo longè agẽte, operæpretiũ est, legationem pacis mittere, quæ dicat, Noo intres in iudicium cum seruo tuo, Dñe, etiam tuo testimonio iosto, quem invenisti secundùm cor tuũ, quem oleo tuo sancto vnxisti: quia noo iustificabitur in cõspectu too oĩs viuens. Quæ est illa legatio pacis? Misericordia. Nam sola misericordia misericordiã cõsequetur. Ipsa est in ea-

Matth. 5.

Fiducia in Deum.

Matth. 5. & 6.

Hebr. 12.

Psalm. 130.

Iustitia inchoata, pratfectum, & perfecta.

Matth. 5.

Via lactea, seu Galaxia

Iob. 9. Luc. 14.

Psalm. 142.

pite iusti corona aurea, expressa ligno laoctitatis: ipsa, per quã iust⁹ saluabitur, vbi vis salvabitur: iustitiam sine misericordia crude lis est, nõ saluabito Ipsa est, quæ auditum malũ non timebit, nec verbum asperum: quando cadent à latere Dei mille, & decem millia à dextris, sine misericordia iusti. Quinimo adabitur auditui eius gaudium & lætitia, cùm dicetur. *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum.* Quare? *Esurivi, & dedistis mihi manducare*, &c. Ac si diceret: quia misericordiã fecistis, misericordiam consequemini. Beati itaque misericordes, quoniã ipsi misericordiam consequentur. Intelligo hic quorundam gemit⁹, & suspiria deprehendo. Dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini. Væ nobis. Sola misericordia misericordiam consequetur, dictũ est, probatum est, verum est. Quid facimus? secundũ quod facimus, fiet nobis. Quid itaque facere possumus cui tenti, sit ẽi, nudo, vago, infirmo, incluso: qui omnia reliquimus, qui nihil habem⁹, quibus omne opus peculiare rei tribuitur misericordiæ? Vbi demum illa misericordia, quæ sola lauabitur, saluabitur, recipietur? Hic est dolor, qui renouatus est in vobis: concaluit cor vestrum, novimus. Hic ignis exardescit in meditatione vestra. Sed vos obmutuistis, & humiliati estis, & propter taciturnitatis grauitatem, & silentij bonum quod est cultui iustitiæ, silentio etiã à bonis. Loquamur ergo, quibus dispensatio credita est in lingua, nõ nostra, sed Dñi: & notum faciam⁹ huius rei finẽ, vt sciatis, quid vobis desit. Misericordiam & iudicium cantat David Dño: sed iudicium post misericordiam, alioqui flenduo. Nam iudicium sine misericordia illi, qui nõ fecit misericordiam. Misericordiæ verò duæ sunt species, dare, & dimittere. Propter quod dicitur. *Date, & dabitur vobis, dimittite, & dimittemini* Et hæc proportionaliter. Vnde est. *Dimitte nobis, sicut dimittim⁹*. Et, *qua mensura mensi fueritis, remietur vobis*. Amplius. Vtriusque speciei tripertita est divisio. Est enim misericordia in vtraq, magna, maior, maxima: inchoans, adulta, robusta: mensura contra mensuram. Qui in nullo fuerit misericordiæ grado, in nullo erit indulgentiæ loco. Prim⁹ itaque misericordiæ gradus dat de suis. Sic admonet Saluator. *Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis.* Secundus omnia sua, vt dicat. *Ecce nos reliquimus omnia, & quid erit nobis?* Tertius se, vt dicere possit. *Non solum impendam, sed & impendar pro animabus nostris.* Hac mercede dilectionẽ nemo habet: hæc retribuit Dño, quantum potest, accipiẽs calicem de manu Salvatoris, & de Domino confidens, ei⁹ nomẽ invocat. Similiter verò habes & de alia specie: nam & de debitis remittitur, & debita dimittuntur: & qui se totum debet, quandoque manumittitur. Sed neque hæc tantùm exteriùs, & in corporeis rebus fiunt: nam & iniuria donatur, & consilium datur, & oratio impenditur, & exẽplum bonum monstratur, & disciplina arrogatur, & alia in vtraqua specie sexcenta: quandoque quidem contra voluntatem, sæpe ad vtilitatẽ: sæpe enim præstantur inviris. Vbi est, inquis, quod timuistis? Si omnia reliquistis, ipsos etiam, qui misericordiã consequentur, iudicabitis. Si quotidie super omnem proprietatem quam reliquistis, volumetipsos impenditis, vt nec corpori, nec voluntati vobis arbitrium, vel libertatem seruetis, dicentes, Aperta patet, nõ quod ego volo, sed quod tu vis: sedebitis super sedes duodecim, comparatione & auctoritate iudicantes duodecim tribus Israel. Igitur beati misericordes, quoniã ipsi misericordiam consequẽtur. Ipsa quippe totius actiuæ disciplinæ summa meritò mõtis huius vertex locatur: non enim est, quò pedes vitiã gradiatis. Quòd si dederitis mutare tortuositatẽ, vt in contemplationem voles, assume pennas vt aquilæ: quod si tibi nimis est, dicito, quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam? Quid n. amplius homini inter homines in hac vita mortali seu morte vitali, vel ad sc, vel ad alterũ potest, quam vt per voluntarium mãmonæ iniquitatis consortium in se modicè sit & totidus, per mansuetudinẽ alios placid' & serenus, per cõpunctionem circumspectus ac devotus, per iustitiã fortis & in templo totus teres atq; rotundus, per misericordiã pioribus benefactus, omnibus benevolus: per amorem paupertatis munoũ inuentem seipsum, per mansuetudinẽm iratum contemnat, per cõpunctionis munus se recipiat, fretãdo iustitiam Deo le iubdat, per misericordiam proximũ colligat: pauperatis amore modicis contentus, modestiæ tenore nulli infestus, cõpunctionis ardore sibi intentus, iust itiæ rigore Deo acceptus, misericordiæ dulcore omnib⁹ omnia factus?

Misericordia quantum valeat.
Matth. 25.
Psalm. 100
Duæ species misericordiæ
Luc. 11.
Matth. 19.
2. Cor. 12.

Sermo quartus de Omnibus sanctis.

Beati munda corde, quoniam ipsi Deum videbunt Matth. 5.

Appetitivum est omnibus, velle videre, quod amant. Hinc post cætera sequitur congruè, *Beati munda corde*, &c. Solent enim mundicordes Deum videbunt, & solo mundo corde videbitur. Deus. Sed quid, rogo fratres, tot, tãdiu, & tantis egimus, si nondũ cor mũdavimus? Si mundauimus ad virtutem, mundandũ est ad veritatem. si mundauim⁹ ad diligendum, mundandum est ad videndum Sanauimus quidem claudum, sed illuminandus est cæcus. Duo sunt pœnalia filiis Adã, ignorantia & difficultas, quarũ altera oculos rationis claudit, altera quasi pedes animæ ligat affectum. Communa primones passionta Propheta deplorans, *Dereliquit me, inquit, virtus mea, & lumen oculorum meorum non est mecum.* Virtus in affectu formatur, vel potiùs affectus ipse in virtute formatur. Rationi quidẽ veritas monstratur, sed ad ipsam videndã ab ipsa illustratur. Dominus itaque dum oculos meos tetigit ad videndã veritatem purgat, quasi cæcum illuminat. Vnde & de mundatione cordis sermo sequens texitur, non vt mundetur a vitiis, quæ per vetusti amoris, siue inordinati affectus domicilia celantur, sed à phantasiis, quæ per corporeos sensus imbibũtur, & intos in imaginatione versantur, & tamquã nubeculæ interpositæ claritatem nobis solis occultant, vel per ipsum solare corpus ortius luminis fontem, ab ipso omnino remotæ, nobis intercludunt, vel ad minus acumen obtundunt. Sicut enim in hoc visibile cælũ sicut pervolandi facultas affuerit, terra ei deferenda esset, & aquæ, quæ super terras esse scruntur quàm terra: illæ etiã leviores ei, quæ mirabili arte suspenduntur, & nubes fiunt: sic nimirũ qui ad portè incorporeum cœlestem oculum acie mentis erigit, non solùm omne corpus, vel corporis similitudinem, sed etiam cogitationũ vniuersam volubilitatem transcendat, necesse est quid mirum inter? Cùm omnes has, quas diximus, nubes, vigilantia mentis, & cordis puritate, silentio, imò post manẽte omni cogitatione, pertransierit⁹: apparebit tãdem nubes clara, nubes lucida, non iam turbida, non densa, non jã ignorantiæ, sed sapientiæ nubes

Ignorantia & difficultas
& difficultas pœna primi
Psalm. 37.

Tenebræ n. sũt lumine, & multò magis in multo lumine: quod ipsam lucẽ, cùm ingreditur tuam incõprehensibilitatem, suam inaccessibilitatem, in qua habitat, tuam denique pacẽ, quæ exuperat omnem sensum, suscipiat ab oculis nostris: vt deinceps revelatione potiùs quàm contemplatione de ea quidquam discatis: sicut sancti Apostoli à vtris, qui aliter viderunt tuxta illos in vestibus albis. *Act. 1.*

Sicut etiam sursum versus quinquepertita quadã distinctione mundus iste visibilis gradatur, terra, aqua, aëre, æthere, siue firmamento, ipso quoque cælo supremo, quod empyreum dicitur: sic & animæ in mũdo isto corporis peregrinanti quoque sunt ad sapientiam progressus: sensus, imaginatio, ratio, intellectus, intelligẽtia. Sensu corpora percipit, imaginatione corporum similitudines, ratione corporum dimensiones, & similia, primũ videlicet incorporeum: quod tamen ad subsistendum eget corpore, ac per hoc loco, & tẽpore. Intellectus super omne quod corpus est, vel corporis creatum spiritum, qui ad subsistendum non eget corpore, ac per hoc nec loco, sed sine tempore cuiquam possit, cùm natura mutabilis sit. Intelligentia, quæ vtcũque, & quantũ naturæ creatæ, super q̃ solus est Creator, fas est, immediatè cernit ipsum solum summè & purè incorporeum, q̃ nec corpore, vt sit, nec loco, vt alicubi, nec tempore, vt aliquando, eget. Mundandum est itaque cor, & ab omni terra & aqua longè recedendum, vt in serenitatem rationis evadat. Propter primũ incorporeum discernendum in intellectu solliditatem surgat, ob secundum incorporeitatis genus intuendum in intelligentiæ igneum candorem ascendat, tãquam in montem Thabor, excelsum valde, vt certum & invisibile videat incorporeũ: sicq; trã. figuratum, sic glorificatum Iesum oculis cernat: vest mãta propter gloriam carnis, qualia non potest fullo facere super terram: faciem verò ob nec ỹpicheosibilitatis, incorporeitatis, invisibilitatis simplicem formam, in qua Patri manet æqualis, non sustinet: imb in facie suem ratio, intellectus, & intelligentiæ cidaor: Petrus Iacobus, & Iosones Patrem audiunt, non tamen videant: quod verò viderint vel audierint, descendentes nemini dicãt. Multa enim, dilectissimi fratres, mira, suauia, iucunda, lucc plenissima, vident, gustant, sentiunt, in oratione & contemplatione sua raptim, & quasi in excessu mẽtis, quæ sibi redditi nullatenus dicere possunt, imb & vie meminisse, virt spirituales, & qui per consuetudinẽ exercitatos habent sensus. Ecce à quibus, quatenus, ad quid mundandum est cor, vt quod sine omni corpore subsistens, sine qualitate decorũ, sine tumore magnum, sine loco vbique, sine tẽpore semper, intueri possit: alioqui Deum omnino videre nõ poterit. Et ideo *beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*; hic per speculum & in ænigmate, ibi, vt est. Hæc est illa formosa, & perspicax oculis, quam elegit ac concupiuit sibi profugus ille, & exul, pro qua seruiuit septem annis, æstu ac gelu vitus, totumque tempus ei breue fuit, & leue, ob spem, in qua exultabat. Hæc est, quæ ob simplicitatem interpretatur ouis, vel visum principium. Mihi obtingat, fratres, obsecro tei cuiusquè à statu, io quo cernitur, ꝓprietatem, & differentias, naturam ec formam, causam, & essentiam meram inuestigare, donec eius videam principium efficiens, formale, finale: id est vnde sit, & quomodo, vnde, & quare. Omnia enim in se naturam habent, formem, vlum, nametum, mẽsuram & pondus. Sed vnde hæc, & quod horum principium, quæro, nec facilè invenio: ob hoc libẽter tcruio, & omnia feto. At propter patrię morem supponitur mihi lippa & laborrosa, quam nõ quærebam. Non est, inquit Laban, consuetudinis apud nos, vt iunior nubat prior, aut marito tradatur. Hæc est affectio animæ, siue concupiscibilitas, de qua jam tot & tanta præfari iumus: quæ rationali sensui primum ducenda est, componenda, ordinanda, domi semper dimittenda; vt in secreto diei secura ipse occurrat Angelis iubilus, vt Abraham: Sara domi relicta. Non enim, vt apertiùs loquamur, plenè perfectèque spiritualis esse poterit, neque ad contemplationis otium idonea accingi, aut tabernaculum securus egredi: quin non illud priùs evacuatum vitijs, id est omni amore perverso & inordinato, moribus bonis ornatum & cõpositum, virtutibus præditum, & munitum reliquerit: ne si redierit spiritus adulter & immundus, insidians legitimo thoro, & invenerit domum scopis mundatam, & ornatam, sed virtutibus vacuam: irrumpat, vel irrepat, domum occupet, septem alijs satellitib' nequioribus se muniat, affectionem ipsam dominam domus cotiũpat: & sint nouissima spiritualis istius peiora prioribus: vtpote qui spiritu cœperit, & carne cõsummetur, vel potius consumatur. Itaque vt paucis absoluamus, discretè, sobriè, fortiter, & justè, instituenda est affectio: vt sit in ea habit' animi bene instituentis, qui virtus dicitur, & in charitatem formetur, ordinetur que, sicut legitur, *Ordinauit in me charitatem.* sitque prius, qui spiritualis esse desiderat, affectione quàm ratione, & conuersatione quàm meditatione. Pedibus nitatur vt surgat in volatum: & quia semper volare non poterit, pedibus se recipiat, ne præceps ruat: hoc est ruat affectio, quæ domus & vniuersæ supellectilis, totiusque curam familiæ gerit. Circa omnia sollicita est & turbatur: cũctis operibus, & membrorum motibus nomen officiumque imponit: si bona & ordinata, bonum & ordioatum, sin autem mala malum, peruersa peruersum, corrupta corruptum. Subdatur itaque sicut operatio voluntati, sic voluntas vel affectio rationi: ratio autem sapientiæ & verbo Dei. Vt sit vir sapiens, & revelata facie contempletur tanquam ipsius imago Deum: & non habeat velamen super caput, cum immediatè soli subsit Deo. Mulier verò prudens, & non litigiosa, caput suum velet, viro subdita, cuius imago est: vt sit pax suæ domui, & benedicti mereatur, & multiplicetur nimis: & jumenta etiam eius non minorentur. Sint filij & filiæ, meditationum spiritualium fructus: familia virtutum multa nimis: oves quoque fœtosæ suauium & simplicium morum, jumenta & boues corporalium exercitationum: & omnis domus à sapientibus & prudentibus ordinetur, diretur & fœcundetur: ad postremum verò seruetur sicut scriptum est, *Vt operaretur & custodiret illud*: & sic sint in pace omnia, quæ possident. Ipsi quoque dum posuerint fines suos pacem, id est inter virum & Dominum suum, rationem mentem & Deum, mulierem & virum suum: id est animæ affectionem & mentem rationalem: inter ipsam denique viraginem, & quæ suæ debetur dictioni, vt consequenter audire debeant, *Beati pacifici &c.* Sed hoc fratres quod de hac extrema & suprema virtute dignabitur revelare Dominus virtutum, de alio expectetis initio. Interim hodie pausemus in Christo, Amen.

Anima quinque ad sapientiam progressus.

Marc. 9.

Matth. 5.

Genes. 29.

Genes. 29.

Evacuatio vitiorũ requiritur ad contemplationem.

Cant. 2.

Genes. 18.

Genes. 2.

Matth. 5.

Sermo quintus in eodem festo.

Matth. 5. BEATI *pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Quid ampliùs quæ it seruus, nisi vt fiat filius? Imò quis bone, fratres mei, vel opinari tenuiter auderet: nisi hoc ipsa Dei benignitas & permitteeret & promitteret? Impij eram⁹. & propterea inimici: de salute nil tractantes, nil sperantes: & gratis venit, inopinatosq; prævenit, qui verè primi dilexit nos, Christus, & pro impijs mortuꝰ est. Hoc est, quod admiratus Apostolus, ait. *Rom. 5.* *Vt quid Christus pro impijs mortuus est*: cùm pro iusto nemo velit mori? *Nam pro bono*, id est pro amico, & commodo sibi, *forsitan quis audeat mori*, vt de Pylade & Oreste legitur. Sed nos inimici eram⁹, *Ibidem* sicut sequitur. *Si, cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multò magis nũc* &c. Quid est, *multò magis*? Recta, vt filiationẽ accipiamos per ipsum Filium, Notate gradus, profectus distinguite. Inimici eramus, peccati servi, liberi iustitiæ. Liberauit nos Filius, & verè liberi facti sumus à peccato, & diabolo, iterum facti iustitiæ. Et hic primus gradus est: quem desiderans quidam clamat. *O Domine, libera animam meam:* *Psalm. 114.* spiumque conscientus exuliat. *O omine, quia liberasti me, ego seruus tuus, & filius*, nondum dico, tuus, sed *ancil. tuæ. Dirupisti vincula mea*, quib⁹ me quasi quadrupedẽ strinxerat diabolus, vt nec exire, nec operari liberum esset, sicut scriptũ est. *Psalm. 103.* *Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam.* Nunc pedem moueo, nunc manum aridam extẽdo: de peruerso conuersus, de inimico seruus, vt benefactam tibi prorsus inutilis, qui bonorũ meorum non eges: & mihi tamen vtilis, qui eum timore & tremore meam operor salutem. *Luc. 17.* *Cùm omnia*, inquit, *bene fecerimus dicite, serui inutiles sumus.*, &c. Ecce qui facit mala, vel bona male, inimicus deputatur: qui omnia bene, nondum amicus, sed seruus vocatur. Itaque bene facere, opera virtutis exequi, iustitiæ & misericordiæ, ad seruum pertinet: amicus verò interest secretis, nouit consilia. Vnde secundo gradu audiunt olim *Ioann. 15.* de inimicis facti serui. *Iam non dicam vos seruos, sed amicos meos* &c. Quid adhuc expectamus? Ac vt de amicis tertio gradu fratres Christi, filij Dei, ac per hoc post emò heredes Ipsius, (quã qui *Matth. 5.* filij, & heredes,) efficiamur, *Beati*, inquit, *pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Mundi ordinibus per speculationẽ nota facta sunt omnia, quæ audiuit à Patre filius; nam & ipsi propter pacificentiam filij vocabuntur. Quæ est ista, fratres dilectissimi, quæ est ista, rogo vos, per ipsam caritatẽ Christi, tam amanda, tam desideranda, tam ista pax, siue pacificentia, quæ super omnes virtutum gradus locatur, super omnia merita ponitur; omnium arcem obtinuit, omnium beatitudinum altissimam & maximam tribuit? Quæram⁹ ab hominibus, quæramus à sanctis Angelis, qui nobis, & nostris intersunt. Postolemus maximè, quoniam hac sapientia omnimodis indigemos, ab ipsa qui dat abundanter, & non improperat. Quæramus orando, meditando, legendo, nunquam deficientes. Nam si quærentes quærimus, vtique inuenietemus, propter veritatem ipsam quã quærimus, quæ ait. *Quærite, invenietis.* Hic est thesaurus in agro absconditus, hæc pretiosissima margarita, studiosissimè quærenda, cautissimè emenda, admodum sollicitè seruanda. Hic est mons montium, in quo solus filius naturaliter est eum patre: sed de solus sit lætus, dignat⁹ est fratres adoptare. Quæreodum ergo sumus opere est quiequid illud sit, vnde efficiamur fratres Christi, & filij Dei possimus: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Et ecce clamat vnus de Seraphim, in quo est plenitudo dilectionis, & ipsa fortasse, quã quærimus. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Numquid ait, quotquot viderunt eum? Mundicordes vident, ieo pacifici recipiunt. Hic forsitan, imò reuera hic est ager, vbi thesaurus est absconditus. quotquot, inquit, receperũt eum. *Ego*, inquit, *veni in nomine Patris mei, & nõ recepistis me.* Quid est ergo recipere Verbum Dei? Miserum est, non videre Dei Verbum: misericordiam, videre, & non recipere. Quomodo, & vbi recipiendum est istud Verbum? Duæ sunt partes œconomiæ: operari, & custodire. Vnde de primo homine dictum est. *Vt operaretur, & custodiret illum.* Prima pertinet ad virum, ieconda ad viraginem. Huius est, exire foris ad laborem suum: (nam homo nascitur ad laborem) & quod acquisierit, domum portare. Illius est, domi manere, virum præstolari, ad eius pendere reditum: quæ contulerat, vsui parare: vt cùm venerit, simul epulentur & bibant, & delectentur in lætitia. Multi multùm laborant, & parum profitentur: in sudore vultus sui congregant diuitias, & mittunt in lacum pertusum: vnde in terram cadunt, & perditũ eunt. Oportet hæc apertiùs dicere. An omnia intelexistis? Nostis satis, & tam superiùs audistis, quis sit ille vir, de quo loqui intendimus: & quæ mulier, quis labor eius, & quæ epulæ, & cætera, quæ posita sunt. Multi enim & acumine ingenij, & vehementi applicatione animi, & vivacitate mentis, & ipsius rei assuetudine, profunda scrutantur, alta penetrant: ita vt quod notũ est Dei, manifestum sit in illis, sempiterna etiã eius virtus & diuinitas, vt sint inexcusabiles. Sed quia nõ ipsam sapientiam propter ipsam quærunt, euanescũt in cogitationibus suis: & in vana gloria apud homines delectantur: & opinione, hinc quæsta, etiam cùm venerint, non recipiunt in affectione cordis, & dilectione, quæ venit à Patre: sed in desiderio animæ suæ attrahũt ventum, sectantesq; vanitatẽ fiunt vani: & quod sursum acquisierũt, deorsum pessundant: omnem portionem pretiosæ substantiæ luxuriosè fornicantes profligant: ideoque cũ legitimo thoro minime pacem habent: vnde nec audire digni sunt, *Beati pacifici*. &c. isti sunt, qui *Matth. 5.* in sublime elati, semetipsos mirantur: deorsum *Superborũ* intuentes vertiginem patiuntur: non habẽtes cui *clava.* inhærent, in præceps ruunt. Alto enim iudicio misertur eis spiritus vertiginis: & errare eos facit, sicut errat ebrius & vomens. Foris enim euomũt, vnde intus viuere deberent. Obscurantur insipiẽs cor eorum, & iactantes sapientiam suam, stulti apparent: diligentes magis tenebras, quib⁹ tenebrẽtur adhuc, quàm lucem, qua fuerant illuminati. Vnde fratres, illa sancta & Deo verè deuota mẽs, quæ intrauerat in sanctuariũ Dei, & in nouissimis intellexerat, sicut sanctus Iacob in principio seruierat, considerans, quid sibi in cælo esset repositum, scqoe increpaos, quòd quidquam super terrã concupisset, defecta iam carne, cuius & cor le, quo concupierat, ait. *Deus cordis mei*, meditatio videbeet, *& pars mea*, quam expecto, in quam intẽco, *Psalm. 72.* in qua delector, vbi finem statuo, propter. quod labono, quod ordinatæ affectioni animum portem, vnde cœnet mecum, & ego cum illa, Deus ipse. Ipse mihi meditatio, ipse mihi delectatio. ipsum

propter ipsum super me quæro. Ipso abipso inº me pasto. Ipse mihi ager in quo laboro, ipse mihi fructus pro quo laboro. Ipse mihi causa, ipse mihi effectus, ipse mihi principiū, ipse mihi finis sine
Psalm. 72. fine in æternum: *& pars mea*, inquit, *Deus in æternum*. Quoniam qui elongant sese à te, ne audiant ecclesiastes si audierint, ne videant, vel si viderint, ne recipiant, sed te non propter te audiant, quærant, videant, prædicent, eum aliis rebus fornicantes abs te, peribunt. Nam in occulto iudicio tuo iam perdidisti omnes fornicantes abs te. Ideo inquit, mihi adhærere Deo semper, vt ascendam per ipsū ad ipsum, & cum ascēdero, ne cadam ab ipso, bonum est. Et quoniam nondum per speciem requiescimus, sed per spem ambulamº, ponere, inquit, in Domino Deo spem meam. Ecce, fratres mei, quo in agro, quibus manibus, qua spe laborare habetis: qui non solùm solitudinem loci, sed & spiritus introiistis: vel etiam Dei, vbi nonaginta nouem ones reliquit. Ecce perceptos fructus quò referre debetis: vbi, & cum quo epulari & bibere, panem vitæ & intellectus, & aquam sapientiæ salutaris. Oportet enim vel laborantem agricolam
2. Timot. 2. de primitijs sui fructus percipere. Quis enim plãtat vineam: & non bibit vinum ex ea? Hoc semper & in omnibus attendẽtes, summopere curate, carissimi, ne in hoc secreto cõiugio vestro vir vel otiosus torpeat, nec in alieno laboret, vel nisi legiti næ vxori quidquam acquirat: nec vxor in sibi subditis inconsulto viro vel modicũ ordinet: quatenus si tedinem seruare studeritis, intus in proprio domicilio prius seruetis: & sit omnia exercitatio corporalis, quæ ad modicum valet, subdita piæ affectioni: omnis affectio & voluntas rationi: mẽs verò rationalis Dei verbo, vt ab eius magisterio nunquam discedat: sicut ibi audierit & viderit, sic infetius omnia iudicet, temperet, ordinet. Discat ibi, quod doceat, dicens, mea doctrina non est mea: sed eius, cui subiecta sum. Illi semper indefessa dilectione adhæreat, in illum prospicere delectet, dicens. Mihi adhærere Deo, bonũ est: nam qui adhæret Deo, vnus spiritus est. Si enim qui adhæret carni illa euirata enerũique voluptate, vbi spiritus ipse ferme totus caro efficitur, vna fit caro, vt iam non sint duo, sed vna caro, qui carnaliter adhærent: nonne meritò qui masculo cordè & mente virili, non minori quadam, sed castiore, sed puriore dilectione, se totum transfundens in Deum, de se sibi nihil retinens, nihil reseruans, adhæret illi, exutus se, vnus spiritus cum illo efficitur? An efficaciòr illa pestis ad nocendum, ad captiuandum, ad deglutiendum, ad permutandũ: quàm ista virtus ad auxiliandum, ad libetandum, ad conglutinandum, ad immutandum? Ait omnipotens sermo, cui subest posse, cum velit: imò
Ioan. 17. eius idem posse & velle, *Volo Pater, vt sicut ego & tu vnum sumus, ita & isti sint vnum nobiscum.* O voluntas pia, voluntas Dei Deo digna, voluntas plena gratia, & charitate: voluntas plena veritate, quia veritatis! *Vt sicut ego & tu vnum sumus, ita & isti sint vnum nobiscum* Ecce quo properatur seruus, quo reconciliatur inimicus: vt fiat de inimico seruus, de seruo amicus, de amico filius, de filio heres, de herede vnus, immo vnum etiam cum ipsa hereditate: vt sicut non poterit seipso priuari, ita nec hereditate, quæ Deus est ipse: &
Psalm. 72. ideo *pars mea Deus*, inquit, *in æternum*. Ecce vt sunt vnum nobiscum. O vnum vnum, o vnum vnite vnum, o vnum prorsus necessarium: vnum propter quod õnia mundi huius dulcia relinquẽda, amara sustinenda, honesta fugienda, & honesta amplectenda. Vnum ad quod multipliciter cuncti niti, in quo vniformiter stare, pausare, delectari. O si detur audacia verbis, o si conferre liceat turpia decoris, inhonesta castis: supremum spiritus carnis extremo? nunquam melius, nunquam propriùs, nunquam expressiùs, hæc vnio sancta, spiritualis, diuina, in his tenebris mirabiliter, quàm à simili, per eius contrarium. Nihil enim veritate dissimilius, nihil comparatione similius. Sicut enim in carnalis commixtionis articulo, ita spiritus totus in carnem transit, cui alius, sui impos, suorum immemor, sopitis cunctis & solitis undimibus vniuersis, vt nihil interim cogitet de pecunia auarus, de honore ambitiosus, de gloria vanus extrà gaudeat, nec doleat, nec cupiat, nec metuat, dum ab hac vna & sola sorbetur voluptate: sic nimirum, imo multò amplius, totus spiritus sobriè ebrius, furiter enervis, in Deo omnia potens erit, in omnib⁹ gaudebit, quãdo per plenissimam veritatem, virtutem, caritatem, et adhæsebit, qui in omnib⁹ suis omnia erit. Ipsum intuebitur propter ipsum, ipsum amabit propter ipsum: vt nihil aliud in omnibus deiectet videre, quàm ipsum, quem diligit: nihil aliud videre, quã ipsum quem videt. Visione illuminabitur ad diligendum, dilectione inflammabitur ad visionẽ: vt dum semper ex altero in alterum tuatur, infinitæ felicitatis circuitum, in quem nunquam ambulabunt nisi pij, sequatur: eo dignus videre & cognoscere, quia diligit: eo desiderabuodus diligere, quia cognoscit. Non enim potest videri, & non diligi: sed nec debet diligenti nõ ostendi. *Ioan 14.* *Ergo*, inquit, *ostendam ei meipsum*. Hæ sunt, dilectissimi, illæ alæ beatorum Seraphim, quibus in *Isai. 6.* Sedentem super solium semper volant, in quem *1. Petri 1.* desiderant omnes Angeli prospicere: propter desiderium semper prospicientes, propter prospectum semper desiderantes. Ergo fratres, vt aliquãdo dispendiosum sermonem claudamus, summã totius Religionis, spiritualis maximè exercitij scopon, hæc pono. Nam sicut in cælestium Angelorum Ordinibus Cherubim & Seraphim luprema noscuntur in suo cælo: sic in nostro cælo, *Summa Religionis, & exercitij spiritualis.* id est in anima insti, in qua sapientia sedet, cùm ibi idem ordines gradusque possint, debeantque esse virtutum, tamquã Angelorum: ne nostrum cælum sine Angelis sit, cognitio & dilectio, tamquam Cherubim & Seraphim, archiam obtinent, hisque debent omnia virtutum agmina sobdi & tamulari. quod, oisi vobis excideric, aliquando à nobis audisse vos, meminisse potestis. Itaque ad nihil aliud, quæso, fratres mei, studeat bot vester, squaleat solitudo, vigilet intrẽtio, siue corporalis exercitij, siue studij spiritualis: quàm, vt vitus expulsis, cõpositisque moribus, inductis virtutibus, quibus sobriè, & instè, & piè, tamquã boni actini, viuẽtes io hoc sæculo, cor mundetis ad speculandum, accendatis ad amandom diuinæ visionis beatam spem: in qua plena pacificentia conferet genetosam filiationem Dei: quã nobis per Filiũ, in Spiritu sancto, præstare digneiur, qui viuit & regnat Deus, per infinita sæc. sæc. Amen.

Sermo sextus.

Videnit Iesus turbas, ascendit in montem Hodie dilectissimi cernere est cælestem medicum alabastra pigmentaria referentem, quæ secum veniens de sinu Patris attulit, vt illius vulneris curet, qui

Luc. 10. descendens à Ierusalem in Iericho, incidit in latrones. Descendens enim iste cõmunis est Adam: qui quoniam sponte & stultè descendit, iustè incidit in latrones.

Liberum arbitrium Adæ. Poterat enim Adam in ea stare, in qua creatus erat, pace, si uellet, omnium rerum opulenta, omnis ineursionis secura. Itaque non coactus cecidit: sed quia uoluit descêdere, & quia descendit, incidit in manu violentas: ut pateret tot quod nollet; qui nihil pateretur, si stare uoluisset. Latrones isti magni sunt spiritus, corporis quoq; nostri & spiritu multimodæ passiones: in quibus ipse saucius sic lamentatur, *Quantas*

Psalm. 70. *ostendisti mihi tribulationes multas & malas!* quas equidè passus non sum: sed iustè meruit incidere in latrones, & per illos in dolores; qui, ut dictum est, uoluns descendit. Nullaneus enim potest tot crudeles manus à pio Domino incidere permittente, nisi intimo & innato uitio, priùs apud se iam quem fortitudinem suam cuncludite debuerat, ab ipso desereretur. Dum ergo deliciuit, descêdit, & quia descendit, deseritur est abeo qui uoluit. Deseruit

Desertus Deus defensus hominem. autem ei ergo incidit in illius, cui peromissus est, id est diaboli, manus: qui in nullo peperit, sed spoliauit, plagauit, semiuiuũ reliquit. Totus mortuus, semiuiuum reliquit: nam si semiuiuũ, utiq; semimortuum. Sic est enim uita hominum mortalis, ut sit & mors uitalis: mors uerò diaboli tota mortalis, nihil habens unde reuocetur ad uitã: sicut uita Angeli tota uitalis, nihil habens, unde inclinetur ad mortem. Homo itaque semiuiuo reliquitur: uiuus, sed morti p se indeclinabilis, mortuus, sed adhuc medicinæ capatibilis. *Plagũ*, inquit,

Luc. 10. *impositũ* Sed uideamus, quibus: quas tamẽ sentiendo melius discutimus, quàm differendo. Excepit itaq; infirmitatibus & plagis corporis, quæ multiplicatæ sunt super numerum, uulnera, quibus cor ruptuoi est genus humanũ in primo à primo parente, genere septem sunt, specie multa, numeru autẽ infinita. Septem enim sunt corruptiones nostræ generales & originales: ex quibus omnis generatio peruersa, & uiperea soboles nas-

Septem corruptiones generales. citur uitiorum, siue peccatorum. Hæ sunt radices amaritudinis lutsum pullulantes, fomites peccati, cubilia dæmonũ, cunabula mortis. Prima igitur descendendo, numero & uitio, ordine & malignitate, superbia est. Superbia verò est amor *p*priæ excellentiæ. Ista est, quæ per rapinam, quatum in se est, Altissimo adæquator: & dum operũ suorum gloriam alteri dare dedignatur, ex hac primogenita *p*les nascitur inuidia; omnis enim arrogans inuidus sit, necesse est. Inuidia verò est odium felicitatis alicoæ. Hanc sequitur ira, id est animi perturbatio: cui enim inuidet, fetenos esse non potest. Hęc si alniùs animo insederit, tristitiã parit; quæ perturbatũ immoderatiùs absorbens, in desperationis uoraginem mergit: ubi suscipiẽs eum auaritia, id est amor mundi, tãquam meliori spe destitutum, blandè lenterque consolatur, &

Luc. 12. p stcà gulæ cõtradit, *Anima*, inquient *habes multa bona reposita in annos plurimos: epulare, & bibe.* Quem gula deglutiens, per luxuria egerit: ut de pretiosissimo homine fiat uilissimum stercus, impleaturq; in eo, quod dicitur, *Qui nutriebantur*

Thren. 4. *croceis, amplexati sunt stercora*: & illud, *Computrescunt ut iumenta in stercore suo* Ecce quomodo cõparatur homo, qui honorem suũ non intellexit, iumentis, non solùm insipientibus, sed etiam immundis, & similis factus est illis. Superbia spoliauit eum Deo, inuidia *p*ximo, ira seipso: tristitia in terram strauit, auaritia ligauit, gula uorauit, luxuria stercorauit. Hæc sunt, quæ militant aduersus animam, quæ insidiantur miseræ. Latrones, qui uiã descendentis obsident, in quorum manus incidit, qui descendit, caro, mũdus, diabolus. De carne egestio & ingestio, luxuria & gula: de mũdo auaritia & tristitia: de diabolo ira, inuidia, & superbia. Hæ sunt carnalia & sæculariadesideria, & spiritualer nequitiæ in cælestibus. Pet superbiã Angelus cecidit, per inuidiam hominem deiecit, ira per Cain fratricidium primum fecit, tristitia eumdè fratricidam primò desperauit, auaritia pèr ipsum desperatum terrenam ciuitatẽ prima fundauit: gula & luxuria (à fine Cereris & Bacchi friget Venus quia dissentiunt ordinẽ inter filios Dei & filias hominũ) torbauit. Deum ipsum, quòd hominem fecerat, ad pœnitudinem eumpulit, diluuiũ intulit, hominem deleuit. Talis enim qui est, ab homine deletus est, & in pec*

Latrones carnis, mundus, diabolus.

Genes. 3 & 4.

Genes. 6.

Vulnera ex peccato primo inflicta.

mutare *p*nisi quòd hoc est natura, ipse sit uitio. Hæc sunt cõmunis Adæ uulnera, corruptiones naturales uel originales: quia & in origine nobilium nascuntur, & cum natura nobisũ oriuntur. Hic pater noster Amorrhæ*o*, & mater uestra Cethęa deteliquerunt nos. Talis qui nascitur, lemeu est Chanaan, & non Iuda. Talis qui nascitur, non est lotus aqua, nec tale salitus, nec pannis inuolutus, nec umbilicus eius est præcisus. Nõ est enim, qui faciat cum illo ullam misericordiã, quibus tales indigẽt. Ecce quales habuimus parentes in terra, de terra terrenos. Parentes nunc antè naturæ, quàm culpæ, uel pœnæ. Parentes nõ priùs uitæ, quàm mortis: huc seminantes, quod habeoter; hoc donantes, quod inuenientes; hoc generantes, quod existẽtes: & ubique qualis pater, talis filius. Et sicut ipsi de diuersis merentes, sic diuersa seminantes: de Deo naturam, de diabolo culpam. Unde & nos de utroque genus ducere necesse est, ut simus filij Dei, & filij diaboli: de bono boni bene conditi, de malo mali malè corrupti: hinc habentes naturã, unde aliquid sumus: hinc trahentes culpam, qua nihil efficti sumus. Et hoc est omne opus diaboli, nihil nostrũ: quod uenit soluere filius Dei, & liberare, saluateque aliquid nostrum. Suum enim uenit reparare, alienum destruere, suum sibi religare, unde religio dicitur: alienũ solvere, suum denique ab alieno, & alienum à suo, tamquam pretiosum à

Ierem. 15. uili, separare. *Si separaueris*, ait Propheta, *pretiosum à uili, quasi os meum eris* Os igitur Patris, Christus eius. Itaque audiamus, quatenus ad id munitus, paratusq; aduenerit. *Egredietur*, inquit

Isai. 11. Isaias, *uirga de radice Iesse*, nam de fronde noo posset, *& flos de radice eius ascendet.* Iam sperare incipio: nam flos spes fructus intelligitur. *Et requiescet super eum spiritus Domini* O quàm bonus fructus! Merito in Nazareth cõcipitur, & in Bethleẽ nascitur. Spiritus sapientiæ, & intellectus, &c. O anima uirtutũ fœcunda, gratiarum plena! Septem propter septem: & septem contra septem. Septem gratiæ in Christo, septem cõcupiscentiæ in Adam. Septem plagæ, septem medicinæ: ubiq; unum contra unũ In Adam hinc natura, hinc culpa: simul tamen natura & culpa. Sicut enim in uno fonte, diuersis tamen uenis, si simul scaturirent uinum & aqua, non posset hauriri, nisi utrumque aquatum, & aqua uinata: sic o filij Adam, uinum nostrum mixtum est aqua, ut simul oriatur & culpa naturalis, & natura culpabilis: ut ideò prius sitis bonã à bono, per naturam; quàm mali à malo, per culpam: simulque gignatur, sicut de

Septem plagæ septem medicinæ.

Sed vnde descenderunt, & vbi reliquerunt eum parentes eius? Certè ab Ierusalem: ab illa nimirum, vnde descendit stultus ille, & miser, qui incidit in latrones O Adam, vitiam in tua pace & visione, vbi à conditrice gratia positus eras, remansisses: & non nunc extra viam prope Iericho cæci & mendici sederemus filij tui omnes nos. Secuti sumus, fratres, filij patrem naturali necessitate, sequimur quotidie culpabili voluntate. Nemo stat. Nemo manet. Nemo in eo quod accepit, vel creatus est, nisi solus Iesvs, remanet. Descendimus, labimur, capite deorsum ruimus: & nisi ad hunc solum, qui remansit, redisssemus, paulominus habitassemus iam in infernis animæ nostræ. Si autem dixerimus contritti & cõteriti, quia sine Deo ambulamus in hoc mundo: malè motus est pes noster, & correcto gressu repedemus ad Iesum: ꝑ cuius dubio misericordia eius adiuuabit nos, vt eum inuenire, saltem post triduũ, discessionis per culpam, inuentionis per pœnitentiam, inquisitionis per diligentiã, possimus Templum verò, siue Ierusalem, natura est rationalis mentis: creata videlicet, vt videret Deum, qui est pax vera, & templo fieret, vbi habitaret. Hoc ascendimus primo motu, de non esse venientes ad esse, de nihilo ad aliquid. Hinc reuertimur per culpã: declinantes ab esse ad non esse, de aliquo ad nihil. Nam si peccatum nihil est, vtique non est: ac per hoc qui ad peccatum se inclinat, ad nihil & non esse tepedat. De terra quoque sumptus homo per naturam, supereleuatus per conditricem gratiam, in ipsam redit per culpam. Vnde ei dicitur. *Terra es, & in terram ibis.* Inde reuertitur per pœnitentiam, sed si Iesum inuenerit, fructuosam. Iesus verò solus in eo quod factus est manens, ideoque à templo non descendit: nisi ꝙ supra sapientia & ætate profecit, infra verò omnino non defecit. Nũquam sancta eius & medicinalis caro per intemperantiam inæqualitatem incurrit, numquam per pollutionem in corruptionem descendit. De Spiritu sancto & Virgine concepta, sancta & virgo nata est, vixit, mortêq; sustinuit. Benedicta autem illa anima carni vnita, quæ carni non adhęsit (sicut Adam luget, *Adhæsit pauimento anima mea*) carnem lege naturalis affectus amare potuit. carni concupiscentiæ visco agglutinari non potuit. Bona à bono creata, & bonæ carni similiter à bono creatæ vnita, ita bonum conditionis vtrique bonæ seruauit, vt de non esse venientes ad esse (quoniã creaturæ sunt) retro nũquam respicerẽt in anteriora multùm proficerent. Quis enim gloriabitur, castum se habere cor? Quis in nubibus æquabitur Dño Iesu, similis erit Deo in filiis Dei? Baptista Ioannes nubes erat, nubes erat & Ieremias: ambo sancti nati, sed ambo sanctificati *Priusquam* inquit, *exires de ventre, sanctificaui te.* Ambo sancti nati, sed nũquid sancti concepti? Vbi ergo, & vnde sanctificati? Quò si sanctificati, vtique quãdoque polluti. Et hoc vbi, & vnde? Sed ad hęc quis tam idoneus? Carnẽ bonam bonus creat, animã bonam bonus infundit: sic tamen vtramq; malau, vtramque corruptam inuenius, vt vtraq, sanctificatione indigeat. & neutra fuit priùs bona, ꝙ mala, sana, quàm corrupta: nec corruptio non tam originalis, sed actualis contineatur. Neutra igitur vel ad instans in statu permanet conditionis, quo vocatur ad esse: sed per vitium originis redit ad nihil esse cùm incipit esse, vt mirabiliter & miserabiliter non priùs incboet esse, quàm nõ esse; venire, quam redire; ascendere, ꝙ descẽdere: nec incipiat miserabiliter anima priùs vita dari, quàm mortẽ date: vt sit & caro mortificãs, à quo viuificetur, & anima viuificans, à quo mortificatur. Hic occurrũt lugubres illæ nuptiæ septẽ virũ & toties homicidæ illæ Raguelis, quam Tobias filius Tobiæ sine periculo ducere potuit, qui dæmone fortiorẽ Angelum comitem, imò ducem, habuit. Tobias & Tobias, pater & filius, vetus & novus, cęcꝰ & videns, Adam & Adam, primus & secundus, pater & filius, vetus & nouus, cęcus & videns, homo & hominis filius. Sed de homine vel filio hominis aliquãdo secundùm carnẽ, aliquando secundũ animam, aliquando secundùm vtrũque sermo conficitur. Nunc ergo hic Tobias animam significat filij hominis, Sara verò cõmuniter carnem hominis, Angelus autem dux & comes Tobiæ Dñm Dei Verbum: ꝙ animæ, quam semel tuscepit, sapienter ducatũ præstitit, fidelis tercomitatũ, fortiter auxilium, prudenter cõsilij. Septem verò viri morti magis ꝙ mulieri coniugati, vniuersas animas, præter Christi animã, quę nõ prius carni, quàm morti vnitæ sunt. ꝓpter carnẽ tamen mortis vnitæ, & propter morte à carne separatæ Dæmon suffocans, naturalis illa originalisq, cõcupiscentia datur intelligi: quæ de domo Raguelis & cubiculo Sarę, nisi fortior superuenerit, minimè eiicitur. Superueniente itaq, fortiore Verbi virtute fortis eiicitur, fugatur, ligatur, vasa eius, id est naturalia, quæ captiua tenebatur, diripiuntur. Ducitur captiua captiuitas, thalamꝰ purgatur, liberatur domus, Sara sine periculo ducitur, pater miratur, mysterũ agnoscit, Angelo gratias agit, epulas parat, vicinã inuitat. Plena sunt hæc mysteriis, redundant sacramentis. Angelꝰ dum Tobiæ nuptias celebrat, abscedit: vt verus homo natcendo, vagiendo, lugendo, nõ fando, tamquam sponsus Tobias appareat. Post tẽpus verò non vacuus, neq; sine chirographo pretiosi depositi redit: vt in aliquibus idem ipse, qui homo est, Deus innotescat. Frustra ergo quæritur die illo discessionis & ublionis puer Iesus inter cognatos & notos. In tẽplo dimittitur, in Ierusalem remanet: inuenitur in templo à reuertẽte, & quærente. Obcara anima, quæ nũquam obliuiscitur, nec dimittit puerũ Iesum! magis beata, quæ semper meditatur grandem Iesum: maximè beata, quæ contẽplari semper potest immensum Iesum. *Cruit*, ait Scriptura, Abrahæ filius, qui interpretatur risus, *donec fieret magnus valde.* Crescat in te Dei filius, frater, qui iam formatus est in te, donec fiat tibi immensus, & ex te tibi risus, ac exultatio, & gaudium plenũ, quod nemo tollet à te. Quòd si oblitus fueris aliquando, vel incuratè dimiseris, à memoria eius incipe, vt ad præsentiã venias. Memoria fugat obliuionẽ, adducit pœnitudinem, pœnitudo facit confessionem, confessio corrigit discessionem, vt qui ritũ discesseras, reuertaris: sicut clamat Vides *Redite, fratres in profundum recessistis.* Frustra tamen reverteris si via tua mala, vbi tu & Iesu ambulabas si nõ conuersus quæris. Nã diligentia inquisitionis ignitia meretur inuentionis. *Si quæritis*, inquit Isaias, *quærite*, diligenter recolligite, & inuenietis. Et *inuenerunt eum in templo.* &c. Sed nobis hic silendũ est: vt ad eum ꝙ tendat laboris diuturnitate gamus. Fortissimus & ibidem inuenitur Iesus. Nã & fortis à Sara repertus est Isaac, id est risus: qui ẽ vobis fortis & totus præter inuenire. ipse qui viuit, & regnat Deus in sæcula sæculorum, Amen.

Pœna peccati originalis.

Genes. 3.

Luc. 2.

Psalm. 5.8.

Ieremi. 1.

Peccatum originale.

Tobiæ. 8.

Tobiæ historia mystice exposita.

Isaac risus exponitur.

Genes. 26.

Isai. 31.

Isai. 21.

Luc. 2.

Sermo 2. De eodem.

EIA, fratres, iam fanganꝰ paululum reſpiremꝰ, atque repaſtores ad laborem reſumamus, modicum heſterni obſonij, quod eeſeruauimus, guſtemus. *Et inuenerunt eum*, inquit, *in templo inter doctores & ſapientes, interrogantem: & mirabãtur ſuper prudentia & reſponſis eius.* Ad officium pertinet, vt ætate iunior audiat, & interroget: nõ eſt contra ordinẽ, vt iunior interrogatus reſpondeat. Sed ad ſerie primæ expoſitionis redeamus: & in his, ſicuebeat' ait Hieronymus, nota, Chriſtum virum ab vtero, imò, ſicut ait Ieremias, in vtero *Faciet*, inquit, *Dominus nouum ſuper terram: mulier circumdabit virum* in vtero, Maria Chriſtũ. Vtilis enim animus, ſapiens, fortis, & magnus, in infantili, infirmo, & modico corpuſculo erat. Neque enim in alijs corporibus humanis qualitates ſiue quantitates corporum animæ ſequuntur, vt deformibus deformes, & formoſis formoſæ, aut magnis magnæ, & brevibus breves conuenientur. Longè hæc ab animæ natura, quæ diuinam habet imaginem, abſunt: quæ ſecundùm qualitatẽ nec alba, nec nigra, nec alterius coloris, & ſecundùm quantitatem nec longa, nec lata, nec localiter hic vel ibi: cui per ſe ſecundùm motũ nil ſurſum vel deorſum, ante vel retro, dextrorſum vel ſiniſtrorſum ſit, quòd feratur. Corporeæ enim ſunt naturæ huiuſmodi vel quantitates, vel qualitates, vel dimenſiones, vel motus: anima verò eatiooalia purè ſpiritꝰ eſt, habens ſupra ſe naturam ſolam diuinã, quæ & ipſa ſpiritus eſt: cuius iſta gerit imaginem, non æquat eſſentiam. Eſt tamen anima & qualis, & quanta, moueturque: aliàs alba ac nigra, lõga, lata, & alta, ſurſum habena aliquã ac deorſum, antee & retro, dextrorſum, ſiniſtrorſum: ſed omnia iſta ſuo modo, nec ſequitur corpus in talibus. Formoſam & clarã facit ſapientia, deformem & obſcuram ignorantia: candidam, leuem, hilarẽq; bona cõſcientia, pullam, grauem, ac mœſtã mala: longam fides, latam charitas, altam ſpes, timoe eõ tractam, a ctam auaritia, puſillanimitas parvam. Hæc virtus, aliàs vitium: antè habet, quod inquirit: retro, quod non memmit: ſorſum, quod non capit: deorſum, quod deſpicit: dextrorſum, quod delectat: ſiniſtrorſum, quod moleſtat. In his ergo omnibus puer Ieſus animum habet virilem, prudenter, temperãter, fortiter, & iuſtè à ſoeta ac magiſtris Dimoitate inſtitutum: vbique ſciens reprobare malum, & eligere bonum, propter edolium lactis ac butyri. Metemur ergo & noa ſuper ſapientia, & reſpõſis eius. Solus enim id ætatis infans ſine virtutea ſapuit: ſic vitus reſpondere potuit.

Luc. 2. *Fili, quid feciſti nobis ſic?* Imò mater, quid feciſti filio tuo ſic? Eſto, Ioſeph obliuiſci potuit, qui nõ genuit: tu quomodo oblita es filij vteri tui? *Nunquid*, ait Propheta, *obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui?* Quòd ſi alia potuit, certè tu non debuiſti. Quid? toto die illo tenebroſo & obſcuro Deum non oraſti, de Deo non cogitaſti, Dei nec meminiſti? Quis hoc etediderit? Certè is ipſe eſt. Sed fortaſſe Patrẽ oraſti, Filij immemor. Sed hoc quis facere poteſt: eùm in nomine Patris Filius cognominetur? Præterea quis Filium non habet, nec Patrem habet. An fortaſſe ſacramenti conſcia, myſterium loqueris? *Fili, quid feciſti nobis ſic*: admiratiuè legendum, potiùs quàm interrogatiuè, aut incipatiuè, credidetim. Admiratio enim habet inueſtigationem, inueſtigatio autẽ meretur cognitionem. Admiratur enim, quod tamen non ignorat: ſed ſua admitatione ad inueſtigandũ te inuitat, dicens eum poodere & admiratione. O hii, quis feciſti nobis doctrinæ & eruditionis ſic, iacet nobis abcondus, hic remanendo. Vel ſi interrogatiue legeris, nil de ſentẽtia deperit. Sed dicit aliquis Obliuionis nõ decet ataetem matrem. Ita ſu: non enim eſt oblita filium, ſed exiſtimabat eum eſſe in comitatu aliorum, quem propterea non videbat. Eſto, ne contentioſi videamur: quem tamen incuria neſciuit, diligeotia iouenit: vt & tu monearis omnino diligenter inquirere, dolẽs omnino, quod per incuriam perdiuiſti. *Ego*, inquit, *& pater tuus dolentes quærebamus te.* Cui ait Ieſus. *Nesciebatis, quod in his quæ Patris mei ſunt oportet me eſſe?* Ecce vbi habet quæri Filius: vnqoeio bis quæ Patris ſunt. Ecce vbi non vult neſciri Filius eſſe ſe. Ideo eoidem eum inter mortuos quærenti dictum eſt. *Noli me tangere: nondum* in corde tuo *aſcendi ad Patrem*, noodum in his quæ Patris mei ſunt me quærtis: nondũ in his quæ eius ſunt, qui omnia ſua eſt, ſcis me eſſe opottere: tãquam non ipſum, ſed ipſius, nec tamen aliud ab ipſo. Excepta tamen hac vnitate naturæ, & naturali vnitate Patris & Filij à qua nõ receſſit nec Patee, nec Filius: etiam in ſua minoratione non receſſit Filius à Patre, dum in eius ſemper manſit obedientia & voluntate. Vnde & quoſdam increpans ait. *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri facitis.* Ac ſi diceret: io his quæ patris veſtri ſunt maoetis, & eſtis. Sunt itaque filiorum Adam patres tres: Deus, homo, diabolus. Deus propter naturam, homo propter ſpeciem, diabolos ꝓpter malitiam. In his ergo quæ hominis ſunt, eſſe habent oeceſſitate: in his quæ Dei, bona voluntate: in his quæ diaboli, mala ignitate. Si naturam, in qua bonus a bono bene, & ad bonum creatuses, diligis, coſtodis, & adiuuas, ad ꝙ facta eſt, dirigis, in hia quæ Dei patris tui ſunt manea, nec à lerotalem recedas: & ſuper propoſita hac reſponſis, quibus mille tentationibus carnis, mũdi, diaboli, reſpondes, quæ te arguto & valde cauilosè, dum tentant, interrogant, mirari facias, tos ſpiritus nequam, qui tentatores tui ſunt. Quòd ſi honorem conditionis tuæ naturæ non intelligis, quæ facta es pulchra inter mulieres, & abis poſt veſtigia gregũ, incipiens aſſimilari iumentis inſipientibus: ſi etiam ipſum bonum, quod in te eſt, malitia à maligno concepta infeceris. vt ſis ſuperbia tomidus, inuidia iabidus, ira turbulẽtus, triſtitia deiectus, anxiꝰ auaritia, gula auidus, luxuria immundus: io his quæ patris tui ſuot diaboli, manifeſtè eſſe conoinceris. In his autẽ, quæ hominis patris ſunt, propter animale adhuc corpus, neceſſitatem veſtiendi, vel potiùs transeondi habentes, victum & veſtitũ tantùm quæramus: nec nos tẽtatio appreheodat, niſi humana, quominus his velimus eſſe eootenti. Diabolica nãque tentatione trahuntur, qui diuites fieri volũt, incidontq; in eius laqueos, & tẽtationes alias poſt alias, atque in alias multas: vt meritò audiee debeãt à Dei filio, *vos ex patre diabolo eſtis*: eiſque conueniat, quæ vbique vera eſt, repula: qualis pater, talis filius, de diabolo diabolus. *Nonne*, inquit, *duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt?* De Deo Deus. *Ego dixi Dij eſtis.* De homine homo. Homo igitor relinquens diabolica, ne in eis vnquã ſit pei humana, ſine quibus eſſe neqoit, tranſeat ad diuina, to quibus ſolis bene ei erit: fugiat diabolũ cum omnibus ſuis: recedat ad hominẽ, & ſit contentꝰ ſuis: aſcendat ad Deum, ac dicetur in ſuis. Verũtamen cæi ſuot filij diaboli omnes: excæcauit enim eos

Christus vir ab vtero. *Ierem. 31.*

Anima quã ta non mole, ſed virtute, &c.

Luc. 2.

Isai. 49.

In B. Virgine an obſtentioſi videamus.

Ioan. 2.

Ioan. 20.

Ioan. 8.

Hominum tres patres ſunt.

Ioan. 6.

malitia sua, vt cùm diuites sint, pauperes se putēt. Quod naturæ animalis corporis tale est, in promptu esse non videat, nec diuinā vocem audiens, quæ promittit, Deum timētibus nihil defuturum, quia etiā iusti dixit, & ideo semper ad superflua suadet. Vos autem dilectissimi, in Doctorem vobis exhibitū indultum intendite: qui hominem, non solùm vt sanaret, sed vt erudiret, assumpsit, diabolo exuit, Deo induit. Eius sequimini vitæ modū, qui pauper natus est, pauper vixit, pauper obiit. Quia in hoc est humana, vt sicut ille fuit, sic & nos simus in hoc mundo: & sicut ille ambulauit, ita ambulet, qui dicit se in illo manere. Qui spiritu timoris ita humilis fuit, vt cùm Deus esset, hominibus subdi

Luc. 2. tetur, *& erat*, inquit, *subditus illis*: ita spiritu pietatis mitis, vt suis iniurijs non turbaretur: quas duas virtutes ita in se maximè cōmendauit, vt diceret.

Matth. 11. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Spiritu scientiæ ita compassibilis ac humanus, vt videns inimicam ciuitatē, fleuerit super eam: & qui māsuetus ab inimicis turbari non poterat, super amicū effectuosiùs seipsum turbaret, spiritu fremeret, ac fleret. Ita spiritu fortitudinis amans iustitiam, vt propter eam vsque ad mortem nemini parcendo

Matth. 23. parceret: sicut sæpius repetit, *Væ vobis, Scribæ, & Pharisæi*, &c. Ita spiritu consilij misericors, vt nec sibi parceret, sed, qua non est maior charitas, animam suam daret redemptionem pro multis. Ita spiritu intellectus corde mundus, vt omni creatura excellentiùs sancta sua anima Deum, cui erat vnita, cerneret. Spiritu sapientiæ ita pacificus, vt in se pacificaret omnes Deo: & cùm esset vnigenitus per naturam filius, hac adhæsionis vnione fieret in multis fratribus primogenitus. Hic ergo, hic facies mei, vnus sit vobis magister Christus, hic cuilibet vobis scriptus intus & foris: de hoc hunc legite, ipsum de ipso discite: de ipso exemplari ipsum in exemplū cordium vestrorum intus, & corporum foris transscribite: qualiter vixerit, in vita vestra aliis legendū offerte. Propterea quod dicitur.

1. Cor. 6. *Glorificate & portate Deum in corpore vestro.* Quod ipse præstare dignetur omnibus nobis, Amen.

Sermo in Dominica I post Octauas Epiphan.

Luc. 2. NVptiæ factæ sunt in Cana Galil. &c. Cogitātem me, fratres, de hi nuptijs, fateor, magis delectat interi' mysterium, quàm exterius tā magnum miraculū. Istud enim fidem ædificat, illud superædificat. Istud infidelibus signum, illud fidelibus sacramentum. Vtrumque tamen vtile, vtrūque magnum, vtrumque diuinum. Liber sapientiæ scriptus est intus & foris: vt ingredientes ac egredientes pascua inuenirēt. Foris historia, intus theologia. Primus liber sapientiæ totus scriptus intus, in quo beati, quibus datum est videre & legere, vbi simul & semel patet omnia scripsit ab æterno, vnde omnia quasi transcripta sunt, quæ in secundo libro, id est in mente rationali legi possunt. Est igitur primus liber ipsum Dei Verbum, ipsa Sapientia: secūdus mens ex ea, & ipsa totus scriptus intus. Ibi simul omnia, hic similitudo omniū in isto siquidem imagine illa. Sicut autē in omni corpore omnis corporis forma latet, & si sit, qui reuelare norit, facilè inueniat: sic in mēte rationali ad imaginem totalis sapientiæ facta, omnis sapiētiæ forma continetur, ut non esset cui necesse, foris a discere, nihil intus caligaret. His duobus libris sancti Angeli, quos in tenuerūt, vt caligarent oculi eorū, contenti, speculatione sui & Dei, quasi vespere & mane, diem suum perficiunt. Sequitur vero liber tertius, corporea videlicet & visibilis creatura, etiam ipse ex ipsius intus ac foris: vt per ea quæ facta sunt intellecta, ea quæ fecit sapientia conspiciatur: libet obiectus, qui caliginem oculos nimio candore non seuerberet: quasi vt solem videant, lucerna egeat. Verūtamen quemadmodum licet verus ille peccator intus cæcus plangit, comprehendere uni eum iniquitatis suæ, vt videre non posset oculus intelligentiæ intus Deum, nec oculo intellectus suam in ipsius mente: turbaretur autem oculus rationis a furore cupiditatis, ne sicut nihil intus cernere, ita nec oculū foris exercere posset. Tertius est a sapientia per mittitur diam, iacti digno Dei, libet quartus ad auē. Vnde et oculatum est cæco a natiuitate. Quæ *cæcus, nisi ser Ioan.* *us meus Israel?* qui videre non potes, nisi ad concupiscendum: fatim audiat alterū sonū, & videte de buccas intus. *Dominus noster Deus vnus est.* Amplius autem, quoniam & ad hanc tubam cæca obsurduit, vt centēpto vno vero Deo, posit multa falsa cæmonia fornicaretur: cæcus & surdus sequens, velut bos ad victimam: & sicut ipsa impotens petat Sapientia, *Misi ex dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem*, scriptus est et libet quintus, ad manum tractabilis, factaque est ipsa sapientia palpabilis, vt in omnibus iustificetur sapiētia à hominis suis, & vincat, cùm iudicatur. Verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis. *Quod audiuimus*, inquit Apostolus, *& vidimus, & manus nostræ contrectauerunt, de verbo vitæ*, &c. Quid vltrà debuit facere, & nō fecit? Ipsum, scriptes mei, verbum Verbum caro factū, ipse Dñs Iesus, ipse vnus magister noster Christus, etiā nobis libet fir. Ipsū hominem ideo gessit, vt qui modo gerendo esset, edoceret. Ipsum sanctum Verbum, quod beati oculi Apostolorū viderunt in carne, manus contrectauerunt, hodie est nobiscum, visibile in litera in Sacramēto tractabile. Si autem in carne recessit, sed litera manet. Nam vt compleretur, quod prædixit videns, *Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & faciem non auertere ultra a doctorem tuum à te*, festum nobis librum, id est sanctum Euangelū benignus indulsit; vt sit quasi visibilis verbi præsens corpus, sancti Euangelij textus. Videamus itaque, quid in hac festa libri lectione per hoc exterius miraculum locutum sit nobis extetiùs Dei verbum: nam ipsum opus Verbi verbū est. Videamus eum in opere eius, tanquam in corpore eius; ipsum etenim opus, quoddam velamen est. Suntergitur, quod ad præsens occurrit, nuptiarum tres differentiæ. Prima exterior, secunda interior, tertia superior. Prima extrà, secunda intus, tertia intima. Prima inter homines, secunda in hominibus, tertia super homines. Prima inter carnem & carnem, secunda inter carnem & spiritū, tertia inter spiritum & Deum. Prima de diuersis facit vnum, vt iam nō sint, inquit, *duo, sed una caro.* Secunda de contrarijs magis vnum. nam anima rationalis & caro contrariæ natu æ fiet vna persona. Tertia de incōparabilibus maximè vnū: nam quæ adhæret Deo, vnus spiritus est. In primis caro adhærens carni, vna efficitur caro: in secundis caro adhærens spiritui, vel spiritus carni, nec vna caro, nec vnus spiritus, sed vnus efficitur homo: intertijs spiritus adhærens Deo, vnum efficitur cum ipso, & quod est longe. Vnde ad Patrem pro fratribus filius sic loquitur. *Vola Pater, vt sicut Ioann. 17.* *ego & tu vnum sumus, ita & isti sint vnum nobiscum.* O Vnum ante omnia, vnum super omnia, vnum post omnia, vnum à quo omnia, vnum propter

Creatura vt fibilus lib. 3.

Decalogus liber 4.

Exod. 20.

Ioann. 7.

Verbum incarnatum liber 5.

1. Ioan. 1.

Euāgelium liber 6.

Tres nuptiarum differētia.

Matth. 19.

quod omnia! Valde vnum, vbi duo in carne vna iam non duo, sed caro vna: magis vnum, vbi duo in homine vno iam non duo, sed persona vna: maximè vnum, vbi in Deo adhæreos illi spiritus iã non duo, sed vnum. Primum igitur vnum generat ad esse, secundum specificat in esse: tertiũ perpetuat & glorificat ipsum esse. In primo initiatur homo: in secundo formatur: in tertio consummatur. In primo enim fit: in secundo subsistit: ad tertium naturaliter tendit, propter quod primò fit, & secundò subsistit. Ab hominibus fit homo ad Deum. Sed vt pervenire possit aliquando per gratiam quò semper tendit per naturam, factæ sunt quædam mysteriales nuptiæ inter secundas & tertias: à primis longè remotæ: verbi scilicet & carnis, Christi & Ecclesiæ. Longe ab anima Deus aberat, sed sine Deo bene ei esse nõ poterat, nec legitimè fœcundari. *Peccata nostra*, ait Prophetes, *prohibuerunt bonum*, id est Deum *à nobis: & diuiserunt inter nos & Deum*, tanquam inter mulierem & virum. Vnde & subintrauit mœchus & oppressor, de quo concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Inuentus est ergo, non à nobis, sed à Deo nobis, qui manum poneret in amborbus: vtrumque in se coniungens, tertiũ excludens: coangustans stratum, ita vt adulter decidat: & abbreuians pallium, vt duos operire non possit. Abstulit igitur medium parietem peccati, per quem adulter irrepserat, & fecit vtraque vnum: reconcilians in semetipso mulierem viro, homo nem Deo: inimicitias veteres tollens de medio, cruci affixit. Hoc est dilectissimi, sacramentum Mediatoris, qui vt congruè intercederet, de vtroque subsistit: vt sufficienter, id est totum toti reconciliaret, totũ attulit, quod Dei est: totum assumpsit, quod est hominis: vt fideliter compleret, tertij nihil admisceri. Nihil enim est, nisi Deus & homo: sed hoc totum. Per ipsum ergo totum mulier quæ dimissa à viro fornicata est cum amatoribus multis, accessum habet, & licentiam supra legem, per gratiam reverteudi ad virum. Sicut olim per Prophetam præmissum est, *Tu autem*, inquit, *fornicata es cũ amatoribus multis: & tamen reuertere ad me, dicit Dominus.* Hæ sunt, quas mysteriales diximus nuptias, post secundas & tertias consœderandas, inter secundas & tertias iã collocandas: vt videlicet primæ sint carnis & carnis: secundæ spiritus & carnis: tertiæ verbi & hominis: quartæ Dei & mentis. Primæ historiales: secundæ morales: tertiæ allegoricæ: quartæ anagogicæ. Per primas Iesus nec venit, nec transitum fecit, quia nec per eas genit⁹, nec per eas generans; sed vocatus venit ad eas, quas præsentia sui consecrans, virtuteque mirabili contra calumniatores nuptiarum defendens: maximè in quibus erat, & propter quas venerat, mysticè significabat: in secundis etenim & tertijs iam erat, in carne & anima & verbo, tribus substantijs, duabus naturis, vna persona Deus & homo. Propter quartas venerat: quas etiam iam in se õnibus hominibus excellentiùs habebat Nulla etenim, quàm illa sancta anima, humiliùs Deo obediuit, plenius se subdidit, firmiùs adhæsit. Homo in sua dualitate diuisus, & sine Deo: Deus in sua trinitate Trinus, & sine homine: quis ibi, nisi dualitas, nihil erat, non fuit qui duellum sedaret: quia ibi sola Trinitas erat, non fuit qui pacẽ turbaret. Ibi in trinitate quartus non admittitur, ne pax turbetur, hic in nostra dualitate tertius non inuenitur, vt duellum sedetur. Ibi à Trinitate nullꝰ dimittitur, ne per dualitatem duellum inchoetur, hic nisi tertius intercellerit, duellum nõ finitur. Opus erat frat es mei, vt cernitis, magno consilio, quo cœlum gloriao, tuæ pacis nõ perderet & misera terra pacem aliquando inueniret. Missus est itaque, non tamen dimissus, magni consilij & fortis auxilij Angelus, de tribus tertius in Trinitate filius, in cuius salutifero ortu, nec cœlestia turbata, sed terrena ad pacem vocata: multitudo militum Angelorũ hymnizat dicẽs, gloria in excelsis Deo & in terra pax. O magnum & admirabile consilium, vt in Deo æterna trinitas non minuatur, & in homine noua Trinitas creatur, per quã à naturali & intestina pugna ad inexpertam & imperturbabilem pacem ascendatur. O magnum & verè diuinum consilium! quod sic omnia temperauit, vt in hominem veniens Deus necessitatem faceret trinitatẽ, & in Deum migraus homo, superfluã nõ faceret quaternitatem. Ideo nimirum, vt diximus, quia vna persona Dei filius & hominis filius in tribus substantijs & duab⁹ subsistit naturis: in æterna Trinitate diuina, Pater, Filius, Spiritus sanctus, vnus Deus. In nouis homin: trinitate, caro, anima verbum, vnus homo. Ibi tres personæ, vna substantia. hic tres substantiæ vna persona. Ibi naturalis vnitas, diuersitas personalis⁹ Ibi trinitæ tres personæ æternæ & coæquales, hic totæ tres substantiæ diuersæ & inæquales. Ibi tandem nihil minus & minus: hic gradatim ascendendo & descendendo, aliud alio maius & minus: vt & tu per gradus ascendas de minori semper ad maius, de carne ad Spiritum, de spiritu ad Deum: de secundis nuptijs, in quas venisti per primas, per mediatrices tertias, & in tertias aliales, ascẽdas ad quartas. De Adam qui per concupiscentiam generat⁹ carnaliter, ad Christum qui per gratiam regenerat⁹ spiritualiter regenerat: & per ipsum ad patrem, qui regeneratum tanquam filium fœliciter hæredat: de vetustate per nouitatem ascendatis ad æternitatem. De vanitate per veritatem ad veritatem: de deuio per viã ad vitam. Meminisse debetis, dilectissimi, in zelo transmigrationis fieri has nuptias ad quas vocati estis cum Iesu, si discipuli eius estis. *Vocatus*⁹ inquit, *Iesus discipuli eius ad nuptias.* Sed dũ detinuimus sermone diem, hora fere præterijt: vt sine difficultate pensum laboris manuum iã soluere non possimus. Ideo accelerandum est modò, vt cum serotino labore, modicũ quid restat sermonis tanquam cum pane hordeaceo succellam piscis gustemus: præstante nobis verbum Domino Iesu Christo Dei Verbo. AMEN.

Ierem. 5.

Christus Deus & homo Mediator hominum.

Ierem. 3

In Christo tres substantiæ, duæ naturæ, vna persona.

Luc. 2

Cana vbi fit nuptiæ zelum simulat, Galilea migrationem.

Ioann. 2

Sermo secundus.

VOcatus est Iesus & discipuli eius ad nuptias. Quoniam, vt diximus in zelo transmigrationis factæ sunt nuptiæ istæ, dici etiam à nobis debuit, quod supra audistis: id est vnde, qua, & quo nobis migrandum sit: vt vnde cecidimus illuc reuertamur, & vbi cecidimus ibi innitamur, vt inde surgamus. Migrandum vero non quasi pedibus duobus, sensu & affectu. Altero de litera ad spiritum, altero de vitio ad virtutem. Quinimo & transmigrandum, frater: vt semper de sensu in sensum, & de virtute in virtutem migres: vsque dum perfecta cognitione cernas quem dilexit anima tua: & quasi quibusdam brachijs plenè lectionis amplectaris, quem cernis. & propter gnitionem exultabundus & admirans

Talis est dilectus meus: & propter dilectionē lubiū-
Cant. 5. gas, *& ipse est amicus meus.* Et illud. *Ego dilecto*
meo, & dilectus meus mihi: *inter vbera mea commo-*
Cant. 6. *rabitur.* Hæc est via ista, smigrationis, quam non
tepidè, non tepidè, non iaidè, sed diligato corde
cum zelo & feruore, incuriabili dulcedine pe-
euntes, & quò ferret impetus spiritus, semper sapi-
entis. Attende, quo zelo tāli migrauit infra se Dei
filius, quoniā supra non potuit: vsque ad te, quia
nec infra debuit: & totum pro te, vt ad has nup-
tias perueniret. Hoc ergo in vi bis sentite, fratres,
quod & in Christo Iesu: quæ eotus & intelligen-
Eximanitio tes, vnde, quare, & quousq; eximanuit se metip-
filij Dei. sum à forma Dei ad similitudinem carnis peccati.
Sed quare? Non vtique timore pœnæ, nec cupidi-
tate loci, sed solùm tota dilectione nostri: vt nos a
gradu contra gradum non timore pœnæ, vt serui:
nec cupiditate regni, vt mercenarij: sed sola dile-
ctione Dei, vt filij, eaeamus, & migiem' à fouea
peccati: in quam descendere non potuit, nec de-
buit: & occurramus ei in similitudine carnis pec-
cati, vt ibi misericordia & veritas obviēt sibi, iustitia
& pax osculentur. Transmigrauit ad formā
Dei à fouea peccati, per similitudinem carnis pec
cati, ad Dominū à peccato per pœnitentiam, vbi-
que nos sensu & virtute adimplentes, vsque ad
plenam, vt diximus, cognitionem, id est sapientiā:
& plenam dilectionem, id est charitatem, tamquā
ad supremos Angelos Cherubim & Seraphim: sic
ut ipse exinanuit se vsque ad stultitiam & infir-
mitatem. Placuit enim illi per stultitiā prædica-
tionis, & infirmitatē passionis, saluos facere credē-
tes: tamquam inebriare ad nuptias bibentes.
Ipsa enim stultitia siue infirmitas, fortasse aqua
est, quā tamen in vinum, id est in sapientiam vir-
tutemque conuertit: dum quod stultum est Dei,
sapientius inuenitur hominibus: & quod infirmum,
fortius agnoscitur. *Non potuit*, inquit, *mundus per*
1. Cor. 1. *sapientiam*, quoniā e i vinum defecerat, *cognoscere*
Deum: ideo *placuit ei per stultitiam*, id est per aquā
potare conuiuas: quam tamen priùs conuertit in
vinū, id est in sapientiam mutauit. Vnū, inquit,
optimum: & verè. In cuius cōparatione ac laude
reprehenditur primum, id est sapientia sæculi hu-
ius, quam stultam fecit sapientia Dei: sapientia
videlicet Philosophorum, quæ in semetipsa defe-
cit: diminutæ sunt enim veritates à filiis hominū:
vnde & vana locuti sunt vnusquisque ad *p*ximū
suum, magister ad discipulum. Absorpti sunt iun-
cti petræ, id est Christo, Philosophi Gentiū. Vbi
sapiens, vbi scriba, vbi inquisitor huius sæculi?
Cōprehensi sunt sapientes in astutia sua: turbati
sunt, & moti sunt, sicut ebrius, & omnis sapiētia
eorum deuotata est, potusque vinum defecit.
Bonum enim tibi est, frater, ac vtile, vt cum tibi
vinum deficiat, nec sequaris tunm sensum. Vasa
tua faciat Iesus primùm aqua repleri i quā postea
tibi in vinum vertat. Audi Doctorem Gentium,
audi de ministris vnū, qui sciunt, vnde fit, & quo
1. Cor. 3. modo factum sit bonum vinum. *Siquis*, inquit, *vi-*
Humilitatis commendatio. *detur inter vos sapiens esse*, id est vinū habere, eva-
cuetur bene, vt impleatur optimè: id est *stultus fi-*
1. Cor. 8. *at, vt sit sapiens*: evacuetur arrogantia, quia *quis se*
existimat scire, nondum nouit, quomodo oporteat eum
scire. Imò væ illis, qui sapiētes sunt in oculis suis.
Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.
Impleatur aqua, id est cognoscat fatuitatē & infir
mitatem suam: & sic sibi, quod est, appareat, vt q
nondū est, citiùs fiat. Aquam tecipiat, vt vinum
bibat: à se, id est à suo sensu, & propria volūtate
di ficiat: vt in sapientia & charitate per virtutem
obedientiæ *p*ficiat. In hunc sensum, fratres, dictū
intelligimus, *Auferes spiritum eorum, & deficient,* *Psalm. 103.*
& in pulverem suum reuertentur: vt q ibi pulvis, hic
aqua: quod ibi suus spiritus, hic vinum p*ri*us: q
ibi spiritus Dei, hic vinum Christi. *Emitte*, inquit,
spiritum tuum: quasi pœnitge vnū tuum, & in no-
vum hominem creabuntur: quasi interibi abentūr.
Et erat mater Iesu ibi: vtique quæ filio suo suggeſ. *Ioan. 2.*
sit, fuggerendo interesset. Obtinuit miraculum,
nec ignorauit mysterium. Nam cùm sesq; ōnē fi-
lios, *Quid mihi & tibi mulier*: ac si dicer et, ac vi-
rginibus mihi & Patri, cæ ni mirabilis omni & ma
tri: totum intelligent, quanis tos pia mereat, vt o-
bediant in omnibus, quæ dixerit Iesus. Multi ig- *Sapientes*
norantes sæculi huius de anima & Deo per multa *mundi sine*
tractantes, de creatione ei' ab ipso, de p*ro*pagatione *Deum defece-*
ipsius per eum, de beatitudine eius in ipso, ce fece- *runt.*
runt scrutantes scrutinio: vtpote qui hunc Iesum pa
ranymphi esse præsumpserant, quali Iesū ad nu-
ptias non vocabant: & ideo à veritate longè erra-
bāt. *Habitare*, inquit Apostolus, *Christum per fi-* *Ephes. 3.*
dem in cordibus vestris. Sed vnde nobis hic Iesus,
id est hæc fides, & quæ mater eius, quæ eam nobis
peperit? quæ præcelleant merita? Redeamus ad
Apostolum: audiamus discipulū, qui mysteriali-
bus nuptijs altissimè interfuit. *Gratia*, inquit, *sal-* *Ephes. 2.*
vati estis per fidem. Hæc est igitur mater, q*uæ* parit
intus in cordibus nostris Iesum: gratia, quæ præ-
venit indignum: profundum, quod non videtur:
vode omnis naicitur & lucit longitudo, latitudo,
& altitudo, quæ videtur. Huic quali reponet iu-
stitia, *quid mihi & tibi mulier*, id est *p*na, & affectuo-
sa, & charitate plena? Obaudit tameo mi-
cordiæ. Quod totum paucis cōplexus Apostolus,
ait. *Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos*: *sed se-* *Tit. 3.*
cundum suam misericordiam saluos nos fecit. Erat
ergo mater gratia ibi, per quam fides creatur, quæ
prima est virtutum, & excitatur ad operationem
per dilectionem: ac sic otiosus iustus, & non ere-
dant in eum discipuli. Sed quinā isti discipuli, qui
sequuntur Iesum, nisi virtutes aliæ, quæ sequūtur
fidem: quæ obediunt fidei, sine qua nihil valent?
Speciem habere possunt, veritatē sine fide habere
oō possunt. Sine fide enim impossibile est eas pla-
cere Deo: imò omne quod ea fide non est, peccā-
tum est. Sex autem hydriæ duæ & frigidæ, quid
sibi volunt? Talia fortassis erant hominū opera.
Nam senarius operationem, sicut septenarius re- *Senarius, &*
quiem ab opere, & octonarius resurrectionē post *sequentes nu-*
nouus omne significat. Latriæ ergo Gentium, qui- *meri quid*
bus dæmones honorabant, & traditiones Iudæo- *designent.*
rum, quib' se purificabant, ir fatuæ sunt à fide,
tāquam aquæ tepidæ: dum in illis inutilis & in-
sipida vanitas deprehensa: & in hac vtilis sapidaque
inuenta est veritas. Ita enim docendi se habet o
ficium, vt priùs de insipientia repellat perversos,
deinde ad sapientiā erudiat conuersos. Audi hoc
totū in Apostolo. *Circumcisio*, inquit, *nihil est*: ac *1. Cor. 7.*
si diceret, aqua est: *& præputium nihil.* His duob'
verbis omnē latriam Gentium, insulsque carnales
Iudæorum complectens, & aqua, id est inutil.tate
ac stultitia repleus, tandem in vinum mutauit, di-
cens. *Sed obseruatio mādatorum Dei.* Sob hoc typo
carnale Sabbatum soluit Iesus, & discipuli nō lo-
tis manib' manducāt: omnia ad sensum spirituale *Matth. 15.*
trahentes, & aquam in vinum vertentes. Vnde &
Petrus ineertogans, quæ sit parabola, audit. *Num-* *Ibidem*
quid & vos sine intellectu estis? Capiūt hydriæ me-
tectas binas vel ternas: dum Ethnici in sacri. suis

physicum & ethicum sensum interpretantes, & nos in Iudaicis literis super historiam, ac moralē, etiam allegoricum, & quandoque anagogicum intellectum timamur. Sapiens ille Salomon omnium rerū sermonumque plenitatem quasi in anguſtiſſimum vini cadum coarctans, ait confodans Paulo. *Deum time, & mandata eius ob, erua: hoc est enim omnis homo.* Nam & ipse timor fortassis est aqua. Qui enim à præ umptione sua deficit, facilè stultitiā ac infirmitatem suam agnoscens, timere incipit, & ad sapientiā proficiendi nam initium sapientiæ timor Dñi. Sapientia verò ebaritatem perficit: quæ timorem foras mittit, & aquā in vinum vertit. Timor autē duplex, siue triplex intelligitur: dum à gloria ppter culpam timem⁹ incidere in pœnam. Potest item pœnitentia ab operibus mortuis (nam senarius opera significat) fore aqua accipi: sicut regnum Dei vinum. Vnde initium prædestinationis Iesu, tamquam initium signorum eius, fuit, *Agite pœnitentiam: appropinquauit enim regnum cælorum.* Pœnitentia quoque ipsa duplex, triplexve notatur: id est contritione cordis, cōfessione oris, & si licet, satisfactione operis. Ministri, qui implent peccatorē vel cognitione sui, vel timore Dei, vel pœnitudine mali, Angeli, Apostoli, prædicatores accipiūtur: qui sacramenti conscij, vbi, & quando Iesus iubet, hauriunt, & cui iubet, deferunt. *Vt gustauit architriclinus, &c.* Erubescant, qui primi sedent, & postremi bibunt. Eis debet offerri, vt prægustēt ac probent. Sed priori vino crapulati, adhuc cōquiniscunt: spiritualium magistri electi, negotiatores sæculariū effecti. Eontes penè ad interiora deserti, oues non minunt, sed coguot: sibi nequam, aliis propitij: sua corpora, aliorum animas curantes: digni, de quibus dicatur. *Quæ dicunt, facite quæ faciunt, nolite facere.* Ita fratres mei, de cōgregatione, vbi sæculatia tractat, aliena curat, mihi visum est, dum ad ordinem subditos cogit, quasi conspexerim formosi corporis hominē capite deorsum gradientem. Vtinam de alieno ferum iudicando os aliquando supprimamus, quod omnino fortasse cōtinuisse expediret. Trichinij iste princeps à nobis liberum hominis arbitrium intelligitur: cui fides primùm offertur: cui soli de contemptu vel obedientia iudicium est cum Deo: q̄ tori animæ præsidet: quæ triplex est, propter rationabilitatem, irascibilitatem, & concupiscibilitatem.

Quatuor sensus scripturæ.

Eccle. 12.

Matth. 4.

Ioan. 2.

Matth. 23

Sermo in Dominica. 3 post Epiphani.

Matth. 8.

CVM *descendisset Iesus de monte, &c.* Cælum mons est, terra vallis. Deus mons est, homo vallis. Forma Dei mons est, & forma serui vallis. Cùm ergo descendisset de cælo in terram Deus in forma Dei, exinanitus est in formam serui, & habitu inuentus vt homo. Sequi eum iam non poterant turbæ, quæ eum expectabant: quæ sine ipso quò vadit ipse, ire non poterant. Quò tamen eos ducit? Primùm quidē ad sanandū leprosum, q̄ fortassis ipsi erant, & nesciebant. Prima ægroti incōmoditas est, sanitatem non habere: secunda, infirmitatem nescire: tertia, medicinam non quærere: quarta oblatam negligere. Ideo sapiens medicus, & benign⁹ Deus eò ducit, vbi doceat: vbi occurrat vir videns infirmitatem suam, ac ob hoc quærens sanitatem, confitens potestatē, deprecans voluntatem: quatenus ex eo quod foris turba cōspicit, erudiatur, & videntem infirmum infirmior cæcus sequatur. Dicit Apostolus, Abrahæ factas promissiones, & semini eius: ideo & Christū ministrum fuisse circumcisionis, ppter veritatē Dei, ad confirmandas promissiones Patrum: Gentes autem super misericordia honorare Deum. Ego igitur in turba, quæ expectat sequitur: & leproso, qui occurrit ac mundatur, has duas gentes intelligo: cæcitatem videlicet, quæ expectans corporalem præsentiam prius vidit: & præputiū, quod beneficium & gratiam, post occursū, prædicationi Apostolorū facilè credens, lepram veraciter confitens, medicū humiliter deprecans, prius accipere meruit. Nondum enim de sequente turba quemquā sanauerat. Sed quid est, quòd sequitur turba? Sicut obseruabant eum Pharisæi, sed vt reprehenderent: interrogabant, non vt discerent, sed vt caperent in sermone: quæ ebant, non vt sequerentur, sed vt perderent: sic unusquisque cicūcisio sequebatur, non vt assequeretur, sed vt persequeretur: nō vt apprehenderet, sed vt deprehenderet. Nam qui ex ea peccata tetegentes, maiestatem adorantes, bonitatem postulantes, ei occurrerūt, leproso huic mysticè annumerantur. Sicut olim ad æmulationem Gentibus, vnus⁹ Dei cultum circumcisio præferebat, sic postea ad diuinæ Trinitatis fidem quocandis Iudæis gentilitas præposita est, quod & bodie cernere est: fiuntq; nouissimi primi, & primi nouissimi: magistri discipuli, discipuli magistri: qui nō videbant videntes, qui videbant, cæci facti sunt. Quod quærebat Israël, non est consecutus, imò persecutos: electio consecuta est. Regiones eius coræ eo alieni quotidie denotant: & deserta literæ in vberitatē spiritualis intelligentiæ versa adveræ cōdunt. Ablatum est ab iis regnum Dei, & datum genti faciēti fructum eius. Coram malè sanis bene infirm⁹ sanatur: agnoscensque peccatum suum dicit prius, vt iustificetur. Iustus enim in primis accusator est sui: id est in principio iustificationis suæ accusat se: id est accusādo incipit esse iustus. Prima enim pars iustitiæ peccatoris est delicti accusatio, secūda correctio, tertia obseruatio *Et ero*, inquit *immaculat⁹ cum eo, & obseruabo me ab iniquitate mea.* Ideo veniens leprosus, prius dicit. *Domine, si vis, potes me mundare.* Duo confitetur: fuam imo ūditiam, Domini potentiam: tertium implorat, id est beneficentiam. Laudans inuocat Dñm, ideo à lepra sanus dimittitur. Laudans pœnitentiā, inuocat gratiam: quæ duabus primis confessionibus, id est delicti & laudis, omnino deesse non potest. Omnis enim qui sic inuocat nomen Domini, salvus erit, & audiet: *volo, mundare* Vnde beat⁹ Propheta. *Laudans*, inquit, *inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero.* Tactus à Iesu, mandatur: sed ne mundum se dicat, à mūdatore prohibetur: donec Sacerdoti se ostenderit, mutuusque legale obtulerit. Quid sibi fratres, volunt ista? A Christo mundatus poterit Christi laudes tacere? Laudauit pœnitentiam inexpertus gratiā tacebit experitus? A Christo mundatus, Sacerdote indiget fortassis immundo: aut otiosus, quod absit, præcipit: aut mysteriis loquitur. Duo sunt, quæ soli Deo conueniunt: bonoi confessionis, & potestas remissionis. Exhibenda est à nobis illi confessio: expectanda ab illo nobis remissio. Soli⁹ enim Dei est, peccata dimittere: & ideo illi soli confitendū est. Sed cùm desponsasset sibi infirmam omnipotens, humilem excelsus, ancillam fecit Reginam: quæ retro erat sub pedibus, assumpsit ad latus. De latere enim eius exiit, vnde eam sibi sobabraoit.

Ægroti incommoda quatuor.

Matth. 8.

Galat. 3

Rom. 15.

Gentiles Iudæi præpositi.

Psalm. 17.

Psalm. 17.

Et sicut

Et sicut Patris omnia, Filij sunt. & quæ Filij, Patris: cum naturaliter vnum: sic omnia sua dedit Sponsus Sponsæ, & omnia Sponsæ cōmunicauit sibi Sponsus: quā cum semetipso & Patre fecit etiam vnum. *Volo*, inquit Filius Patri, pro Sponsa inter pellaos, *vt sint ego & tu vnum, sicut & nos vnum sumus.*

Sponso Christo & sponsa eius omnia communia.

Psalm. 6.

Ipse & *isti vnum sint nobiscum.* Spōsus itaque cum Patre vnus, quia in Sponsa reperit alienum, abstulit, affigens cruci: vbi peccata eius pertulit super lignum, abstulitque per lignū. Quod naturale ac proprium, illum, sit & insuit: quod ipsius sui proprium ac diuinū, contulit. Abstulit enim diabolicum, assumpsit humanum, contulit diuinum: vt omnia Sponsæ sint Sponsi. propter quod dicat, peccatum non fecit, nec inuentus est dolus: *Mitereris mei Domine, quoniam infirmus sum, &c.* vt qui eius habet infirmitatem, habeat & panctū, sinique omnia Sponsi Sponsæ. Vnde bonum confessionis & potestas remissionis:

Matth. 8.

propter quod dicit leprosus, *Vade, ostende te Sacerdoti.* Neque enim minùs sunt sua Christi, si Ecclesiæ: sed non sunt totus Christi, si non Ecclesiæ: sicut nec minùs solius Dei, si Christi: sed nec totus, vt in illo, Deo, si non Christo. Nemini ergo dicat sanatum se peccator, cùm intus gemuerit, vbi solus, sed non totus Christus dimittit: si ostenderet se Sacerdoti, cui dispēsatio creuita est remissionis, & ob hoc bonor debetur confessionis, contēpsit: nam si nō diceret, leprā rediret: mūdorque iam merito dicitur, à quo mundator contemnitur: qui sub hac conditione mundauit, vt mundū se leprosus nullomodo diceret, nisi Sacerdoti se ostenderet, & munus offerret. Sicut enim dimissa non dimittenti redeunt, sic cōdonata iterum fortis confitenti contēnenti nihil prosunt. Sicut qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum: sic qui contemnit Sponsū, inhonorat Spōnsum, qui suscepit illam: & qui Sponsum, id est Filium contemnit, vtique & Patrem contēnit, ac Spiritum sanctum offendit: sicque nec Pater, nec Filius, nec Ecclesia peccata dimittit. Habet suas sibi regulas misericordia omnipotens, secundùm quas donat & condonat. *Date*, inquit, *& dabitur vobis: alioqui & quod datum habetis, auferetur à vobis.* Similiter *dimittite, & dimittemini*: alioquī dimissa vnbi. cum ira repetentur à vobis vsque ad nouissimum quadrantem, iuxta has regulas etiam non immeritò accipitur. *Ecce sanus factus es: iam noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat.* Et illud. *Nec ego te condemnabo: iam amplius noli peccare.* Illud quoque, quod vociferatur in manibus, *Vade, mundare*: *vade, ostende te Sacerdoti*, &c. vt quæ sæpe dicitur, etiam vbi non dicitur, semper subintelligatur. Nihil ergo potest Ecclesia sine Christo dimittere: nihil vult Christus sine Ecclesia dimittere. Nihil potest Ecclesia, nisi pœnitenti, id est quē Christus tetigit, dimittere: nihil vult Christus Ecclesiā contemnenti dimissum seruare. Omnia per se potest Christus omnipotens: id est baptizare, Eucharistiā consecrare, ordinare, peccata dimittere, & similia: sed nihil vult humilis & fidelis Sponsa sine Sponsa. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Ego dico sacramentum hoc magnum in Christo, & in Ecclesia. Noli caput tuum à proximo abrūpere: noli caput corporis detruncare. Non enim decollari volunt Christum, sed cruce extendi, distendi, suspendi: vt vna, eadem natura, membra copularet. Noli ergo caput corporis subtrahere, vt insanè sit totus Christus: neque enim totus Christus hinc Ecclesia vsquam. sicut tota Ecclesia sine Christo nusquam. Totus enim & integer Christus, caput & corpus: propter quod dictū. *Nemo ascendit in cælum, nisi filius hominis, qui est in cælo.* Ille est solus homo, qui peccata dimittit: qui priùs tangit intus, vt operetur pœnitentiam cordis: postea mittit Sacerdoti foris, ad confessionem oris: Sacerdos autem ad Deum, vt offerat munus satisfactionis. Tria enim hæc perfectam faciunt mundationem: contritio cordis, confessio oris, satisfactio operis: vt ante nō liceat cuiquam dicere se mundatum. Sed video, fratres, expectationem vestræ non satisfecisse me: qui moralē sermonem, quo superædificemini fundamento, in quo positi estis, auidiùs bibitis. Getemus ergo vobis pro facultate oobis indulta morē: sed fateor, contra nostrum morem, quem vbique mysteria magè delectant. Verumtamen, quoniam non est in sermone Regnū Dei, surgamus ad laborem, qui restat hodie omnino cōplendus. Non enim ideo debemus vacare sermoni, ne laboremus: sed ideo aliquando temperare à labore, vt verbo Dei vacemus. Quoniā autem non sola caro, vel solus spiritus est homo, nec omnino spiritalis adhuc in spiritu viuificante: nec in solo pane, propter quem laboramus, nec in solo verbo, cui vacamus, viuere valet totus, dum adhuc ex parte vivit pecus, & ea parte Angelus: donec tota animali similitudine absumpta æqualis fiat Angelis Dei, per Christum Dominum nostrum, Amen.

Luc. 6.

Christus non remittit peccata sine Ecclesia.

Matth. 8.

Ioan. 5 & 8.

Perfectam mundationem tres partes pœnitentiæ facium.

Sermo 2. *In eadem Dominica.*

Cum descendisset Iesus de monte, &c. Meminisse debetis, fratres, ex hoc loco illum, vbi Dñs Iesus videns turbas, ascendit in montem: quatenus spiritualibus spiritualia comparantes, in spiritu semper ascendatis: sicut beatus hortator Apostolus. *Si spiritu viuis, spiritu & ambulate.* Hoc enim ordo exigit, ratio exposcit, nos ferè nusquā tacemus, vt qui vult esse verè spiritualis, priùs sit vita, moribus, virtutibus: vt esse possit aliquando meditatione, sensu, doctrina: priùs sit affectione, quàm ratione. Ideo ait. *Si spiritu viuitis, spiritu & ambulatis.* In montem ergo sequuntur discipuli alacres, prompti, spiritu feruentes: descendentem inde & grauis turba præstolatur. Dominus Iesus omnium Saluator, omnibus omnia sic efficitur, vt humilibus humilior, eacelsus superior vbique inueniatur, sic se inclinās, vt in adultero deprehensam animam, & à dæmonibus aculatam liberet: quatenus digito scribat in terra, ipse digito Dei formatus, terra de terra, propter terram: sic se erigens, vt ascendat etiam super Cherubim: & bis volet super pēnas ventorum: vniuersorum videlicet supergrediens virtutes iustorum, & contēplationes Angelorum. Quis enim in nubibus æquabitur Domino: quis erit Deo in filiis Dei? Ipsum itaque & vallem, in quā descendit: & planum, per quod cum tuba gaudium: montem, in quem ascendit quandoque cū omnibus discipulis, quandoque cū paucis, quandoque solus orare Patrem, intelligo. Ipse denique totum quod Deus est existens, totum quod homo permanens: nec supra se potest ascendere, ne Deum excedat: nec infra se debet descendere, ne iumentum fiat. Ipse igitur sancta & sublimis scala, quam dormiens peregrinus vidit (nam incola fortassis & vigilans minimè videret) ad Deum à terra erecta, vel ad terram à Deo protecta: quando vnus pro se in se, quocum nunc pauci, nūc plures, nunc hominū omne seum potest, ascēdit:

Qui Christum in mātem sequantur.

Ioan. 8.

Galat. 5.

quando autem vult, ad communem turbam, vt quod capere possit, loquatur, se cohibet. Aliquando cum publicanis & peccatoribꝰ manducat, vt homo vorax, & vini potator vocetur. *Matth. 11.* Aliquando etiam infirmos tangit, vt sanet: & non solùm dicat, Volo, mundare. Beata, fratres carissimi, anima, quę Dominum Iesum per omnia sequi potest: currens post odorem vnguentorũ suorum, quocumque ierit: sursum ascendens otio contemplationis, vacans & videns, quoniam ipse est Deus: deorsum descendens officio charitatis: ipsum sequens ad subiectionem seruitutis, ad amorem paupertatis, ad patientiam famis & sitis, fatigationis, operationis, plorationis, otationis, compassionis denique, & passionis: qui venit obedire vsque ad mortem, & ministrare, nõ ministrari: & dare, non autem, non argentum, sed consilium & auxilium multis, & animã pro multis. O beata Pauli anima! cui dicere fuit, Iesum per omnia sequenti: *Sine mente excedimus,* *1. Cor. 5.* *Deo: sine sobrij sumus, vobis*: cui esse cum Christo, omnino magis optimum (bonum est enim ibi esse) manere tamen in carcere carnis, charitatu fraternitatis non recusauit. Hæc sit igitur vobis vitæ forma, fratres, hæc sanctæ conuersationis *Qua sit vera disciplina sanctæ conuersationis.* vera est disciplina, cogitatione & auditate in illa ætetua patria conuersari cum Christo: in hac grutonosa peregrinatione nullum charitatis officiũ recusare pro Christo: sursum sequendo Dominum Christum ad Patrem in otio meditatione attenuari, simplificari, vniri: deorsum sequendo Christum ad fratrem, actione distendi, multifariam diuidi, omnibus omnia fieri: nihil vilipendere, cuius Christus caosa: nihil eati, quod pro Christo ooo est: vnum sitire, vni vacare, (vbi Christus vnus est.) omnibus velle seruire, (vbi Christus multiplex est) Audi, quàm rectè divisit, qui se totum rectè obtulit. *Sitiuit in te anima mea: quàm multipliciter tibi caro mea.* *Psalm. 62.* Anima, inquit, vniformiter, caro multipliciter; anima voiformiter ad vnum; caro multipliciter; vnum. ideſt multa propter vnum. Anima sursum, caro deorsum: vt totus homo totõ Christum sequatur: & de toto seruiat toti. Totus eoim Christꝰ Deus & homo: totus homo anima rationalis & caro, Visar aoima cõtemplatione veritatis supra se speciem suam: visitet caro officio charitatis speciem suam iuxta se; & neutra peccabit in se, *Iob 5.* *Visitans*, inquit scriptura, *speciem tuam non peccabis.* Si ergo videt caro etiam speciem suam per iofirmitatem iofra se, non abhorreat, oon refugiat ab obsequela; & tactu pietatis non tesiliat. Nunquam enim melius videre merebitur anima per veritatem speciem suam supra se, quàm si se inclinet caro per charitatem ad suam speciem infra se. Ideo diuina sapientia medicina simul & doctrina, quod solo verbo potuit, leprosum tactu curare maluit; vt to, non quàm facilius, sed quam effectuosius possis, beneficium impendas; opus pietatis impleas, nihil abhorreas, illũ semper attendas, propter quem facias. Ille eteoim semper pulcher est, semper mundus, semper bonestus, semper dignus in omni persona, loco, opere. *Matth. 8.* *Volo*, inquit, *mundare.* Quid dicturi sumus, fratres, de his qui plus possunt, quam volunt, bene operari: cùm quotidie querelas vestras & gemitus & insipnia audiamus; quod nec sursom, nec deorsum, nec ad partem, nec ad fratrem, nec ad vnum, nec ad multa, quantùm vultis, potestis? *Si vis*, inquit, *potes me mundare.* Verè dilectissimi, omnia potest omnipotẽs, cui subest posse, cum velit: velle autem cùm pusit, non semper simul est. Multa etenim, quę non vult, potest; qui tamen nihil inuitus potest. Ideo nemo confitens lepram de potentia dobitat: sed quia non omnia vult, quæ potest, qui potest omnia, quæcumque vult, voluntatem exorat, potentiã adorat. Deo ergo seorsum tanto est voluntatis & potentiæ. Nos tamen, dum leprosum, quia potest, vult sanare, dicens *volo*, quem posse fatetur, ecce *mundare*, instroit, ne vnquam à bono, quod *Matth. 8.* possumus tot peamus: sed sicut ait Apostolus, *dũ* *Galat. 6.* *tempus habemus, bonum operemur ad omnes, non deficientes, tempore enim suo metemus.* Est enim tempus seminandi, & tempus meteodi. Operare itaque, frater, bonom dum potes, quod pores, eneumque potes. Veoiet enim oox, quando uce tibi uee alij, etiã si velis, poteris. Si hic dum diea est nobis, eum possis, miserum valde est nõ posse eom velis, sed malignum oolle, cùm possis. Ideo & metito anfetetur ab altero posse cum oolit, vt quaodoque nee possit nec velit, aut frustra velit eum uon posit: & dabitur altei, vt subsit posse cum velit: quando Deus in nobis perficiet plenum posse proboua voluntate, qui onne operatus est velle pro sua voluntate: qui prius pro sola gratia dat, quod postea iustè remouerat. Itaque qui facile solo verbo potuit, dum tacto eutauit, affectum docuit Dei sapientia & virtus, faceius & doceos, leptam & ignotantiam fugans, Iesus Christus: qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, Ameo.

Sermo 1. In Dominica 4. post Epiphaniam.

Ascendente Iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius. *Matth. 8.* Nune ascendeotem, fratres, & onoe descendentem legim⁹ Dominum Iesum, ipsumque totum attendentes, miramur, quò ascendat, qui Deus est altissimus: vel quò descendat hominum humillimus. Sopra Deum non valet, infra hominem oon debet: altetum enim impossibile, alterum indignum. Quòd si marcialiter de bonis tantum & totum intelligitur: minũ est, quò eat homo iste, vel vnde redeat, qui vbique sempet est: & cui vnquam nihil abest. Quò ergo vadit, iam est: & vode redit, minimè deest. Sed hæc maiestatis sunt, & Diuinæ oatotæ: quęramus autẽ, quod sit humanitatis & gratiæ. Nauicula ergo Ecclesiam signat: quæ adhuc mũdi *Nauicula Ecclesiæ.* huius mare magnũ & spatiosum manibos nauigat. Sed quomodo in eam potiùs non descendit quàm ascẽdit? Exinanioit enim semetipsum, for- *Philip. 3.* mam serut accipiens: in qua, vel per quam iotraoit in Ecclesiam, & io eam, vel soper eam descendit, tauquam super corpus caput. Veromtamen duo sunt in quibus omnia coogregationis & familiæ, priuatæ qooque domus admioistratio & officiũ ordinatur; scilicet subiectio, & ptęlatio. Ptæesse autem minimè quemquam decet, qui subesse uon didicit: ptæcipere, qoi non obediuit. Inclinansitaque se sublimis illa maiestas, cui uatura est, ante omnia esse, omnibus imperare proprium: à qua omois otdo est, & vniuersa potestas; vt hominis sumeret natoram, geteret officium; penderet debitum sibi indebitum, quidquid non iapuit, soluit: sic in omnibos ordini morem gessit, vt io operibus, quæ mira fecit, nihil mirabilius ad miraculum, nihil clarius ad documentum sit ipsa sua sancta coovetsatiooe, qua ioter homines homo vixit.

Humilitas Ioan. & Christi.

Hinc est, quòd expauescit venerando Baptistæ, clamans hæc: *Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me?* respondit. *Sine modò.* id est, adhuc

Matth. 3.

expectamus, ordinè turbare: ita enim, id est ordinem sequentes, & ab humilitate incipientes, *decet nos implere omnem iustitiam.* In his enim, quos suj à dixi[illegible]us, gradibus, omnis officij iustitia creuit, & creuerat, impletur. id est subiectione, & prælatione. Præcedit ordine, & ubedit subiectione, neq; eum quam ad prælationé accedit sua præsumptio, sed alterius ordinata vocatione. Sic enim beatus Apostolus. *Nemo sibi sumit honorem, sed vocatus a Deo, tamquam Aaron.* Vnde & Dominus Iesus, primo officij gradu subiectus cum populo, iuxta populum venit ad baptismum, reseruans descendere ad secundum, id est prælationis officium sua assumptione voluit: sed electus & constitutus à Deo: sicut beatus ad Hebræos habens Apostolus asseuerat: attestatione illi

Hebr. 5.

Matth. 3.

Patre, ac præmouente, ac dicente: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui* tempore & officio subiectionis. Ipsú amodo audite, qui obaudite didicit. Qui hucusque siluit, amodo loquatur. Loqui enim decet eum, qui silere nouit. Is se Doctor audiatur, qui quod doceat, audiuit. Dignus est præesse, qui non dedignatus est subesse. Audiat aliquando, *Amice, ascende superius,*

Luc. 14.

qui ignominiæ annis nouissimo loco recubuit. Hęc proinde quòd dictus est Ieius ascendisse in nauicula. Sequitur.

Matth. 8.

Secuti sunt eum discipuli eius. Quisnam discipulorum non est hanc magistri formã secutus? quis sibi compsit honorem? quis se fecit Apostolum, quis Euangelistam? Quis prædicauit, nisi missus? *Quomodam*, inquit, *dedit Apostolos, alios Euangelistas*, &c. Hinc est, quòd audiunt

Ephes. 4.

Matth. 20.

Nescitis, quid petatis. Sequũtur, fratres, hodieq; discipuli, infrà recumbentes, donec vocentur superiùs: nam qui se ingerunt, & sibi fumunt honorem, non eius discipuli sunt, nec enim sequuntur, nec mittuntur ab eo, sed ante eum ventunt: qui ambitione ad suam vocationem præueniũt, & ideo fures & latrones ab ipso nominati sunt. Quid, rogo, iosulsius ab homine petitur, aut præsumitur, aut affectatur: quàm vt vnus omnibus, solus multis præponatur? Quid aliud dixit insipiens Angelus, in corde suo dicens, *Ascendam super altitudinem nubium, & ero similis Altissimo?*

Isai. 14.

Id est Angelos compares, *locabo solium meum?* Id ergo affectans animus, vtique aut superbit, aut insanit.

Superbia est æstimatio sui.

Nam si oculis suis sapientiorem & digniorem exteris seipsum iudicat: superbit, & semet de se exæcauit. Quomodo enim non cæcus esset, qui se bonum & instantũ in oculis suis gerit? Sempec enim superbia mentem, sicut oculum macula, vbi nascitur, excæcat. Hinc ergo est, quod nemo

Superbus nõ se credit superbum.

superb⁹ superbũ se credat, nec agnoscere se queat: cùm videre se omnino non valeat. Sin autem minùs idoneum se credens tamen affectat, nõne manifestè insanit? Sequitur.

Matth. 8.

Et factus est motus magnus in mari. Ventus contrarius Aquilo est: ventus vtens, a quo panditur omne malum: quẽ increpans illa, quæ tus vtorem præsentiebat, air.

Cant. 4.

Surge Aquilo, veni Auster, & perfla hortum meũ: vt fluant aromata illius. Veni⁹ itaque contrarius, diabolus est, & Satanas: qui conturbat profundum maris, id est huius sæculi huius fluctuat & crebris pertubationum impulsionibus Ecclesiæ nauis fragilitatem tentat, vbi vtens fortitudine eius etiam montes conturbet, & omnes tribulationes, quæ inuenerunt eos nimis. Sed vere, rogo, est illa virtus, quam fecerunt in nauim: de qua præsumentes dicebant. *Non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris?* Ecce iam sonuerunt, & turbatæ sunt aquæ eorum, id est mõtium matinotum. Et certè conturbati sunt montes Ecclesiæ, montes nanitulæ, in fortitudine & rabie procellæ. Quare conturbantur? quare timent? Vtique quia dormit virtus & securitas eorum. Quomodo non regnaret timor, vbi fortitudo dormit? Vigilet itaque ventus, dũ dormit Christus. Vigilet maris rabies, dũ dormit Christi fides. Vigilet denique timor, dum dormit Christi virtus: vt tandem timidi, & modicæ sopitęq; fidei ad eum refugiant, ad quem fortitudinis suam custodisse debuerãt, ne timerent, dicantque:

Psalm. 45.

Deus refugium nostrum, & virtus, adiuua in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Salva nos vigilãs, quo dormiente petimus. Prima discipulorum industria esset, non fuisse obdormire Magistrum, secunda vel excitare dormientem. Id virtus, hoc refugiũ: id fetuoris, illud timoris. Vigilantem studium seruat, dormientem necessitas excitat. Felix tamẽ necessitas, quæ cogit ad virtutem. Prima siquidem est virtus fortitudo, ne quis timeat: secunda consilium & auxiliũ quærere, ne pereat. Itaque fratres, quotiescunique in nos persecutio sæuit, exemplo sanctorũ Apostolorum confugiamus ad Christum. Excitemus fidem Christi in nobis: & memoriã passionis ipsius, tamquam dormitionis: nam & ipsam forsan non incõgruè dormitionis ista significat. Qui in nobis infirmi & timidi sumus, aut malè audaces: ita ipso exemplum patiẽtiæ inuenimus, ab ipso virtutem sustinentiæ recipiemus, formã constantiæ discemus, sine quo nihil vmquam poterimus, & in quo omnia potentes erimus: sicut beatus ait

Ibidem.

In tribulatiõne ad Christum confugiendum.

Apostolus, *Omnia possum in eo, qui me confortat.*

Philip. 4.

Palpebræ eius interrogant nos: claudit oculos, finit mare, sæua sunt omnia & dura. Ne frangamur, aperit oculos, quieta sunt omnia, prospera nauigatio: ne extollamur, secura sont omnia, pax vndique, ne acediemur: in aduersis sperem⁹ prospera, in prosperis formidemus aduersa. Omnia enim transmutantur, & vicissitudinẽ habent. Sapientis igitur est, in aduersis minùs, & in prosperis magis timete; in neutro autem acediari aut dormitare: ne in altero desperet, aut in altero euanescat. Vnde fratres, inter metũ & spem positi, vigilem seruemus in nobis fidem Domini nostri Iesu Christi, Amen.

Sermo 2. in Dominica 4. post Epiphaniam

Et cum obdormisset, factus est motus magnus. Quid, dilectissimi, nisi corpore dormiens, operat⁹ est Dominus, vnde discipulos quasi corde dormientes excitaret? Dormiens etiam operata est virtus, producẽs ventos de thesauris suis, & vmmino silens & dormiens locutum est Verbum, docens periculum, si magistrum silere, torpere, dormitare fuerint. Sapientia quidem in otio sed non in otiositate discitur. Nihil enim illo otio negotiosius, illa vacatione operosius: vbi sapientia discitur, vbi Dei Verbũ interrogatur, & auditur. Laborabat Martha, vacabat Maria, non langnebat. Languebat vero Lazarus, de languore mortem, de morte fœtorem incurrens. O quanti hodie ab vtilitate operis foris quieti, intus desides & acediosi necessariorum fiunt, fabulis & cogitationib⁹, quæ sunt sine vtilitate

Matth. 8.

Sapientia non est otiosa.

Sa. Luc. 10. Ioann. 11

Luc. 10. Ioan. 11. intenti, Marthæ solicitudinē perdiderunt, & Mariæ deuotionem minimè repetere[n]t! Vnde & in Bethania, id est obedientiæ domo, desidiæ[q] lāguorem incurrerunt. O miseri! qui præsente virtute iosimi, præsente sapientia stulti, luce cæci, Verbo muti, appositio pane vitæ & intellectus, fame tabescunt: de qualibus scriptum est. *Omnem escam* *Psalm. 106.* *abominata est anima earum, & apprapinquauerunt vsque ad portas mortis.* Et sicut ibi languentē dicit Dominus in mortem venire, vt inde suscitaretur: ita hic quasi languentibus, vel tales significantib⁹ Apostolis voluit ipse dormire, vt à p[ro]elitantibus saltem excitaretur. Foris ergo obdormiunt, à quo tales quasi intus iam dormierant. Quod intus essent, foris eis ostendit. Sed quoniā suauis ac subtilis in eis non capiebat eruditio, foris diuiùs admonentur. Fiunt igitur mirabiles alationes maris: vt appareat mirabilis in altis Dominus. Tempestate dormiens erudit male seruos, qui experiectus tranquillitate doret bene turbatos. Credite mihi, fratres, vtrūque est sancti illius Verbi verbum, tempestas & tranquillitas: & quod dormit, & q[uo]d vigilat. Dormiens quippe tempestatis verbo detestatur acediam: quam fluctuatio cogitationū sequitur, quasi interna quædā ac intolerabilis procella: qui exercitatus & vigilans mentis vigilantiā seruorem[q] spiritus tranquillitatis sermone cōmendat. Itaque summopere vigilandū est nobis, fratres mei; eoque attentiùs, quò remotiorē eremum elegimus: ne vmquam interioris nostri hominis cui exterior tamquā mare est, oanicula verbum Dei dormitat, quod ut se numquā dormit, aut dormitat. Vigilare nobis non potest otios⁹ Christus⁹: & vt breuiter dictum sit, semper aut togari vult aliquid, aut interrogari: aut certè dū loquitur ipse, audiri. Nam si dum loquitur, frater, dormire cœperis illi, illico dormit & ipse tibi. Sed væ tibi, si ille dormierit tibi. Vigilat ventus, vigilat mare, vigilat tempestas, & cogitationum fluctus, milleque tētationum æstus tibi, si solus dormieris ille tibi. Ideo orans, eū Propheta dicito illi. *Illumina, Domine, oculos meos, ne vmquam obdormiam* *Psalm. 12. Deus non deserit nos, nisi prius ànabis deseratur.* *in morte.* Enimvero nisi ille dormire pri⁹ cœperis, semper tibi pernigil erit. Petrus nō potuit vna hora vigilare enim Christo, & ideo potuit ter negare Christum. Dormierat enim, eùm illi Domin⁹ diceret, *Vigilate, & orate: ne intretis in tentationem,* *Matth. 26.* tamquam animi tēpestatem. Vbi sunt, qui super libros suos in claustris conquiniscūt, ad lectiones in Oratorio stertunt, vel ad vocem Sermonum in Capitulis dormiunt? In his omnib⁹ Vetbum Dei loquitur, & negligitur. Magister Dominus loquitur, & homo discipulus dormit. Tria sunt, lectio, meditatio, & oratio. Lectione vel sermone, qui & ipse quædam lectio est, loquitur tibi Deus: propter quod dicit. *Qui habet aures audiendi,* *Luc. 8.* *audiat.* Meditatione interrogas ipsum: oratione togas. Propter quod dicit. *Petite, & accipietis: pulsate, & aperietur vobis.* *Luc. 11.* Petit autem oratio, meditatio pulsat. Nouerunt quod dico, qui studio spirituali exercitatos habent pro consuetudine sensus. Talia enim animalis homo non percipit, etsi spiritalis sit vita. Est enim, quod semper vobis replico, ac meminisse vos volo, quis animalis sensu, & spiritalis vita: sicut est alia vita animalis, at sensu spiritalis. Tertius verò vita & sensu animalis: quartus autem vtroque spiritalis. In his itaq; tribus, id est lectione, meditatione, oratione, omnis est exercitatio dum inter sensus spiritualis, & quædam conuersatio occulte in cœlestibus: vbi sicut Moyses in monte loquatur, audiat, & confabulet Deo, velut proximo suo, seō solo tenu. Sit enim & vitæ suæ quædam secretum ad Dominum appropinquatio. Vnde, *Appropinquate Dei, &* *Iac. 4.* *apprapinquabit vobis.* Quidam ergo, vt diximus, prope sunt sensu, longè vita: alij prope vita, longè sensu: alij vtroque longè: alij vtroque prope. Prope igitur sensu, propior vita, proximus fit vtroque. Vigilemus itaque fratres, & plurimùm contra acidiæ pestem, quā immatura seeoritas parere solet: vt in perfectioribus quidem bonæ conscientiæ quasi iam vitus subactis secum aecubent, rùm nō sit, qui exterreat: in imperfectioribus verò corporalium necessitudinum, vtpote quibus, aliis cuncta prouidentibus, de facili omnia constant. Hinc est, dilectissimi, quòd sancti Patres, quorū ardua & arcta nos homines onusti ac dilatati, ne dicam inerassati, vel impinguati, ausi sumus arrentare vestigia, quasi vtrinsq; parietis, spiritalis ædificij lapidem angularem paupertatem locarunt, bifariā diuidentes eam, & ad vtrūque latus detinaotes, id est paupertatem census & spiritus: quatenus qui in vtroque tenuem se viderit, vtiobique citeūspectus & solicit⁹ in neutro deesse esse possit. Eaptopter, dilectissimi, & vos in hanc semotam, aridā, ac squalentem induximus solitudinem: callidè quidem, vbi humiles esse potestis, diuites nō potestis. In hanc inquam solitudinem, vt in maris longè ineentem, cum orbe terrarum mihi ferè commune habētem: quārenus ab omni seculari, & ferè humano solatio destituti, prorsus silearis à mundo, quibus, præter modicam hanc insulam, omnium terrarum vlimā iam nusquam est mund⁹. O Domine, elongans fugi, & fugiēs elongani, ita vt vlteriùs quò fugiam ac elongem, omnino nesciam, tu scis. Olim desiderabundus fugæ, & sitiens solitudinis, in hanc demum appuli eremum, vastam adeo, ac semotam: quò mihi ex quasi eouinatis ad hanc expeditionem nonnulli defecerunt, pauciissimi secuti sunt: quibus etiam est horrior ipse horror solitudinis, quod & mihi, fateor, quādoque non deest. Superaccreuit etiam Dñe, super solitudinem solitudo, silentiū super silentium. Nam vt tibi soli disertiores, & alloquiores sim⁹, à oobis inuicē tacere cogimur, & cogimus. Sed & nostis, dilectissimi, plurimùm interest, cum gratiarū actione & lande attendere miseticotdiam Dei, super quam speramus, factam super nos: quæ nobis sua dignatione hoc exilium nostrum sic tēperauit, vt orare, meditari, legere, libeinm sit, laborare autem necessarium: vt non desit, quod tribuamus necessitatē patienti, corpori videlicet adhuc animali. In sudore etrnim vultus nostri, potiùs quàm mercenarioru, siue bonum, debemus pane nostro vesci. Itaque fraties, conspectui mei, & confugitiui mei, sicut ait Propheta, *Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei.* *Isai. 62.* Vigilate ei, ne vobis ille dormiat. Ego autem semper ad te, Domine, clamabo: tu autem, Deus meus, ne sileas à me, nequando taceas à me: & assimiler perelitantibus in mari: meditatione pulsatus aperi, interrogat⁹ responde, oratus exaudi. Quod vtique beoignissimè facies, abundeque: nihil tu loquens ab auditu nostro fueris auersatus. Auditus audis, exauditus exaudis: qui autem auertit aurē suam, ne audiat legem tuam, huius oratio e it execrabilis. Loquere ergo Dñe, quia audit seruus tuus, & loquenti responde: oeuter, dum vterque surgat, dormiat. Nam si dormis mihi seruo tuo, mare nō dormit, memoria mundi non dormit. Fluctus

Duplex paupertas spiritualis ædificij lapis angularis.

Cœnobium Stellæ vbi ab ambiere fundatum.

Quis animalis vel spiritualis vita vel sensu.

Si Deo dormiente dormio, ego caro.

xistusque cogitationem non dormit, si dormis. Si tibi dormio, caro mihi nõ dormit. Itaque Domine, refugium meum tu idem, qui virtus prius esse poteras, ne te fugerem: singultib⁹ meis, & gemitibus cordis, ipsaque necessitate mea, quæ numquam silet, excitatus evigila. Surge, impera ventis, & mari: saluum me fac à pusillanimitate spiritus, & tempestate: vt fiat tonis & intus tranquillitas magna: vt deantque homines & Angeli, quibus spectaculũ facti sumus, & cum admiratione

Matth. 8. dicant: *Qualis est hic? quia mare & venti obediunt ei.* Quod procul dubio, fratres, nobis fiet, si obedi entes ei, qui viuit & regnat Deus in sæcula.

Sermo 2. In eadem Dominica.

Ibidem *Ascendente Iesu in naviculam, &c.* O curiositatem hominum, & rerum fragilium audax præsumptio! Quid visũ est primùm miseris mortalibus, vt quasi propriis terrarum angustati limitibus, æquora pervadant: & agili ligno animas suas concredentes? En præ oculis mare est: navicula, vt cernitis, fratres, tractatur fluctibus. Quid, rogo, miseris illis naulgantibus inter vitam mortemque discrimina: nisi ligni, vt diximus, fragile, & hoc ipsum tenue? Sed sedeamus paululum, & consideremus hoc altiùs: ac vt moris nobis est, exteriora visa ad interiorẽ eruditionem trahamus. Iam fessi sumus, & horæ aliquid supereſt. Credite mihi fratres, vt cõparemus mare hoc mundo huic, mihi non videntur periculosiùs esse in illis, quos cernitis, quam omnes homines in mundo, vel ipso carne. Nam ipsa carnis nostra non incongruè mare dici potest. Ipsis saltem inter flatilem vitalẽque aërem, & crassam lethalemque salsuginem, nõnihil tamen, licet tenue, fragile, infirmum, interiacet: nobis verò inter animã & carnem omnino nihil interest: neque inter carnem & mundũ quidquam diuidit. Vnde ex quo venimus in carnem hanc corruptibilẽ, vtique venimus in mortẽ: non priùs in ipsa cõcepti, quàm ab ipsius voragine suscepti: non priùs in vitam inducti, quàm in mortẽ submersi: non priùs homines, quàm peccatores: non priùs nati, quàm naufragi. Ex quo in mundũ venimus, illico de mundo immundi fuimus. Sed dum in carne sumus, Deo placere non possumus: dum de mundo sumus, de regno Christi esse non valemus. Hoc naufragium præsensit beatus Propheta: vnde & fortiter clamat. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animã meam. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Sed dicitis. Itane omnes animæ in carne submersæ & periclitatæ sunt, vniuersæque in mundũ venientes naufragium tulerunt? Vtique. Nam & hoc generali illo, famoso q diluuio oprimè significatum habemus, vbi abyssus sicut vestimentum amictus terræ: vbi super montes vniuersos stabãt aquæ: ita vt nusquam omnino appareret arida. Quòd enim ibi per lignũ paucæ animæ vitæ seruatæ sunt, sicut & hic in naucula cernitis, vitalis ligni typus est, seu viuificæ crucis Christi: cuius vnius obiectu ac munimine paucis electis saluãtur: multis vocatis, pluribus non vocatis pessumdatis. Solo igitur & solido fidei ligno nobis inter vitam & mortem diuiditur. Ipsam ergo crucem, naviculam libenter accipe prim. in quam Saluator ascendit. vbi mortem à nobis, vel nos à morte discreuit: à mundo, carne, & diabolo, abstraxit, separauit, liberauit. *Ascendit*, inquit. Non inuitus, non tractus, sed voluntarie sacrificauit Pat i, sacrificium & Sacerdos, ipse oblatus, quia voluit. Animam quando, quomodo, & quãdiu voluit, posuit, qui ad ꝓpositum sibi certamen cum gaudio cucurrit. Vbi sunt murmuratores & querituli, trepidi, tepidi, tardi, & quos trahere, ac impellere necesse est, ad crucem patibulumque Ordinis ac pœnitentiæ, cui adiutati sunt, & addicti? *Sequuti sunt*, inquit, *eum discipuli eius.* Decet enim discipulos magistrum sequi, seruos dominum, patrẽ filios. Omnes enim quotquot volunt piè viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Si defit externus persecutor, crucifigẽdus est à discipulis Iesu homo suus exterior cum vitiis & concupiscentiis: interior quoque patibulo obedientiæ Iesu configendus: vt in omnibus omnino dicat patri spirituali humilis discipulus, Abba pater, non quod ego volo, sed quod tu vis. Et si caro infirma grauetur, turbetur anima, tristia incipiat paoere & tædere: spiritus tamen semper promptus sit, cui soli iudicium est cum Deo: vt reprimat inferiora, & obedire faciat sibi, dũ ipse obedit superiori. Ego hanc disciplinam professionis vestræ, & abbatum eremũ non immeritò crucem dixerim: vbi sicut vos solitudo separat ab aliis, sic disciplina obedientiæ à vobis ipsis: quippe quibus nihil, ꝙ libet, licet: quibus nec suæ voluntatis, nec corporis proprietas, nec operis, nec quietis libertas. Quid est hoc, obsecro, nisi quibusdã obedientiæ clauis alienæ tussionis rigori affigi pro Christo, crucifigi cum Christo? Iam vero quid sibi voluerit dormitio Christi in naucula, ex his quæ dicta sunt spoore occurrit. Dormire quippe in naui, nec nisi mori, iuxta illud, *Ego dormiui, & soporatus sum.* Quis enim tãta facilitate, tuto possit dormitare, quando vult, aut vigilans obdormit, aut dormiens evigilat, sicut Dominus quando voluit, animam posuit, & quãdo voluit, iterum sumpsit? Sed ipso dormiente mare effertur ventis eruptũ, & discipuli turbati naufragium timent: quo mortuo exultant & insultant iudæi dæmonis acti: discipuli verò ferme desperãt, meto subacti. Hæc in Euangelio notissima, notanda potiùs quàm tractanda credidimus. Nam euigilatio Christi, ramquam de mortuis resurrectio, quam tranquillitatẽ in cordibus Apostolorum primùm, & postea in vniuersa Ecclesia, subacto iam mũdo, & ei⁹ principe religato, effecerit, qui non miratur cum gaudio, is in suo stupore cum dolore mirabilis & mirandus existit. Consideremus ergo, fratres, quantus sit iste, & quàm tutũ sit, pro ipso ac cum ipso nauigare, eique compati, ac commori: vt ea quæ desunt passionum eius complcamus in nobis, mẽbris videlicet eius. Necesse est enim, õnino omnia memõta cõpari, vbi patitur caput: totumque Christum pati, & passione consummari, & sic intrare in gloriam suam. Vnde qui non cõpatitur, omnino non conregnabit. Cui vẽti & mare obediunt: quo nisi permittente, quasi ob tormentum, nec interior, nec exterior, nec superior, nec infestior tentatio potest quidquam: quo iucre, ante nequiequam. Sicut enim facere continet Psalmus, *Dixit, & stetit spiritus procellæ: & exaltati sunt fluctus eius: ascendunt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos, &c. Et statuit procellam eius in auram, & siluerunt fluctus eius.* Fidelis est enim, & nõ patietur suos tentari suprà quàm possint ferre: sed facit cum tentatione prouentum: vt si crescat tentatio, crescat virtus patientiæ, ac per hoc crescat corona, quã sola percipit persecutoria. Ideo fratres, quotiescumque tentatio vos apprehẽdit, siue infirmitatis, siue paupertatis, siue duritiæ disciplæ-

Matth. 9.

Relipiosa vita crux est.

Psalm. 31

Christi resurrectio euigilatio eius.

Psalm. 106.

oz, aut plongationis incolatus, tædij etiã tam remotæ solitudinis, & profundi silentij, siue cuiuscũque generis, quæ prorsus innumerabilia sunt, legendo, meditãdo, orando, excitem nobis Christum dormientem. In exemplum crucis & passionis ipsius pro nobis intendamus: tamquã morsti
Num. 21. à serpente serpente deorsum contemplemur serpentem pendentem in sursum. Nam sicut ait beat⁹
1. Petri 2. Apostolus Petrus, *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.*
Passio Christi exemplũ & antidotũ. Hinc enim dilectissimi, inmemus non solùm exemplũ, vt sequamur: sed & antidotum, ne moriamur: non solùm animationem ad tolerantiam, sed & gratiam ad perseuerantiã: non solùm formam ad pugnam, sed & virtutem ad victoriam. Hic illa prudens & simplex columba nidificat in foraminibus petræ, in cauernis maceriæ. Hic tutũ inuenit sibi nidum, vbi ponat pullos suos, altaria tua, Domine virtutum: de quib⁹ tam suauis odor myrrhæ & thuris ascendit: sicut scriptũ est.
Psalm. 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritũ & humiliatum Deus, non despicies.* Quod nõ ignorãs ait: quærã, quò tendat, & quã tendat, sciens. *Ibo mihi ad mõtem myrrhæ, & ad collem thuris.* Fatigata enim in se, & ad ipsam conturbata anima, memor esse cœpit Domini Iesu, id est salutaris vultus sui, non de sumino cælo, quò ascendit ad claritatem, quam habuit, priusquam mundus fieret, apud Patrem: sed de terra Iordanis, id est desecãtionis, & Hermonim monte modico, vbi abyssus abyssum inuocat: id est mortificatio nostra Christi Dñi mortem, passionem passio, patientiã quoque patientia in exemplum sibi & auxilium vocat. In hunc quoque montẽ myrrhæ posuerat, quos sic alloquitur Paulus. *Mortificati estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Itaque Saluatoris nostri memores, maximeque passionis, & patientiæ ipsius, vbi maximã suam erga nos charitatem ostendit, formãque præbendit, infatigabiles simus, & stemus immobiles ad omnia tentamenta totum genera, socij passionum pro ipso, vt simus & gloriæ: præstante hoc nobis eodem Ipso, sine quo nihil possumus: & in quo omnia possumus: qui cũ Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, per infinita sæcula, Amen.

Coloss. 3.

Sermo in Dominica Septuagesima

Matth. 20. *Simile est regnum cælorum homini patrifamil. &c.*

Verè, dilectissimi, multiformis est, cùm sit tamen simplicissima, Dei sapientia: & cùm sit vniformiter vna, multipliciter tamen multiplex inuentitur. *Pertransibunt*, inquit Prophera, *plurimi, & multiplex erit scientia.* Ipsa nimirũ est, quæ inter dicitur fons hortorum, & puteus aquarũ viuentium: fons, ob inexhaustam sui gratiã: puteus, ob incomprehensibilem profunditatem. Et hinc aquarũ vluentium, id est lenissimum semper scatentium.
Daniel. 12. *Scriptura fons hortorũ & puteus aquarum viuentium.*
Cant. 4. Vndè eadem parabola, vel etiam quæ cuidem videtur, scriptura, ab aliis & aliis aliter atque aliter rectè exponitur ac diffenitur, neque tamẽ ab vllis funditus exhauritur: quasi totum quod inde dici potest sic dixerit prior, vt præter hoc quid dicat, nequeat inuenire posterior. Quidquid enim dici de aliqua re sapiẽter ac veraciter potest aliquomodo, totum in æterna sapientia & veritate simul & sẽper omnimodis ab æterno est. Quare cùm per aliquem loquitur Spiritus, qui profunda Dei non inuestigando, sed cõmendo scrutatur, de quo dictum est, *Qui continet omnia, scientiam habet vocis*,
Sapien. 1. omnia quidem, quæ voce illa altquater⁹ veraciter ac vtiliter dici possunt, simul sentit, intelligit, intendit: eo per quem loquitur, quandoque ab ipso intellecto vacuo quamquo modo non contento nonnũquam pluribus simul illustrari, numquam tamen omnibus repleto. Vnde possibile factum est, in eadem scriptura dissentientes, vel diuersa sentientes, Spiritum sancto posse optimè conuenire, vel conuenire: dum à hoc veritatem, & ædificationem charitatis, ac subuectionem cupiditatis, quibus omnis oculos Scripturæ sanctæ inuigilat, constituit non dissentire. Nam & vnusquisque de eodẽ aliter atque aliter, aliàs atque aliàs, non raro alio atq; alio spiritu sentit, dum vtrobique, vt dictum est, veritati, charitatique consentit. Neque enim veritas asserenda est contra charitatem: aut charitas tenenda est contra veritatem. Hæc ideo quasi in præfatiũcula paucis perstrinximus: ne cùm tecũs ac aliàs audetis, aut penes alios legitis, aliqua nos audere nouerint⁹, quæ plam suspicetur, vel vetera nos prius ignorare, vel agnita tẽnere, ve nouis præpũsque inanitet gaudere. Antẽdenda magis vbique diligẽti auditori erit ratio dicti ex causa dicendi. Nou enim sancti Euãgelij lectionẽs susceptas exponere, quàm accepta ab eis occasione ad ædificationem fr⁹tum, & vosti am liquid pro tempore, loco, & personis dicere, quem non fallis vobiscũ silere. Hortatur tamen Apostolos, ne vilam Dei gratiam in vacuum accipiamus: imò & Dauid, ne ipsam animã, dicens, *Qui non accepisti vanum animam tuam*, id est intellectum rationalem. Apud Euangelistã quoque omne talentum duplicatum repositum. Filius etiã promissionis & patet nos puteos coluit, ac sibi nouos effodit. Salva igitur cum debita veneratione sententia, quæ fidelitet & cõgruẽ vineam istam vinnet salem ponit Ecclesiã, vbi vitis Christus, Christiani palmites, Pater agricola, & paterfamilias, dies totũ tempus, vel vita hominis, hora mundi vel hominis singularis ætates, sæculi ipsius mundi cupido, ac curiosa negotiatio aptè intelligitur: ego animã meam & non solùm, sed etiam corpus, vtrũque simul, id est totum me, vineam quam mihi non negligendam intelligo, sed fodiendam, atque exercendam: vt ne peregrinis germinibus alienisque radicibus eneuleetur, aut pœtiis & natiis offuscetur vitelaminibus: putandam, ne silnescat, purgandam, vt fructũ plus afferat: tegendam omnino, ne direptioni patcat his, qui prætergrediuntur viam: maximè autem propter aprum de silua, & singularẽ ferum, ne exterminet eam: & ut paucis dicam, summa diligentia excolendam, ne generosa propago vitis electæ degeneret, & in vitẽ alienam, quæ nec Deũ nec homines lætificet, aut forsan vtrumque contristet, conuertatur: sũma vigilantia custodiendam, ne tes plurimũ elaborata, diuque expectata, vel clanculatia surreptione, ab his qui deuorant pauperẽ in absconditio deterarur, vel inopinata vastatione repente dilpereat. Vnde primo homini de para dilo, velut de vinea quadã sua, dictum est, vt operaretur, & custoditet illũ. Verumtamen sicut tempus ipsum luce ac tenebris, id est die ac nocte interpolatur, sic vita ipsa hominis tẽporalis, aliquando in tenebris, et meridiano sole, aliquando in luce media nocte: sicut non de die nocte, sed de tenebris dixit Deus lucem splendescere: ita in tenebris nascitur huius sæculi, qui filius dicitur nocti & tenebrarum, & non nisi de tenebris nascitur, qui filius dicitur ab Apostolo dicitu. *Omnes*, inquit, *vestis lutis & diei, & non nostis, neque tenebræ*

Diuersissima Scripturæ a Spiritu sancto.

2. Cor. 6.

Psalm.

Matth.

Genes. 26.

I.

Gen. 2.

Ephes. 5. Et iterum. *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Filius autem lucis dicitur lux, & filius tenebrarũ tenebræ: nam vbique qualis pater, talis filius. Est igitur infidelitas nox, & fides dies: peccatum nox, vitium tenebræ. Ignorantia tenebræ, lapsus lux: odium tenebræ, charitas lux. Diabolus tenebræ, Deus lux: Adam tenebræ, Christus lux.

Mala conscientia nox Mala denique conscientia, & peccati delectatio nox, & profundæ tenebræ: bona conscientia, & amor virtutis serena lux. Carnalis sensus siue vita tenebræ: spiritalis autem sensus & vita dies. Est igitur in his quæ diximus, nox: in qua, sicut Saluator loquitur, nemo potest operari. Quisquis enim malè operatur, non de quidem tam operatur, quàm patitur: omnia enim actio malæ naturæ bonæ quædã passio est. Qui enim bono, quo naturaliter est, vel habet, abutitur: dum ipsum corrumpit, ipse corrumpitur: & dum corruptionem agit, ipsam patitur. Noctis igitur passiones sunt, & tenebrarum, non operationes: dies verò lucisque operationes tantùm. Vnde sanctorum Martyrũ pro Christo passiones gesta potiùs dici solent, & victoriæ: mortes natalitia. Nihil enim operosius eo operetur, quod incorruptionem impassibilitatẽq; operatur. Nihil operosius, quàm summa animi cõstantia, vno simul ictu carnem, muncũ, diabolum, fœtentes, blandientesque calcare. Patet igitur, quàm subtilis ac veridica semper sit illa veritatis attentio, nocte neminẽ operari posse: die tantùm posse. *Me*, inquit *oportet operari, donec dies est: venit nox, in qua nemo poterit operari.* Hoc tamen de illa nocte congruè accipitur, post quam etiam nemo poterit operari, sed tempori tentationum solùm pati. Apud inferos enim sola tempestas nox, & semper passio: apud superos autem æterna dies æterna & sola laudis atque gratiarum actio. Vnde beatus psalles Propheta: *Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.* Prima itaque nox est, de qua potest res ipsa euidescere, & opus sequi, tametsi non possit in carne fieri. Secũda verò nox perpetes tenebræ est, ita vt in ea nemo possit operari, quia tenebræ: nemo post eam, quia perpetuæ. Non enim opus est, aut ratio, aut consilium apud infernos: quò properant filij lucis huius, & tenebrarũ illarum. Eapropter, dilectissimi, dum tempus, id est diem habemus (non hominis, sicut ait Propheta, *Diem hominis non desiderasti, tu scis*: quam hic, & beatus Iob exactionem multa, vt scitis, deuouit) bonum operemur ad omnes, incipientes tamen à nobis ipsis. Nam qui sibi nequam, cui bonus? *Miserere*, inquit, *animæ tuæ placens Deo.* Qui suã vineam negligit, quomodo colet alienam? Nocte non poteramus: ecce lux gratis venit in mundũ, & præuenit mundum. Nocte nati sumus, nocte educati: sed ex puto desuper, & luto desubtus: sputo de capite, luto sub pede. Illiniti aperti sunt oculi cæci nati. Nox generalis præcessit, in qua omnes peccauerũt: sed vero illucescente sole abscessit, & tenebræ disparuerunt: vt qui ante operati non potuerant, modò excutationẽ minimè habeant, in die operari detrectent. Si enim, ait ipsa dies, *non venissem, & locutus eis non fuissem*, id est, eis non luxissem, *peccatum non haberent*: *nũc autem excusationem de peccato non habent.* Quisquis accepta gratia non vtitur, in die vacat, & de otiositate iure increpatur. *Posuisti*, ait Propheta, *tenebras, & facta est nox*, in qua nemo potest operari: *in ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvæ*: contra quas sepienda, ac custodienda est vinea. *Catuli leonum rugientes, vt rapiant*: propter quos exire homo ad operationem non poterat. Sed ecce ortus est sol, & lucens super terrã, facit diem: vt exeat homo, qui desit esse lumentum, ad opus suũ mane, id est præuenit rore gratiæ anticipatus: & ad operationem suam sudet vsque ad vesperam. Quacumque enim hora inceperit laborare, vsque ad vesperam opus exigitur: nec ante vesperam merces soluitur. Perseuerantia enim boni operis postremo venit, & prima accipit. Est igitur, vt quoniam hora præterijt, breui dicamus, auersio à Deo, siue sensus rationalis à veritate, siue vitæ à charitate, nox, in qua nemo valens est operari: cõuersio verò ad Deum per inuestigationem & imitationem dies, qua exit homo ad opus suum, id est ad cognoscendum ac diligendum Deum, & delectandum in ipsius cognitione & dilectione. Propter hæc enim factus est homo ad imaginem & similitudinẽ Dei, ac per hæc reficitur reformaturq; ad easdem: per sensum ad imaginẽ, per vitam ad similitudinem. Verumtamen tactus ad imaginem & similitudinẽ, reficitur ad similitudinẽ & imaginem: propter confirmitatem vitæ reformandus ad participium naturæ. Vt cognoscat verum Deũ, æterna est vita: sed vt toto corde diligat, æterna est via. Charitas ergo via, veritas vita Charitas similitudo: veritas imago. Charitas meritũ: veritas præmium. Charitate ituri, veritate statuit. Vnde qui mane oriebatur, id est vsque ad vesperã non finiebatur, Lucifer, in veritate non stetit: quia à charitate exorbitauit. Quoniam autem charitas numquam excidit, cùm ad veritatem peruenerit charitas, non finitur: sed veritate charitas in, & in charitate veritas, sicut fœlicter, ita semper viuitur. Itaque dilectissimi, euentis de nocte peccati, & carnalis conuersationis, ad hanc operationem suam, prima illuminationis gratiæ, tamquam primum mane cõuersionis tuæ ad Deum, occurrit homini sua conscientia: & qualiter vixit, dum malè vixit, videt: qualis in tenebris fuit, in luce cernit. Itaque ipsa prima in vineam missa, dum se accusans, diligenter omnia recolit, vniuersa ad memoriam reducit, peculdubio humiliter se inclinans, in altum fudit: omnisque iniustitiæ radices exeidens, vtique ad iustitiam se colere incipit. Iustus enim in primis accusator est sui. Verũtamen sicut se conuertens ad Deum, de præteritis se grauiter accusat: ita necesse est, vt secundùm qualitatem, quantitatẽ, & causam operis, omnia subtiliter diiudicet, & districtè examinet: quatenus accusantem conscientiam, & in vinea ipsa accusatione laborantem, subsequatur ratio oblata subtiliter diiudicans, & ipsum dolor & cõtinuo cordis excrucians. Itaque in interno nostro quodam Capitulo conscientia accusat, ratio iudicet, dolor excruciet: quatenus dum nosipsos accusamus, iudicamur, damnamus: à Dño absoluamur, & non cum hoc mundo condemnemur. Sequitur itaque contritionem cordis confessionis oris, & ipsam ad extremum emendatio operis: quæ etsi vltima operetur, prima tamen remuneratur: sine qua confessio oris flatibus, contritio cordis vaporalis, iudicium rationis in condẽnationem, & accusatio conscientiæ in testimonium. Irrisor est enim est, non pœnitens, qui commissa defleri, & deflenda cõmittit. Quamobrem cum eũ fatione operis omnia prosunt, laboris mercedẽ percipiunt: sine ipsa verò obsunt, & in iustæ cordemnationis testimonium veniunt. Est adhuc, quod de his horis ac virtutibus aliter, & forsasse altiùs dici possit: sed, vt diximus, hora præuenit, in ipsum quod audistis, potiùs tangendo pertransimus, quàm

Ioan. 9.

Ioann. 9.

Psalm. 83.

Ierem. 17.

Eccli. 30.

Ioann. 15.

Psalm. 103.

Perseuerantia postrema venit, & prima accipit.

Isai. 14.

Isai. 14.

Quid homo conuertens se ad Deum faciat.

eloquendo tractauimus. Vnde alio initio tractemus, quæ mane, tertia, sexta, nona, undecima, & vespera, in Evangelica parabola distinguitur, ad laborem laborisq; mercedem, quod heri diximus, nequaquã hodie permutamus; videlicet ennersionẽ ad Deum, sensu & affectu diem accipi: sicut auersionem noctem, qua nemo potest operari. Sunt enim in hominib⁹ sensus & appetitus, secundùm quos animalia dicuntur, nec à bestiis vllâ per bos eminentiã leceruntur: quibus tamen si supponitur ratio, vt vtrique principetur, caistent quidẽ simul sensu & affectu animalia, ac mente rationali, mortalirateque pœnali, homines necessariò post peccatũ, ac pro peccato morituri: qui ante peccatum, & sine peccato poterant nõ mori. In quibus ergo sensus vel affectus rationem nondum sequitur, sed reluctatur, & vt, proh pudor! in nonnullis obstingit, ipsa contra ipsam ratione abutitur: bi nimirum, quã liber astuti, callidi, sensati, gratiosi, placidiue, nondum tamen homines sunt: aut si ob rationem dicendi homines asserũtur, vtique quia capite deorsum gradiuntur, non tam homines, quàm de hominibus monstra esse conuincuntur. *Os*, inquit Poëta, *hominì sublime dedit*. In talibus, dilectissimi, aliquando reluctatur quidem, sed tamen superatur, ac trahitur caprina, quæ sola est, ratio. Væ enim soli, quia si ceciderit, nõ est qui sublenet eũ. Aliquando verò sponte enercuis, effracta, & evitata sequitor, succumbit, ac omni spurcitiæ libenter se cõtradit. Primi ergo mali, secundi pessimi: vtrique noctis & tenebrarũ filij: sed alij noctem suã amant, alij diem desiderant: alij nihil habentes hominis, alij paũ: alij soluti, alij vincti. Vtrique in tenebris sunt, in tenebris ambulãt: bestiis siluæ, id est eatnalibus passionibus, ac sæculari⁹ desideriis: & catulis leonum, id est spiritualibus nequitiis in cælestib⁹ nocturna præda effecti: sicut scriptum est. *Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluæ, catuli leonũ, &c.* Dum igitur ad seipsum aduertitur homo, siue ad suũ sensum, siue ad voluntatem, siue etiam ad rationẽ: licet eò vsque profecerit, vt iomentum exuens, hominẽ induat: vtique nec noctem euadit, nec in diem vadit. *Ad meipsum*, ait Videns, *conturbata est anima mea: propterea memor fui cœpit esse dei* tamquã dei. Deus enim totus lux est: & in eo solo tenebræ non sunt vllæ. Nam sancti Angeli etsi in ipso mane inuenĩãr, in se tamen vespere offendunt: quibus vespere sui, & mane Dei, perficitur dies vnus, seu primus. In se ergo soius Deus diẽ inuenit: qui dũ menti rationali præuenier te gratia illucere incipit, ei mane facit: & inter tenebras ac lucem diuidit. Est itaque spiritualis diei antelucanũ mane gratia, quæ rationem præuenit, & à se ad Deũ conuertit: ac de tenebris iguorãtiæ, vel vt dictũ est, impotentiæ, seu etiam malitiæ, in diẽ sapientiæ, virtutis, ac iustitiæ, id est Christi Dñi, inducit. Verumtamen ego non æstimo, vnũ tantùm debere dici Christi diem: nam & ipse plures cõmemorat, dicens. *Abraham pater vester exultauit, vt videret dies meos: & vidit, & gauisus est*. Est enim dies timoris, dies amoris, dies gaudij, dies laboris, dies quietis, dies exultationis. *Exultemus*, inquit Prophera, *& lætemur in die, quam fecit Dominus*. Dies crucis, dies sepulchri, dies resurrectionis. *Viuificabit nos*, inquit, *post duos dies, in die tertia suscitabit nos*. Dies sexta, qua perficitur omne opus: Sabbatum, quo quiescitur ab omni opere: Dñica, qua resurgitur ad nouum gaudiũ, & diem solemnem in condensis, vsque ad cornu altaris, id est gloriam passionis, fructum laboris, sublimitatẽ crucis. O beata anima! quæ adhuc terrena habitatione depressa, potuit esse in spiritu in Dominica die, & audire post se vocem, quã vtinam ante me vel lõgè anteirem. Sed nos iuuenes, dilectissimi, hunc spiritus impetũ cohibentes, ac nosipsos nobisipsis metientes, redeamus ad diem timoris, diem fædij & pauoris: vt contædere ac cõpauere incipiamus Christo: & in die laboris, sudoribusque sui, collaborare, & consudare, compati quoqi, ac concrucifigi. Omnia enim in die certamini sui Dòs Iesus veracitet sustinuit pro nobis: & sustinenda mysterialiter configuranit nobis. Exeunti igitur de tenebris & vmbra mortis, id est de auersione à Deo, & peruersione ad mundũ, siue ad seipsum, vt conuertatur ad Deum, tamquã de occipitii ad ancipitem, primò occurrit præteritorũ malorum memoria, futurorum timor, factorum tædium, & patiendorum panor. Incipit enim & malè vixit recolere, ac timere, ne peiùs moriatur: & inuenitur primus laborator in vinea, seipsam accusans conscientia. Et hæc est prima pœnitẽtiæ gratia, & conuersionis hora: memoria verò quod reuocat, cordi offert, id est affectui: affectus enim in corde, sicut sensus in capite, sedem habere putatur. Sensus verò rationalis in tribus existere dignoscitur, ingenio videlicet, ratione, memoria: quæ in animalium capite distinctis, ordinatisque cellulis, ancipite, sinciput, occipite, vigere, & exercere propria creduntur officia. Redeunti ergo sensu ad retro ad ante, sicut ait Apostolus, quæ retro sunt oblitus, in anteriora extendens se, primò occurrit, vt dictũ est, memoria præteritorum: & incipit videre, in quib⁹ fuit, dum malè fuit. Affectus quoque, siue affectio, duplex intelligitur. Duobus enim modis cor afficitur ad omnia, quæ ei ab illis tribus offeruntur, scilicet amore, vel odio: ex quibus propter tempus, cuius mutabilitatem sequitur, cor mutabile, ac temporaliter variabile, illi nominati & noti quatuor otiũtur affectus, virtutum aut vitiorum omnium fundamenta, & materies cõmunis, atque, vt sic dictum sit, virtutum aut vitiorũ omnium clemãta. De quibus alumnum consolans Philosophia, sic ecclmit. *Gaudia pelle, Pelle timorem, Spemque fugato, Nec dolor adsit. Nubila mens est, luctaque frauis, Hæc vbi regnat*. Itaque secundùm præsens, præteritum, & futurũ, de amore gaudium & spes, de odio timor & dolor oriuntur. Porrò ipsa amor ac odium de concupiscibilitate & irascibilitate fluunt: quatenus sicut caput tricameratum, ita cor bicameratũ inueniatur: ipsaque tota anima in sensu affectuque naturali perfectione consummata, concupiscibili, rationabili, irascibili existat. Vnde prauaricatoris redeunt ad cor irascibilitas occurrit prima, quæ aberãt fuit vltima: & in tota anima pars tertia erit. Vnde haud incõgruè hora tertia secunda gratia in vineam mittitur: vt quæcũque per memoriam conscientia rationabilitei accusat, omnia secundùm qualitatẽ & quantitatem per irascibilitatem cõporctio, seu dolor interius excruciet: quatenus omne quod olim per delectationem dulce sapiebat in vita, per compunctionem amarũ sic

in memoria

Matth. 20.

Cãuersio ad Deum dies est, auersio nox.

Qui mali, qui pessimi.

Psalm. 103.

Psalm. 39.

Mane spiritualis diei gratia.

Joan. 8.

Dies timoris, dies amoris, &c.

Psalm. 117.

Osee. 6.

Apocal. 1.

Dies timoris & tædij, &c.

Philip. 3.

Baëtius de consolatio Philosoph.

in memoria, sicut scriptum est *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Itaque cogitatio primùm operatur, postea amaritudo. Mœc recogitatio, hora terna amaritudo. Miserũ est, ac stultum, peccata obliuisci: miserius, sine pœnitentia cordis reminisci: miserrimum per tractationem in eis delectari. Hora autem tertia, quia ad senarium pertinet opus, operatur ipsa affectio bona: affectus enim operi nomen imponit, & a fructu operis recognoscitur qualitas intentionis. Intentionem quippe habitum, vt ait Poëta, deprehendas ab effectu. Mutata ergo affectio cordis necessariò permutat exercitiũ corporis. Vtitur enim motus cordis tãquam dominans motu sui corporis, tanquã sibi subiecto mancipio. Vnde sicut ab arbitrio motus corporis, sicà iudicio peruersi alienus exstitit. Soli enim cordis motui de obedientia vel inobedientia, de virtute siue vitio, iudicium merito est, cui soli libertas arbitrij à Deo est. Sicut igitur auersus à Deo, cõ delectans malo, exhibuit mẽbra corporis sui seruire, cui seruiebat ipse: id est immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: sic conuersus ad Deũ exhibet eadem seruitute iustitiæ ad sanctificationem. Sexta igitur hora tertia gratiæ in vineam mittitur, exercitatio corporalis: quatenus sicut dolor interiorẽ, ita labor exteriorẽ hominem excolat, abstinentiâ castigans, operatione fatigans, vigilijs attenuans. Homo enim cùm de tenebris carnis ad lucem mundi egreditur, nascitur quidẽ ad laborem, sed incipit à dolore: & sicut in forma qui de tenebris carnalitatis ad spiritualitatis lucem egreditur, à dolore quidem orditur, & ad laborem oritur: sicut scriptũ est. *Homo nascitur ad laborem.* Verumtamen quod sequitur, *& auis ad volatum.* huic quam testimonio se ipsa optimè consonat. Auis enim nomine ipsa ratio mẽtis rectè intelligitur: quæ bestia, tamquam grellibus animalib⁹ excellit, & Angelis connaturalis existit. Vnde nona hora quarta gratiam vinea mittitur: dum super actiuã vitam, quæ inferioris animæ exercitio agitur, ad inquirendum Deum pennis lectionis, meditationis, orationis, erigitur, & ad amandum dirigitur. Quare sicut nona hora ratio, sic vndecima delectatio in vineam mittitur. Quid enim post actiuam vitam, nisi speculatiua restat, quæ visione Dei, & delectatione consummatur? Verùm quoniã in hac ærumnosa peregrinatione, vbi omnia ex parte sunt, nihilq; inuenitur perfectũ, neutra consummatur: nec ista ad duodenarium peruenisse monstratur. Delectatio itaq; venit posteriùs, laborat minùs, sed accipit priùs. *In via, inquit, mandatorum tuorum delectatus fui, sicut in omnibus diuitijs.* Quidquid ergo in exercitijs & defatigationibus nostris dulcedinis, delectationis, ac suauitatis sentimus: quasi de mercede laboris procul dubio gustamus: quoniam qui tem antequã in disciplina Dñi delectari, & iam diligere incipiamus, omnia sub pondere diei & æstus vix tolerantur, vix portantur: in dolore & angaria, in fastidio & murmure, in tædio afficiũt, & acedia. Cùm verò hora vndecima quinta gratia disciplinæ associatur charitas, & laboribus affectio bona, quæ facit in omnibus delectari & iucundari: fit per eam omne onus leue, & iugũ suaue: & inest ut quidam timoris & laboris, ita & ætristitiæ occasus: amoris verò ac suauitatis, feruoris & hilaritatis ortus primi diei vespera, & mane secundi, id est delectatio quædam, ac dilatatio cordis, & interna quædam exultatio exhilaratio mentis: quam *(illegible)* dubitemus nouit, nisi qui accepit: initium perfectionis, quod terminat inchoationem: initiũ plenitudinis, euacuans ex parte est: initiũ denique perfectæ charitatis, quæ foras mittit timorem, tollit laborem, abstergit dolorẽ. Itaque cùm iam diu laborauerit memoria, irascibilitas & exercitatio corporalis: postquam intenderint pondus diei & æstus, rationabilitas quoq; postremùm sudauerit, concupiscibilitas ventens extrema, atripiens prima laborem terminat, mercedem inchoat, omnib⁹ dum minùs laborat, minuit laborem, dum prima recipit, recipere facit: dũque ipsa quiescat, ad quietem omnia trahit. Ideo spiritus in Deo delectans, animã suam, quam prius tædentem, pauentem, tristem, sollicitam, turbatã, laborantemque in exercitatione sua fouerat, sic alloquitur: *Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi quia eripuit animam meam de morte,* id est de peccato: *oculos meos a lacrymis.* id est ne dolore præteriti peccati: *pedes meos à lapsu,* id est de timore futuri. Qui igitur in omnib⁹ quæ agit & patitur, delectatur, in nullo grauatur, in nullo laborat, in nullo grauatur: ita vt iam iugo leui, & onere suaui, verè tãquam operis mercedem, animæ suæ inuenit requiem, sicut promittens Saluator, ait, *Et inuenietis requiem animabus vestris*: & sic in iucunda conuersatione ex bona consuetudine iucunditabili dulcedine dilatato corde, viam mandatorũ Dei exultabund⁹ ac laudans, percurrit die secundo, id est charitatis, quæ foras mittit timorẽ: qui primo die, timoris scilicet, pondere premebatur & æstu in vineæ cultura: ad quam arctã viam inuenit, per angustam portam intrauit, ac intus duram, intractabilemque terram effodit. Cùm verò ad hanc magnã mansuetudinem dulcedinis Dei, quam ablcondit timentibus, reuelauit autem diligentibus, peruenerimus: nihil durum, nihil asperum, nihil graue nobis erit, quod pro Christo esse constituerit. Sed quia vbique dulcedine ac delectatione scientiæ, hoc solũ murmurabimus, quia parum erit omnes quæ agimus: libenter autem & feruenter ad arctiora nos accingemus exercitia studiotũ, vt vbique maiorem præguſtem⁹ suauitatem delectationum. Ipsa quoq; peccatorum recordatio non aget ut ad timoris cõpunctionem, sed accendet ad gratiarũ actionem. Tales ergo die tertij & laborit, die tertio operationis, die passionis & crucis contristãtur in exercitatione hos, dumq; adhuc viuentes crucifiguntur cũ Christo: sed in die pacis ac quietis, die tranquillitatis & silentij, die sepulturæ & sabbati, quasi peccatis ac mũdo mortui, in semetipsis consepeliuntur & conquiescunt Christo: quatenus die tertia, die exultationis & salutis, die solẽnitatis & lætitiæ, die resurrectionis & gloriæ, die tandem Dñica, die octaua, ac nouæ lucis prima, sicut Christus resurrexit à mortuis per gloriã Patris: ita & isti conresuscitati, in nouitate vitæ ambulent: spiritu viuentes, & spiritu ambulantes, Amen.

Sexta exercitatio corporalis.

Iob 5.

Nona ratio.

Vndecimã delectatio.

Psalm. 118.

Tertia ignorantiæ peccatorum.

Psalm. 114.

Matth. 11.

Nihil durũ gustanti dulcedinem Dei

Sermo 1. in Sexagesima.

Lucæ 8.

Exiit, *qui seminat, &c.* Inter quotidianæ & amabilis (illegible) paupertatis nostræ copiolas inopias, librorũ, & maximè Cõmentatorum, vt cernitis, renuria sumus optimi. Nã sicut quidam quos laudabiliter dixit, Euangelium (illegible) propter Euangelium, ita nos libros reliquos propter libros. Edocti enim à libris sanctæ fidei & morum virtutes, quietis fructum, paupertatis gratiam, non solùm vt olim, de domo & cognatione carnali egressi, quinimmo plurũ sanctorum fratrum ac domus spiritualis patris quasi obliti: sic ut cetera plenitudinis, sic nos pene omnia codicũ varietatis. & totius ferè

humani iacturam facientes, in hanc semotā, & inclusam Oceano insulam nudi ac naufragi, undam nudi Christi crucē ampiecti, pauci evasim⁹. Itaque quia nos tilere nō sinttis, ac pro lectione, viuæ voeis nostræ stequētiam exigitis: in cæteris S. Evangelij lectionibus non cōmunes vbique explanationes sequētes, liberiùs quod pro tēpore, loco, negotio, per sooiis, coogruera opinamur, exponimus: nec n. à summi Scribæ, id est dignit Dei sēsu absonat expositio, quæ scripturæ axeludit ænigmata, vt in auditoribus regnū destruat cupiditatis, cattratis autem ædificet: in hac antā lectione ab hac licentiosa libertate ablegamur, dū is qui proponit exponit. Semen est ergo verbum Dei, sator Filij⁹ hominis, sed ipse Dei Verbū: vnde semen & sator idem: quare ipse se seminat. Solus ipse est, qui seipsum dignè seminare, i. prædicare potest. *Non*, inquit egregi⁹ prædicator, *prædicamus nos, sed Iesum.* Ttmeo, ne sit hodie, qui seipsū prædicet: sibi, de Iesu loquendo, nomen facere cupiat, suam gloriā, aliena loquendo, quærat, aut quæstum: se extra se iacens in ventum seminet: vt vacu⁹ intus temancat, nec foris le colligat: *p*ferens veritatem, inserens vanitatē: propinans auri dotū, bibat ipse venenum: de humilitate quo melius disputet, peiùs superbiat: paupertatem prædicet, affectans diuitias: contemptū huodi cupid⁹, misericordiam anatus, subiectionem ambitolns. Sanctum Patris Verbum *p* est loquitur, quod docet agit: de quo scriptum *est, Quæ cæpit Iesus facere & docere*: ac per hoc sator ille se seminat exēplo vitæ, & verbo doct. inæ, dicens, *Discite à me*, quod videtis in me, *quia mitis sum, & humilis corde.* Sed vnde exiit, vt semioetr Exiit, vnde non abscessit: venit, quò non accessit. Exiit de sinu Patris Verbum, veoit in vterum Virginis, indeq, exiens caro factum, venit in mundū, tamquam sator in agrum, Filius hominis. Solene qui seminant, de occultis hortis stercora extrahere, baiulos quosdā cophinos, vnde seminent, replere: & ita ad serendum exire in agrū. Exiens ergo semē istud & sator de occulto & inuestigabili, vbi plenitudo habitat, horreo dtuinitatis, generāta virgina mūdus est in cophinum carnis: vnde se seminat de se, semen, sator, & cophinus ipse. *Sed dum seminat, &c.* Prudens iste agricola terræ suæ differentiam nouit, at tarram indifferētar serit, & quasi insci⁹ cari seminis iacturam facit industrius.. Quid sibi vult istud? an differentet seminat? Sunt enim plures sationes verbi, alia interior, alia exterior: alia ad antes carnis, alia ad antes cordis: alia deniq, foris ad antes verbo doctrinæ, alia ad oculos exēplo vitæ, alia ad cor intus inspirationa gratiæ. In his itaque tribus perfectio erat magisterij cælestis in Christo. In cælo n. catbedrā habet, qui corda docet. Discipuli Moysi Scribæ & Pharisæi, dicūt, sed non faciunt, antibus, noo oculis seminantes: discipulorū verò Christi superabundat iustitia: dicunt enim, & faciunt, autib⁹ oculisq; seminantes. Vnus magister Christ⁹ foris seminat vita & voce: intus iuuat dono gratiæ. Itaque in agro non indifferenter seminat: licet semen verbi foris cōmuoiter spargat. *Spiritus*, inquit, *vbi vult, spirat, & vocē eius audis, &c.* Vocē indifferentet foris audis: sed qua causs, qua ratione, qua gratia, qua discretione ab alto occulroque consilto Dei veniat, & ad illū vel illum vox cōmnoiter foris facta intus specialiter vadat, nescis. Est igitur auditorū verbi quadripartita differentia. Alij cor habeotas conculcatū ac induratum, prædicationem ante foris audiunt, sed hanc in corde non recipiunt: quib⁹ secus viā, nō in via credulitatis vel obedientiæ verba cadunt Non n. omnium est fides, nec omnes obediunt auangelio. Inter autē enim & cor dæmon volitans, *q* per vnam aurem intrat, per alterā exitabit, ne ad cor descendat. Cùm n. prædicator assurgit, vt foris loquatur, assurgit diabolus, vt intus obloqoatur: aut falsum esse luggerēs, aut peruertens *q* dicitur, aut diudicās à quo dicitur, aut somno, aot alus cogitationib⁹ aggrauans illum, cui dicitur. Alij facilitatem obedientiæ habentes, sed virtute carentes constantiæ, vt filij Ephrā intendentes arcum, conuertūtur in die belli, eitò cōpuncti, cuius arcfacti: temporales & leues, non habentes altum radicem caritatis: tēpora pacis credunt, tempore tentationis recedunt: dum nil intus pruit, cælibes: dum nil foris sæuit, fortet: si nimo molestat, manlueti: si cuncta succedunt, deuoti: quib⁹ illud cōuenit, *Confitebitur tibi, cùm benefeceris ei.* Verè filij Adam, vt qualis pater, tales filij: qui eò vsque stetit, donec cadendi habuit occasionam: stetit, donec leuiter pulsatus ruit. Sicut primi nimis duri, sic ht nimis molles: illi obstinati, hi pusillanimes: illi non tacipiunt verbū, bi noo tetinent. Tertij tetinent, non tamen sibi ad fructū, sed contra se in testimonium: terra sub veteri maledictiona squalida, & inculta, spinas ac tribulos germinans: contra quos clamat Propheta. *Nouate vobis nouale, & nolite seminare super spinas.* Primos obdurat malitia, secūdos resolvit cordis inopia, tertios coarctat suarum, solicitudo vastat, opprimunt curæ, suffocāt diuitiæ, evitant voluptates, crapula & ebrietas grauant: ve in manu ebrij prof ūnto spinæ ortæ eam pungāt ac lacerent. Quis hodie, alleganteboc ipso Dei Verbo, ipsa veritate exponente, interpretante Divina Sapientia, quæ omnū oouit naturam & vim, diuitias spinas putat, quis eas vt spinas amplecti *eas reprimant* eesput? Dei Verbo credite, diuitiæ spinæ sūt, quas *spinas.* qui amplectitur, sicut fasciculum spioarū, quarto arctiùs sibi astringit, tamò acriùs se pungit. Sed stulti dum sub sentibus esse delicias putant, veris ac intimis punctionibus lacerantur, dum falsis ac breuibus delectationibus eluduntur. Quando ab his spinis, vt cibo gehennæ, homines deterremus, acclamant omnes, spinas verè esse diuitias, nec tamen eas deserunt: nos felices, quasi iam anaserimus, laudant ac beatificant, se accusant, & mūdo quem diligunt maledicunt, sermone ac detrahunt, fœnū portant & murmurant: non possessores, sed possessi à mundo, imò sub ipso constrati & obruti: sicut Igniuomus Ille sub montium mole gigas, surgere nequeunt: in quib⁹ regnanta huius mundi amore, charitas Patris, vt verbo rusticano vtamur, *p*fundam micam non habet, quæ sola semen Filij ad fructū recipit. Gratias agamus agricolæ Patri, qui semini Filij per Spiritū sanctum fecit nos idoneos, ignē charitatis diffundens in cordibus nostris, quo spinis exustis terra nostra excocta tricenum, sexagenū, vel etiam centenum fructum ferat in patientia. Obedientia n. verbi semen suscipit, patientia fructificat, perseuerantia metit. Et sicut de agonistis ait Apostolus, *Omnes currunt, sed vnus accipit brauium*: sic & de virtutib⁹ dicere est. Omnes ad regnum Dei currimus, sed vna capit brauiū. Currit mundi contemptus, paupertas, eleemosyna, abstinentia, obedientia, patientia: sola perseuerantia coronatur. Nam *qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit*: &. Dūs fines terræ iudicat: nā media sicut initia discussionē non habent: nec incipere, sed perficere pro virtute habetur. Itaq; obedientiā cōmendat patientia, hanc coronat perseuerantia.

2. Thessal. 3. *Quot modis dæmon prædicationem impediat.*

Psalm. 48.

Ierem. 4. *Pauci diuitias spinas putat.*

1. Cor. 19.

Matth. 10.

2. Cor. 4. *Quis se prædicet non Iesum.* *Actor.* 1. *Matth.* 11. *Luc* 8. *Plures sunt sationes verbi.* *Ioann.* 3.

Sermo 2. In Dominica Sexagesima.

Luc 8. EXiit qui seminat, seminare semen suum. Exiit quidem de vtero Virginis filius hominum, & seminetipsum, id est Dei Verbum seminauit in auribus hominum voce, in oculis exemplo, in cordibus gratia. Sed dum seminat, auditorum quatuor inueniuntur differentiæ. Primi audiunt, sed credere non curant, vt bene agant, à maligno, cui se mancipauerunt: cui ferui addicti, quasi ab eo victi, venundari sunt, vt malè agant. Secundi audiunt, & cum gaudio, id est facilè, recipiunt: sed eadem leuitate tacti, tentationis æstu reiiciunt, & abortiuum faciunt: quibus conuenit illud Ieremiæ. *Periit fides, & ablata est de ore eorum.* Tertij verò ore cõfitentes, factis suffocant. Quarti corde credunt ad iustitiam, & ore confitentur ad salutem. Sed alius intuenti liquet, hunc fatorem, nec hinc priùs exiisse, nec hic priùs teuisse, nec nunc priùs has agri differentias reperisse. *Exiui*, inquit, *a Patre, & veni in mundum*, vtique, sed per verbũ. Vnde nec priùs exiuit de homine: nec priùs fuit in hominibus. Neque enim ad homines priùs locutus est Deus: sed neque ad Angelos. *Semel*, inquit, *locutus est Deus, & secundò non repetit illud.* Quæsimus, dignumque quæsitu est: pietatis, non curiositatis; deuotionis, non præsumptionis: cui hoc est semel, quod repetere non potest: nec aliud præ illo loqui Deus, qui omnia potest. Itaque, fratres mei, quæ iam Deo deuota mens, & amoris impatiens, quæsiuit in lecto, quæsiuit extra lectum in ciuitate, quæsiuit per vicos, quæsiuit per plateas dilectũ suum, & omnino inuenire non potuit: donec vigiles, id est Angelos, qui nonnunquã dormiunt, pertransiret. Cùm autem pertransisset omnem Angelicæ naturæ celsitudinẽ, tunc primùm inuenit, inuentum tenuit, nec dimisit. O beata anima! quæ tam studiosè quæsiuit, feliciter inuenit, fortiter tenuit, sapienter seruauit. Quid agimus, fratres? Nonne ad omnem spiritualem exercitationẽ hæc pauca, sed non parua, sufficere debent: quæsiuit, inuenit, tenuit, nec dimisit? Quid aliud agendum, vel amplius restat? Quæsiuit illa perspicax oculis, & Dei vida aquila, illud quod quærimus, primum & vnum Verbum, ac emenso toto, quod de non esse venit ad esse, in principio reperit, quo esse non cœpit, *In principio*, inquit, *erat Verbum.* Sed quo modo in principio, quod esse nõ potest sine principio? Omne enim quod verbum est, sine omni principio esse nequaquam potest. Alioquin enim verbum esse cœpisse est. omne quod verbum est, & à dicente, vt verbum sit, ipsum exire, liquidũ est. Exiuit ergo verbum ab eo, cuius est verbum: sed quomodo, quando, quale, & à quo exiuit primum verbum? quis enim priùs, quomodo, & cui locorum est? Sed vt hæc plenius indagemus, paulò altiùs à communi & cnosueto sermone orationis est. Itaque ante omnia, vt aliqua, quæcumque sunt, aliquomodo sint, omnino necesse est, vt simpliciter sint. Nam quod nullomodo est, omnino nihil est: quod autem non est, nullomodo prorsus est, & nihil est. Essentia igitur mera in omnibus cõpositione prima, resolutione postrema occurrit. Ante eã etenim nihil inuenitur, quod subiacerat formis: nec post eam quidquam: formis ab ea intellectu abstractis. Diuisit enim intellectus, quod non diuidit effectos: & cui accedere aliquid ad statum, vt illud sit, ei & decedere potest, ne illud sit. Sed & ipsa forma, quæ accedere materiæ, ac decedere potest, si non est rursũ nihil est quidquam igitur est, accepta essendi forma est, atq; subsistit, vt hoc vel aliud esse, id est aliqua tenere specie possit. Omne enim quod est, ideo est, quia vnum numero est: *Vnitas* vnde possit postmodo mensura discerni, ac ponderis *merita.* de locari. Numero enim mensura, ac pondere, omnia omnino cõcludi non negat, nisi qui omnia ignorat. Ideo primum de omni re inuestigare oportuit, cùm ipsa sit, quid sit, postea qualis sit, tertiò *Quid primum, deinde* quam ad quid sit: id est de natura, forma, & vsu. Vnde *quale, tertiò* etiam talium studiosi, non quidem ipsi fecerunt, sed *quam ad.* tres naturaliter disciplinas esse, inuenerunt: in quibus fuisse eoteres omnis sapientiæ studium versari eog nouerunt: videlicet Physicam, Logicã, Ethicam; id est naturalem, rationalem, moralem. Naturalẽ itaq; primùm sequentes, quæramus, quid *Tres disciplinæ. Physica. Logica, Ethica.* esse potest, omne quod esse constituit. Omnes igitur quod existit, aut per se existit: aut alio eget, vt existere queat. Itaque Deum, quo nihil dignius, inquirentes, quidquid melius, dignusque occurrit, libenter sequamur: donec ad dignissimũ, & quo melius esse nihil possit, salubi ratione perueniamus, affectuoso autem tenacitate diligentia custodiamus. Relicto igitur, quo per se non subsistit, sed alij adiacet, vt existere queat (vnde adiacens, siue accidens ioze nominatur) item per se existentiã tractemus. Veritatem ad hoc opus est secunda, quam diximus, disciplina: vi qualiter per se res subsistere quælibet possit, discernatur. Subsistere itaq; dicitur res natura vel actu, ratione vel se. Verbi gratia, vt homo subsistat ratione, siue natura, præter animal rationale mortale, oui quæritur: hoc enim totum esse hominis est, & vt homo subsistat, nihil superponitur: vt autem sapiẽs sit, necne, bonus vel illius modoli, pater an filios, albus aut niger, sedeat aut non, hic vel alibi sit, & quãdo agat vel patiatur, armatus sit, siue inermis, minimè quæritur ad hominem esse: siue qualibet tamen eunstat nemine esse, id est re actuque subsistere. Subsistit itaque homo per se, vt sit homo, & subsistit per se quilibet homo, vt sit aliquis homo. Quare vtrumque substantia dicitur, & quòd ratione subsistit homo, & quòd actu subsistit aliquis homo. Sed hoc quo actu subsistere nescitur, propriè, principaliter, & maximè substantia dicitur: vnde prima substantia nominatur. Quod autem *Prima substantia* tantùm ratione tantùm & intellectu, secundariò quidem *secunda* substantiæ nomen obtinuit. Est *larua per se* itaque omnis substantia, id est res per se existens, *subsistit, se-* aut prima aut secũda. Sed differt, quia prima quidem *cunda sem-* subsistit per se, & in se, secunda verò per se, *per species tu-* sed non in se. Non inuenitur enim secũda existere *ma subsistit.* nisi in prima. Secunda ergo ratione tantũ, siue natura, siue intellecto abstrahenter: prima autem ratione simul & re, natura & actu, intellectu & statu. Vnde verior ac melior substantia dicitur, quæ ratione simul & re, numero vna subsistit: quæ ratione tantùm & intellectu, quasi communis & confusa, suspenditur intelligitur. Nusquã enim inuenitur existere homo, qui nõ sit aliquis homo. Sed neque existit aliquis hic vel ille homo, si non omnino homo. Sicut ergo non subsistit secunda substantia, nisi in prima: sic nec prima nisi de secunde. Ratione enim præcedit secunda, vt esse possit prima: actu autem subsistit prima, ne nusquã, ac per hoc, nihil sit secunda. Nullus est enim homo, si omnino non sit homo: sed nec vsquam est homo, si nullus est homo. Similiter autem his & de ipsa substantia. Nam si ipsa substantia non esset, nec ista, nec illa substantia esset. Seruatum est tamen cùm ipsa sit: nisi in ista vel illa esse non potuit. Seruatã igitur omnibus per se existentibus, id est sub-

Tribus modis seminauit Verbum Dei.

Quatuor auditorum genera.

Ierem. 7.

Ioann. 16.

Iob 33.

Ioann. 1.

Essentia est primum in re quam.

tiantis, ratione & causa, natura, & quasi materia præcedet: vt non solùm sint, quod est essentiæ, sed vt sint, quod sunt, id est subsistentiæ. Ipsa tamen talis, id est communis omnibus & generalis, nusquam subsistit. Et cùm ante se, nihil habeat, tanquam materiam, vnde sit: sub se tamen continet sine quibus, & nisi in quibus subsistere nusquam possit. Occurrit itaq; generaliter concludere, omnem substantiam esse primam, vel secundam: & omnē quidem secundam per se existere, sed in se nullam: omnemque primam per se existere, sed à se nullam: ideo imperfectionē vtriusq; & indigam, cùm huic desit, in se existere: & illi de se: illa egeat ante se, vnde sit: ista post se vbi & vnde sit. Sed ecce, dilectissimi, (fateor, nescio quo impatientia præcaltæ animæ) ex earū imperfectione quæ solæ ac totæ substantiæ sunt, interlucere incipit quasi quædam si dici potest supersubstantia, quæ per se, in se, & ex se, omnino ratione ac re, natura act, intellectu, & statu subsistit: cui nihil præest, vt sit aliquid: nihil subest, ne sit nihil: nihil suprà, vt inde sit: nihil infrà, nisi in quo subsistere nō possit: nihil antè ad naturam, nihil pòst ad statū, nihil extrà à formam. Quod si ita verum est, nec vana eluditur animæ phantasmate, lōgè illud omni substantia melius est. Quare substātia nec prima nec secunda mihi nullatenus colenda erit: cùm melius aliquid, si fortasse non sit, sed cetè cogitari possit. Accidens verò, vt diximus, omni substantia posterius est: ac per hoc cùm nisi in substantia esse non possit, sine ea necesse est, vt nihil sit. Itaque si non est substantia, non est accidens: sed si non est accidens, quod nouem prædicamēta complectitur, nulla omnino erit secunda, per quā specificētur à superioribus inferiores substantiæ, & per quam descendant in primas substantias secundæ. Quare si nulla sit forma, nulla subsistet actu prima substantia. Quod si nulla subsistit prima, nulla omnino erit secunda, quæ subsistere nō habet, nisi in prima. Nihil ergo conuincitur esse substantia, si nihil sit accidens: sed nec sine substantia accidens quidquā, nec sine accidenti substantia vlquam. Nam qualis abstrahenter intelligitur secūda substantia, nusquam in se est, & actu nihil est: sed confusè concipitur animo, & suspēditur intellectu, donec aduētantib⁹ formis quasi vestiatur, & in aliqua primarē actuque statuatur: quæ tamen prima nulla omnino erit, si forma non fuerit: sed nec forma, nisi ipsa sit. Itaque vtrūque, id est subiectū & accidens, siue substantia & forma, per se sine altero consistentium, manifestè inuenitur nihil & inane: vt ea duabus nihilis, id est materia per se, & forma per se, constet tertium esse non nisi nihil, id est omne compositum: sicut manifestè ait Propheta, de homine generaliter loquēs, *Omnes*, inquit, *gentes quasi non sint, sic sunt coram eo*, videlicet qui verè est, ae per se, & in se, non in alio ante se, vel supra se: *& quasi nihil & inane reputata sunt*, tamquam de nihilo & inani. Ergo, qui se existimat aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit. Taceam⁹ itaque aliquid quærere, cùm nihil simus: quærere quod verè est, cùm verè omnino non simus. Ad omnū enim differentiam dictū est, *Ego sum, qui sum*: vt dicere possit omne quod id non est, Ego sum, qui nō sum: aut non sum, qui sum. Et quo profecimus, fratres? Aliquid quærentes, inuenimus nihil. Deum quærentes, nos metipsos perdidimus. Cùm enim tenuissima tenebrarum tela interlucere cœpit de nonnihilo aliquid, magnum tam nobis lumine elatum, quàm de nihilo nihil simus. Domine, verè in lumine tuo videbimus lumen tuum, & tenebras nostras. Sed hic, dilectissimi, paulatim est nobis hodie, cùm labore & seruitione fatigati simus. Vtique enim panem in ludore vultus nostri vescimur, dum peregrinamur à domo illa, vbi est in voce exultationis & confessionis sonus epulantis: ad quam nos peraducat, propter quem etiam in hac insula & extremo ab vniuerso ferme terrarū orbe exultamus.

Prima & secunda substantia imperfecta.

Quid non sit Deus scimus.

Nec substātia sine accidente, nec hoc sine illa.

Isai. 40.

Exod. 3.

Sermo 3. in eadem Dominica.

HEri, dilectissimi, quæ cuncta Deum, vt scitis, nos ipsos dū perdidimus, inuenimus. Coegit quidem, quasi qui insana & extra nos cecidimus: intus per nos ad ipsum redeamus. Tenui & arcto cæcello perfuso diuinæ faciei lumine reverberati, in facies nostras cecidimus, id est abæstimatione nostri supra quā sumus, in agnitione eius quod sumus. Postremo inuestigates quid sit Deus, quid non sit, reperimus. Ci cuncuntes per vicos & plateas, id est omnes substantiæ rationales, realesque status, in ipsis ipsum non inuenimus, cuius aliquid omnino est natura, & res naturæ: qui non aliter per abstractam mentem concipitur, quàm re subsistit. Quare nihil omnium est, aut potiùs omnia nihil sunt: ipso solo nec nihil, neque de nihilo existente. Quæcunque igitur sumus, Domine Deus noster, extra vniuersitatem? quibus volatur pennis supra omnem corpoream, incorporeāque substantiam, homines caro onusti, peccatisque graues, vt quæramus te, quib⁹ nihil latis, nihil iucundū esse potest extra te? Domine, ecce omnia te inquimus pro te, & si inuenimus gratiam coram te, ostende nobis desiderabilem & amabilem ipsum te. Renuit omnem consolationem anima nostra: sola memoria tui, & excitatione tali delectamur: & ecce defecit spiritus noster, quia nondū vidit te. Si neque corporea, neque incorporea substantia es, quid es? Videamus itaque, ne forte sit incorporea substantia, sicut vigiles, quos tamen pertransiuit illa, quæ diligenter quæsiuit, feliciter inuenit. Substantia igitur, quæ generalissima mente cōcipitur, primùm & sufficienter diuiditur in corpoream ac incorpoream substantiā. Omnis enim substantia talis vel tali sit, necesse est: & quæ talis non est, nec substantia est. Sed substantiæ propriè proprij, & quæ illi sit, est susceptibilitas contrariorum. Vnde ipsa susceptibilitas contrariorum regula partiū dicitur, de quocunque substantia ipsa. Vnde & hæc & illa, sicut substantia est, ita & contrariorū susceptiua. Hinc est, quòd non solū per diuisa ac disparata quælibet, quinimo & per contraria mutabilis sit. Vnde secundùm aliā disciplinam substātia dicta est elementorum, omniumque mutationum fundamentum, per omnia mutabilis, & cunctis substana, numquam sibi constans. Nos autē quærebamus nō permutabile fundamentum accidentium, sed incommutabilem patrem luminū: penes quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio: quem liquet nec incorpoream propriè posse substantiam dici: quem nefas sit susceptiuū contrariorum præfiteri. Profectò enim quod incōmutabile est, commutabili melius esse manifestū est. Quod autem incommutabile est, ve ex superioribus claret, nec substantia, nec in substantia, sed supra omnem substantiam fatendum, substantiæque supersubstantia meritò nuncupandum. Nam

Diuiditur substantia in corporeā & incorpoream.

Regula partium.

Deus supersubstantia.

Diuisibilium substantia in mutabilem & mutabilem diuidenda.

lum creatur substantia alia mutabilis, a se immutabilis, substantia ipsa omnino nō recipit: cùm ei sese omnimodo similis esse contrariúq; proprium sit, & de immutabili id dici nequaquam possit. Sed nec diuiditur in maiorem superiorem: cùm mutabilem substantia ipsa substantia nō excedat, se eadem prorsus sit: & eadem generalitate cunctas cōtineat substantias, & sustineat formas. Itaque incommutabilis quæ dicitur substantia, substantiæ nullatenus supponitur, sed dignitate præponitur, ac natu æcōtrarietate opponitur, & efficientia supponitur. Sicut illa omnibus subest, sic & ista omnibus superest. Illa in omnib' & per omnia mutabili: ista extra omnia, ac super ōnia incommutabilis. Illa in sola mentis conceptione

Deus est super omnia substantia.

tractata igitur, & in eb' suæ naturæ existit: ista se nulla mente comprehensibilis veraciter existit: non habens superiùs naturam, in qua concipiatur, & interiùs rem naturæ, in qua statuatur: quippe quod est vnū, simplex, ac stabile est: quod omnino in omnibus inueniri non potest. Vnde & super omnia est: quod vnum, super materiam, & simplex, super materiatum: quod immobile, super omne creatum. Sicut enim omne creatū per motum de non esse venit ad esse: ita & variabile est per esse, ac vergere potest ad non esse. Tu autem Dñe Deus meus, idem es, qui simplex es, & annos tuos non deficient, qui immutabilis es: atque ex his æternus esse comprehensus es. Eia, fratres, quia volantes fatigati sumus, pedib' nos recipiamus: descendentes ad id quod superest dicitoi laboris, alterantes hominem ad laborem, & auem ad volatum: vt obtiqi edocti & adiuti ab ipso, qui in vtrūque exhibuit, Iesu Christo Dño nostro, qui cum Patre & Spū. sa. viu. per om. sæc Amen

Sermo 4. in Dominica Sexagesimæ.

QVærentes, fratrissimi, Dominum nostrū, quo ereptum est, *Quærite faciem eius semper.* Psalm. 105. propter quem quærendum, dum inuenire potest, omnes se è humanum genus, & non ipsos libenter perdimus: pridie enim euiuimus vicos & plateas, hesterni vigiles ciuitatis paululum pertransiuimus. Vnde super omnem materiam & formam ac simplicem naturæ incorpoream substantiam, ex ipsius oppositione materiæ reperimus vnum simplex & immobile: quo si nihil melius non solùm est, sed nec esse potest, Deos vtique notatet est. Quæram' itaque hodie, non adhuc inter omnia, sed iam super omnia: discutientes quod inuenimus, vtrum optimum sit, non solùm omnium quæ sunt, sed vt diximus, quæ esse possunt. Primum ergo occurrit, nec effugere potest, nec deficere vllo genere, quod immutabile est. Vnde ab eo, quod est, nec maius, nec min', nec aliud, nec aliter esse potest: ideoque quidquid iam est, semper id forte, necesse est. Secundò, quia simplex est, quod habet, hoc est. Impossibile enim est, quod verè simplex est, sine ad naturam, sive ad formam, sive ad proprietatem, aliud habere, quàm ipsum est. Tertiò cùm vnum sit, ante se non potest habere, vnde sit. Vnum enim ante omnia necesse est esse. Impossibile enim est, multa esse, si non sit vnum: imò & plura esse, nisi ab vno, æquè impossibile. Quare vnum ante omnia, & ab vno omnia, & omnium principium, omnino vnum. Vnum ergo ante omnia, simplex post omnia, incōmutabile est super omnia. Ab vnitate pluralitas omnium, à simplicitate diuersitas vniuersorū, ab incōmutabilitate omnis mutabilitas. Ab vno omne multiplicitet ouneroſum, à simplici omne onneroſè compositum, ab immobili omne quocumque genere motū. Sicut enim omnis motus surgit ab immobili, sic omne eōpositum à simplici. Et quid, rogo, fratres mei, quorū gestientia corda per spiritū, melius esse potest, quàm quod fruitatio nihil recedāte gratia iam claret: id est aliquid ante omnia, vnde omnia: post quod nihil, & supra quod nihil: principium, vnde omnia ducūtur ad esse: finis continēs omnia, ne recidant ad nū esse; æternitas mouens & regens omnia per esse? Voluersitatis creator, moderator, & sustentator: inec mutabile principium, pro quo seruiunt dilectæ à Deo Iacob annis septem: hoc enim Rachel interpretatur, ac significat: principiū, vbi beatus ille Theologus pulcræ est hoc, quod quærimus, sanctum Dei Verbum: principiū, qui omnia sua est, & aliter aut aliud esse nequaquam potest. An hoc es tu, Dñe Deus meus, quē quæsiui inter omnia, & inueni super omnia: nec omnium aliquid, nec omnino nihil: nec medium inter omnia & nihil: vbi Plato materiam posuit, sed vnde ipsa materia mira operatione fluxit? Duo ostendisti nobis, Dñe, fectis tuis, quòd sis, & quid nō sis: ætuamusque ad tertium, id est scire, quid sis. Verè cui apponis scientiam, apponis & dolorem. Maiori enim æstu eōeutimur scire, quid sis: quia nec quòd sis, nec quid oōsis, latere, aut fallere potest. O vtinā nescientemus, quid nō es, & aliquo delectabili phantasmate illuderemur pro te: aut potiùs ferremus, quid es, & veraciter ac soauiter amplecteremur te Sed ostende nobis, Dñe, ipsum te: qui vt scis, oihi bodie desideramus, ostende nobis te: nec aoramus, visi te, propter te: qui mēte totum, & corpore ferè totum mundū fugimus, vt expedite quæramus te. Sed quoniam nondum satiat e sitim meā potis sum vidēdo te, indignationem saltem spiritus met eoomā in insipientem, qui blasphemauit in te. Dixisti enim oinsipiēs in corde tuo, extra eor tuū ipse, *Non est Deus*, quod tamē oec dicere potuisses, si non negas, oon esset, siue qnu oihil esse posset. Si ergo es, ipse qui dixisti: *Fortè dubium & is, de quo dixisti.* Quidquid enim est, aut principium est: aut de principio esse, necesse est. Quare si de principio es, necessatio est principium, vnde est: aut si principium ipse es, tunc quod esse negas, ea. Item quicquid est, aut simplex, aut compositum est; ideſt ex simplici esse, necesse est. Quare aut non es, aut horum alterum es. Similiter quicquid est, aut immobile est, aut de immobili est, vtrumque moueri: omnis enim motus surgit ab immobili. Quare si aliquid est, aut vnum & simplex, & immobile est; aut es his esse, oecesse est Quod si omnino oibil omnium est, ipse tamē Deus est: à quo fore potest, quicquid esse possibile est. Et enim alluot, non solùm quæ sūt, sed quæcūqoe esse possunt: qui vocat ea quæ noo sūt, tanquam ea quæ sūt. Præterea o excors & insipiens, qui negādo affirmas hoc ipsum, quod negas: si verum est, quod affirmasti: verè mentiris es to capnt unum. Nā si hoc est verum, aliquid est verū: & si nonnquā Deus fuit, hoc sēper verum fuit. Quod si hoc sēpat fuit verum, ab æterno aliquid fuit verum. Vnde & ab æterno veritas fuit, quia hoc verū fuit. Quare āte omnia saltē hoc vnū fuit, cùm nihil adhoc esse, verū fuit. Quod si cōpositū fuit, vtique & motabile: & si mutabile, tēporale. Quare & ab æterno tēp' fuit: quo quid insipiēs inuadiet potest? Attamen id ad propositionē insipientis sequi, necesse est: si vnū illiod, q̄ ab æterno esse negari non potest, cōpositū est. Sed autē simplex: & immutabile

Psalm. 13. Disputatio aduersus insipientem.

Perfectiones Dei.

Deus ante, post, & supra omnia.

Eccle. 1.

Alludit ad Cantic. 3.

sin autem simplex, & immutabile. Hoc ipsum q̃ supertiùs moeuisse nos exoltabamus, ipse dũ negat, affirmat dum destruit, astruit. Credite mihi, fratres, imò certis & necessariis connexionibus credite: nemo potest negare, Deũ esse, quin inde sit consequens, ipsum esse. Neque hoc ex propositionum vt, vel sermonum inferentia, sed ipsius natura. Nam si aliquid est, consequenter & ipse est. Et si nihil est, sicut fuit, antequam fieret, id quod aliquid est: ipse tamen est, à quo fieri potest id omne, quod nondũ est. Nihil enim à seipso fieri potest: cùm seipso prius & posterius nihil esse possit. Nihil itaque mihi constat verius esse, quàm quod insipiens dixit, nõ esse, sine quo nihil potest esse, & à quo omnia habent esse: solum, vnum, simplex, & immutabile, fons numeri, mensuræ, & ponderis; in quibus subsistunt omnia quæ sunt, suo modo singula, propter numerum ab vno: specie aliqua contenta propter mensuram à simplici: ordinata propter pondus, ab immobili. Singula enim quæ sunt, ideo sunt, quia vnum numero sunt; & in sui compositione mensuram habent, ne speciem sui generis excedant, & ad aliquam similitudinem sui ponderis motu ferantur, vt pacem habeant. Eia fratres, quia pertransiimus, inuenimus, & sacti sumus Idithum, id est transiliens eos vsque ad eum; id est plores vsque ad vnum. Hic est igitur, quem quærebamus: teneamus eum, nec dimittamus; & interrogemus eum de seipso instanter, & importunè. Vim patri se patitur, vinci vult, & nisi victus minime benedicit: & cùm omnioo se velit teneri, quærit dimitti. *Dimitte me*, inquit, *aurora est* Teneamus ergo fratres, sensu, teneamus affectu: teneamus conscientia, teneamus vita: teneamus ipsum propter ipsum, delectantes in ipso, & conformãtes nos ipsi; vt à multis collecti ad vnum, vniamur vni, & in simplo simplificati, immobiles stemus, quantùm possumus cũ immobili, in idipsum dormientes, quiescentesque in pace, quam nesciunt, qui à fructu frumenti, vini, & olei, non Dei, sed sui multiplicati, id est multis distracti, intenti, distenti, turbari sũt. Sicut enim qui per foramen arctum subtilis aeus grossum & multifidum in capite filum impingere conati, quantùm valet summis digitis, illud intorquet & simplificat: sic qui in hoc quod agimus, sapientiæ studium animum figis, nisi ab omni solicitudine & curiositate & ambitione & voluntate carnali cor reuocet, & disciplina torqueat, summa studiorum vigilantia acuat, semetipsum decipit, & frustra laborat. Nam sicut autem Dei Verbũ, facilius est camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem ingredi in regnum Dei. Quid enim est illud regnum, nisi inspicere Deum, & delectari in ipso? Hoc quomodo possunt, qui alias ab eo habẽt cogitationes, delectationes, & consolationes? *Va vobis*, inquit, *diuites, qui habetis hic consolationem vestram.* Pauperum verò spiritu, id est voluntate, dicitur esse regnum cœlorum. Verũtamen o fratres mei, sicut ægrotis paratur esca desiderata, & diu quæsita: & quam ipsi oorunt bonam esse, optimeq; præparatam, cùm gustare debẽt, desuot eis vires & appetitus obtunditur, sapot laogues, eoquòd palatum insipidum est: ita & oobis propter peccatũ adhuc iofirmis, minùs sapit otium olim optatũ, & quies quæsita diu, solitudo loci, desolatio mũdi, meditatio, oratio, lectio, ipsum Dei verbum: quod cùm sanati fuerimus, solum saporem sentiemus, labor omnis tolletur, cum fastidiũ, sed refectio plena, facilis, & læta. Non ergo murmuremus, non abominemur animæ nostræ vilẽ escam: ipsa consuetudo sancta conducibilem ea faciet, & sapidam, suauemque, vt sola delectet, si sola capitur: adiuuante per omnia gratia & charitate Dei infirmitatem nostrã, per Iesum Christum Dominum nostrum: qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, Amen.

Qui negat Deum esse, ponit eum esse

Genes. 32.

Matth. 19.

Luc. 6. Matth. 6.

Ægrotis similes quæ optauimus gustare nequimus.

Sermo 5. in Dominica Sexagesima.

QVoniam, fratres mei, librorum languentes inopia, de uobis pro lectione vocem vitæ exigitis, dicere aliquid necessitas incumbit. Sæpius ergo conati inquirere, quid sit, quod quærimus, sæpe relabimur: inuestigatores enim maiestatis, reprimimur à gloria. Altiora nobis quærimus, sed si piè, bene. Habemus itaque ex superioribus, omnia nihil esse: nec tamen aliquid est, nec intra aliquid, & nihil, medium esse: sed super omnia, non abstractione intelligi, sed vetè & propriè Deũ esse; & ab eo omnia esse, & nisi ab ipso, aliquid esse non posse. Ipsum autẽ, & si nulla sint, semper tamen esse, à quo possunt omnia venire ad esse. Restat igitur solùm inquirere, quid ipse sit, qui tam se vnum simplicem, immobilem, dignanter ostendit. Omne quod simplex verè est, quod habet, hoc ipsum esse necesse est. Quæriendum ergo est, quid habeat, si forte per hoc quid sit innotescat. Et ne per multa vagemur, quæro si rationem & affectionem habet; quæ si non habet, non videtur optimum; si habet, summum. Ratio enim & affectio in subiecto aliquo sunt, & sine subiecto esse non possunt. Quare si eas habens, id ipsum est, sine subiecto esse nequaquam potest; & iam ipsa substantia inferius est. Quid dicemus fratres? omninu aut habet aut non habet, & omne q̃ habet, est. Alioqui de diuersis est, & nec vnum, nec simplex, nec immobile est. Quòd si ratio & affectio, virtusue aut sapientia est, quæquidem est, si eas habet: vbi est, quod suprà tanto labore confecimus, videlicet ipsum nihil esse eorũ, quæ sunt, sed super omnia, & ab ipso omnia? Quod si verũ est, ab ipso sunt hæc vt alia. Si etgo hæc habet, quomodo summum? si non habet, quomodo optimum? Væ nobis! defecimus scrutantes scrutinio. Putabam me totum tenere: totum perdidi. Vtinam litteras nesciissem! Verè tenebræ sunt in lumine: & multò magis in multo lumine. Dominus quidẽ lux est, & in eo tenebræ nullæ sunt: sed ab eius inaccessibili luce tenebræ in nobis fiũt. Duo etenim sunt, quæ tenebras gignunt: impia videlicet, & superabundantia lucis. *Auerte*, inquit ipse fons lucis, *oculos meos à me: quoniam ipsi me auolare fecerunt.* O Dñe, quoniam hucusque illuminasti lucernã meam; illumina, obsecro, & has tenebras meas. Si dixerimus, fratres, quod sæpe legimus, & iodubitantes credimos, id est quòd Deus sua sit sapiẽtia, sua ratio, sua virtus, sua iustitia: facile quidẽ dictu est, sed intellectu difficile. Quid est Deo iustitia est: aut quid est iustitia, si Deus est? Aut ipse etit infra substantiam, aut ipsa supra qualitatem. Illud indignũ, istud impossibile. Forsitis autem, sicut ipse vnitas est, non numerus, nec quantitas, sed fons numeri & origo: & sicut simplicitas non qualitas, neque species, sed principium & origo speciei, siue mensuræ; immobilitas quoque non motus, neque pondus, quo motu fertur, sed principium motus & ponderis: sic

Omnia nihil sunt.

Simplex id quod habet est.

Duo tenebras gignũt; Cant. 9.

nimirum non sapientia, neque species qualitatis, aut genus est disciplinę, sed fons & origo sapientiæ, iic & iustitiæ, ac virtutis & huiusmodi: vt nõ sapientia, nec aliquid taliũ dici debeat; sicut nec numerus, nec mensura, nec pondus: sed principium, fons, & efficiens causa creaturarum omnium super omnia. Dicitur tamen numer⁹ sine numero, mensura sine mensura, pondus sine pondere: vt & dici possit sapientia sine qualitate, iustitia & virt⁹ sine affectu & habitu animi. Quod tamen dici melius credimus, si super sapientia, superinsustantia, & sic de cęteris dicatur, sicut & supersubstantia: non tamen vt dicatur, quid sit, sed ne omnino taceatur; aut si, cùm omnium nihil sit, omniũ remotione ponatur, de quo negationes magis verę sũt. Propriùs enim de illo omnia negamus, quàm omnium aliquid affirmamus. Vnquàm quid de quantiùm ad diuinæ Theologiæ suæ proprietatem, sicut nec substantiam, sic nec sapientiã habet, aut est: quantiùm verò ad inopiam & angustias rationabilis Theologiæ nostræ, dicitur hoc & illud. Quantùm autem ad symbolicã, & quodammodu sensualem Theologiam, dicitur etiã cælum & terra, sol, ignis, leo, bos, anis, lignum, lapis, arum: & eò liberiùs omnia per similitudinẽ, aut naturæ, aut officij, aut vsus; quò nihil omnium per ꝓprietatem. Quare sicut metaphoricè dicitur cælum, & talia: ita dicitur substantia, sapientia, & similia: eo tropo, cui contrarius est is, qui dicitur hyperbole. Ille enim supergreditur veritatem, & excedit fidem: iste non pngit ad veritatem, nec accedit ad proprietatem. Scimus enim, quod possumus, qui de ineffabili fari volumus: de quo nihil ꝓpriè dici potest: tacere, aut mutuatis vti verbis, necesse est. Videtis, fratres, quanta patimur angustia, quanta languemus verborum inopia, cupientes de indicibili aliquid propriè dicere, docere de incomprehensibili. Totum equidẽ, vt non solùm credatis aliis, sed vt intelligatis ipsi, haud posse intelligi, quid sit Deus, aut comprehendi. Sed neque hoc dilectissimi, nostra infirmitate, aut hebetudine, vel obtusitate: sed sua ipsius virtute, & subtilitate. Vnde sancta illa, & sublimia, & pennata Seraphim, alis, quæ vocatum significant contẽplationis, visa sunt velare faciem eius, & pedes: quatenus non velet eis principium & finem sua ignorantia, sed Dei incõprehensibilis super sapientia. Sicut enim oculi videndo tenebras inuisibiles videmus, & inaudibile silentium audiẽdo audimus: sic nimirum supernabundantẽ & intolerabilem lucem non videndo, nec tolerando, videmus inuisibilem: non quidem cæci, sed a lumine superati. Vetè, Dñe, exercitatus sum ad quærendum te: & defecit, non à te, sed in me, spiritus meus. Concupiscit & deficit anima mea in atria tua: deficit spiritus, intuendo quem concupiscit: deficit & liquefit anima, delectando in eo quem conspicit. Attamen ex delectatione animatus, semper & recens, auiduque ad intuendum, & ex intuitu adiutus ad delectandum; quasi duabus medijs alis in te feror in quem desiderant Angeli prospicere. Vnde cùm sim cinis & pulvis, quoniam semel cœpi, adhuc interrogabo te, de te, vnum retinuisti: id est cùm sis fons & origo prædictorum, quomodo hoc es? Hoc ideo, fratres, quærendum putamus: quoniam hæc dissimiliter accipi posse, haud ignoramus! Est enim principium & origo fluminis tui: sed eiusdẽ naturæ, & eadem aqua, quæ fluit, agnoscitur cũ illa, vnde fluit. Similiter principium arbotis radix, & ómis speciei principium, suum genus. Est etiam principium germinis semen, seminis seminarium, seminarij elementa, elementorũ ipsa, quæ dicitur, silva, seu byle primordialis: ac in his omnibus, & quæ huiusmodi sunt, naturale principium speculantes; vbi quasi de capite corpus, vel similia de similibus, aut de naturalibus causis causata, quasi natura producit, superattendimus omnem opificem sui operis esse principium. Verumtamen ali⁹ prænenit & excellit ipsam naturã: aliua ve. dolùm imitatur eam. Et is quidem semper aliquid de aliquo otdiens, naturæ imitaginem in aliquo opere noo excedit: verbi gratia de auro nonnisi aureum, de lapide lapideum, de ligno ligneum operati aut facere potis est: quia imitator tantùm naturæ est. In cuiuscumq; autem opere, cùm tria semper inueniantur necessariò, materia, forma, & causa, ideſt vnde, qualiter, & quare fiat: aonumerato ipso, à quoñt: id est opifice: quatuor occurrunt necessariò diuersa principia: materiale, formale, finale, & efficiens. Qui verò aliquid sumere de nihilo, aut sumptum in nihilum vertere, aut in diuersam speciẽ aliquid demutare, sine additamento augere, siue demptione minuere potens est: manifestè ante naturam, & supra naturam opifex, etiam author naturæ est: & ab omni quod operatur, necessariò dissimilis naturæ est. Cùm igitur tot modis, quot in præsentiarum occurrit, dici principiũ, aut fons, siue origo possit: is qui cæteris dignior, & sublimior, excellentiorq; mod⁹ est, summo, & omniũ excellentissimo Deo conuenire, quis ambigat? Est itaque vnitas non numerus, sed principium numeri; nec finale, nec formale, nec materiale, nec naturale secũdùm seminales rerum causas, aut similium ꝓportionem, aut corporis vnitatem: sed omnium efficiens. à quo sit, & sine quo omnino esse non possit: alterius naturæ, dissimilis essentiæ. Vna, cùm sit omnis numerus, plura. Simplex, cùm sit ille cõpositus: incommutabilis, cùm sit ille partibilis. Verè in se existens, dans tamen alijs dissimilem existẽtiam. Non enim binarius, cùm numerus sit, & ab vnitate habeat esse, quod deest, idem quod vnitas ipsa existit: nec tamen in binario nisi vnitas veraciter existit. Quid enim est binari⁹, nisi bis vn⁹, vel vnitas? Sed neque sicut pars in toto, ita vnitas in binario: sed sicut efficiens principium eius sine quo esse non potest. Vbi autem binarius, si non sit vnitas? Quòd autem alicubi dicitur vnitas pars binarij, aut simplex compositi, aut tempus æui; considerandum est ratio dicti ex causa dicẽdi: alioqui si vnitas pars est alterius binarij, quæ erit altera? Quòd si altera vnitas, tunc duæ erunt vnitates: si autem duæ, prorsus nulla. Vnitas enim ante omnia existens, omnium est principiũ: esso autem duo omnium principia, impossibile est. Nam si paria sunt, neutrum erit alterius principium, ac per hoc nec omnium, nec ante omnia. nec vnum verè & propriè. Non est igitur vnitas, nisi vna, & ipsa seipsa vnitate vna. Est itaque, vt diximus, binarius verus bis vnus, & non duo vni, vel vnitates duæ: & omnis numerus tot, quoties vnus: nisi quis à rebus numeratis, & adiacẽti qua numerantur, quantitate, ad hanc, quam dicimus, numeri vnitatem se attollere minùs idoneus sit. Non est igitur in numeris, quod verè existat, & verè debeat nuncupari existẽtia dici, nisi vnitas, quæ non est numerus, nec pars numeri, nec eiusdem naturæ, efficiens tamen numerum: existens ante

Melius scimus de Deo quid non sit, quàm quid sit.

Symbolica Theologia.

Deus indicibilis

Ioan. 6.

Qui videantur tenebræ.

Ars solùm imitatur naturam.

Deus naturæ author, &c.

In numero nihil nisi quæ nitas est.

omnium sine qua numeri non existat, & in qua verè existat, eo quòd in se eam existentem habeat.

Vnicum simplex, & immobile.

Similiter autem huic de simplici & cõposito, immobili quoque ac mobili. Non enim duo simplicia aut immobilia vlla ratio partur, quorum alterum post omnia continens à nihilo, alterum super omnia regens & mouens ad aliquid. Sunt itaque tria, vnum, simplex, immutabile: ac ipsa tria simul vnũ, similitet simplex, & æquè immutabile: quæ sola, imò q̃ solum & vnum in omnibus verè existit, nõ subsistit: quod si se subtraxerit, nihil est iam, quod in omnibus vel assistit, vel insistit. Quæ cùm in se vanè ac maniter omnia existãt, sicut ait

Eccle. 1. Sapiẽs, *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, in ipso vina & æterna, imò æternitas ac vita existũt, sicut ait

Ioa. 1. beatus Apostolus. *Quod factum est in ipso vita erat.* In ipso itaque omnia, sed ibi quod ipse: ipse hic & in omnibus, omnium essentia, non quidem mutabilis, secundùm quam vanitas sunt, quæ nec essentia, sed imago ac vestigium quoddã essentiæ est: sed ea, vbi omnia veritas sunt & vita, simul, semel, semper: fons videlicet, efficiensque principium essentiæ, sapientiæ, justitiæ, ac similiũ: ea habens, ea existens, non quasi alia sunt in rebus: sed vnde sunt, & sine quib⁹ esse non possunt, quæ in rebus sunt, cuius aliquod prætendunt inuestiganti vestigiũ: vt per ea quæ facta polchra & bona, pulchertimus, optimusque intellectu conspiciator, à quo facta sunt: qui vi. & reg. Dc⁹, Amen.

Sermo 6. in Sexagesima.

Luc. 11. VErum est, fratres, veritatis promissum, *Pulsate*, inquit, *& aperietur vobis.* Pulsauimus, & apertum est, vt cernitis, ostium grande & euidens, quo patentet apparuit, vnum, quod Deum dicimus, ante omnia esse, sine omnibus esse posse, siue quo nibil, & ex quo totum: quomodo ex ipso, & qualiter in omnibus ipse, quæ veriùs ac priùs in ipso quã in seipsis, in quo omoia ab æterno, quæ facta sunt in tẽpore, vt ait quis de illo Philosoph⁹.

Boet. *Pulchrum pulcherrimus ipse Mundum mente gerens.*

Eccli. 18. Et alius. *Fecit quæ futura sunt.* Et, *Qui viuit in æternum creauit omnia simul.* Nunc ergo dilectissimi, concepta de Dei benignitate audacia, non demus ei silentium: propter quem silemus à mundo, & ab inuicem. Clamemus ad ipsum, neque sileat ipse, ne taceat à nobis, & assimilemur descendentibus à solio excelso & eleuato, vbi Dñm vidimus,

Isa. 1. in lacum ignorantiæ, atque ỏblionis, sicut stult⁹ ille, qui cõsiderato vultu nariuitatis suæ in speculo, oblitus est, qualis fuit. Nihil enim hic ostendit aut tenebrat de se Deus, vt visum sufficiat, sen delectet, sed vt ad inquirendum accẽdat: nihil, vt hic satiet, sed vt ad sitiendũ excitet. *Satiabor*, inquit,

Psalm. 16. Et 41. *cùm apparuerit gloria tua.* Interim verò *Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum* Cui ergo sufficit quod iam vidit, eò ipsum perdit, quòd amplius non inquirit. Queramus ergo, de eius sancta mente, qua mundum ante mundum gerit, vbi fecit quæ futura erant, vbi creauit omoia simul. Sed si

Deus mentẽ habet, & ipse mens sua. habet mentẽ, quomodo hoc non est ipse, quomnia sua est? Nam & de hominibus placuit Philosopho dicere, *Mens cuiusque is ipse est.* Et de mente quidem hominis constat dictum. *Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam*: si tamen habet mentem, sine qua nec sapientiam, nec iustitiam habere posset. Duo quidem occurrunt, ipsum esse, & aliquid habere: ipsum esse, & ipsi⁹ aliquid, quod tamen de se sit, & hoc quod ipse. Et ecce nescio quo miro modo ratiocinatio iunc-

nit in verè vno verè duo: id est quod est, & quod eius: quod est ne nullo, & quod de ipso. Et ipsa duo vnum: quia quod habet, hoc est: ipsum quo vnum duo, quia nihil de seipso esse potest, nec seipsum habere, nec sui ipsius esse dici potest, aut conuenit. Conuincitur ergo in hac beata ac ineffabili, quã inuenimus, vnitate, superadmirabili dualitate, quæ tamen non recedit ab vnitate, esse aliquid ac aliquo, alterum de altero: duo quidem, sed vnum: vnum, sed duo: principium, & de principio, & hoc ipsum principium idem, qui est ante omnia: mens, in qua omnia, nec tamen duo principia: quoniam quod habet hoc est, patet & proles: quod de nullo sit, ac nisi de aliquo esse non possit. Quod enim de nullo est, & de quo aliquid semper est, quid eõ conuenientiùs, quàm patet, mutuato vocabulo, dici potest eius, quod de illo est? quod verò de illo, nõ incongruè etiam, si non alia p æquidicet ratio, prolem eius dicere est. Extante itaque vno simplici ac immobili, quod duo tamen manifestum est esse, cùm sit & habeat, quòd sit eius: nec tamen nisi vnum cum eo quod habet, hoc sit: nec nisi de se habeat, quod in se habet, & apud se, quidquid ibi incõprehensibili veritate occurrit: de nullo esse Patrẽ dicimus. Quidquid de illo tulo, qui de nullo est, & pater dicitor, quia de ille aliquid tamquã proles eius est, filium noncupamus: alterum in proprietate, quia eius de ipso, in ipso, & apud ipsum: idem in vnitate essentiæ eum ipso: quia õnia quæ habet, est, qui omnia sua est: & quod ipsius de ipso est, aliud quàm ipse esse, nullo modo potest, qui omnino simplex ac indiuisibilis est. Nõ enim simplex diuiditur, vt vnum sit duo: nec vnum geminatur, nec vnum cepit habere, quod antè non habuerit, nec immutabile desinere esse, q̃ semper fuit Semper enim & ante omnia vnum, & de nullo, ac semper in eodem aliquid de aliquo: vt semper sit Pater, & sempiternus ius de eo soln filius. Numquam autem qui de nullo, is de aliquo: nec qui de aliquo, is de nullo: ne vnquam sit aut pater suus filius, aut filius pater suus. Semper qui de nullo, & qui de illo, eius in illo vnum ac idem, simplex, æternum: vt sit Pater & proles vna natura, essentia eadem, cæteraque similia. Itaque æternitas Patet, de æternitate Filius æternitas: principium Patet, de principio principium Filius: sic de potentia, sapientia, & similibus: quæ juxta rationalem quam diximus, nostram Theologiam multa sunt, in summa verò & diuina ineffabiliter vnus: vt cùm omnia hæc habeat, vnus tamen habeat vnicum, in quo simul, semel, semper, omnia vnum, quæ in se inaniter multa cõputantur, & veracitee nulla inueniuntur. Ad symbolicam quoque Theologiam descendentes, eamdem sequimur semitam veritatis: vt enim dicitur Verbum imago, splendor, character, figura, candor, brachium manus, dextera: vbique intelligatur aliquid alicuius, & in omnibus vnum vnius: ejusdẽ essentiæ, proprietatis diuisæ. Itaque quod ad rem pertinet, vnde progressi sumus, quare Verbum dicatur, inuestigemus. Sunt itaque mentis rationalis tria exercitia: propter præsentia, præterrita, & futura, exercitibus eius naturalibus potentiis, ratione, memoria, ingenio. Ingenium exquirit inuenta, ratio

Vnitas essentiæ Patris Filij.

Theologia symbolica.

re cordis semper aut ma-

ſtieat, quod dentes ingenij carpunt. ruminat.

quod venter memoriæ repræsentat. Quod enim percepimus. & scientiã iam vocamus, aut in ore cordis nobis est, vt inde nobiscum quasi præsentialiter loquamur, id est cogitemus, vel, si ꝓpriùs dici potest, meditemur, id est præsens intus speculemur, & inde priùs tractemus: vt hoc ipsum, quod modò loquimur, quod vtiq; priùs est verbum cordis. quàm oris: aut in ventre memoriæ occultatur etiam à nobis. Non enim omne quod scimus semper occurrit nobis, nec semper versatur in intuitu scientis unde quod scit. Verumtamen temporaliter. & per partes, à memoria tamquã reconditum abstrahitur, & in ore cordis præsens formatur verbum, quod foris in ore carnis

Deo nihil futurum nihil præteritum.

agit sicpitum». Quamobrẽ, sicut ea dictis liquet, quia Deo nihil futurum, nihil præteritũ. sed rutũ quod est, vel vtcunque fore potest, quoquouersum varietur, aut variari possit, in ictu intuentis præsens simul & semel & sẽper est: nihil de memoria cogitatio referat: imò nec cogitatio, nec memoria ibi locũ habeat, vnde nihil cat, quò oihil tedeat, nihil de ingenio studium afferat, imò neuti ibi vllum locũ habeat, vbi nihil deettat: meritò ei omnia tamquam superpræsentia. & immobiliter æterna in verbo esse dicuntur, & ratione mentis, quæ simul, semel, & semper secũ tractet, sibi loquatur. Non enim quod est, aut fuit, aut erit, loquitur tantũ, sed & quidquid esse potest, quomodocunque, & vndecũque, qualitet, ad quid, & quare sit, quod est: & quare non sit, ꝙ

Qualequa tur Deus.

nõ est. Sed neque per partes, vt hoc priùs, id posteriùs, penes quem nulla est vicissitudo: sed vno simplici, æterno. fixoque iotuitu, simul, imò ũ dici potest, supersimul: neque sæpe hoc, tamquã finitum, repetit: infinitum enim sit, necesse est, ꝙ infinito æquale est. Neque aliud super hoc, aut hoc dimittu, loqui potest: quia hic quidquid est, vel quoquomodo esse possibile est, eum ineffabilitet effari, manifestum est. Vnde nec aliud, nec aliter, nec idem secundò dici vlla ratione potest, vbi nihil præterit verus, nihil oritur nouum, tutum manet æternum: vbi nulla transmutatio, nec vicissitudinis ubumbratio: & ita sicut simul, ita & semel: & quia nũquam super omnia, ac io se omnia non videt, hoc etiam & semper. Non enim priùs fuit, & postea se vidit, aut insipiẽs sapientiam adinuenit, qua sapetet: aut otiosus cogitare cœpit, quid faceret: aut quod semel cogitauit, & sibi intus dixit, postea mutauit immutabilis, aut termtoauit infinitus, quod sicut incipere noo potuit, ita nec finire. Cuius intus eunsilũ non inchoat & transit, sed nascitur, & rotũ petmanet io æternũ: & cogitationes cordis eius perfectæ, sed non finitæ, nec incepiæ, oec traosactæ, in generatione & genetationem. Ibi enim nihil inceptum, nihil finitum, sed totũ infinitum, nec tameo imperfectum: nihil prætertum, nihil futurum. sed totũ præsens: sed nec hoc propriè Nã si dicimus. loquitur Deus, aut cogitat, nondũ videtur perfectum verbũ, sive cogitatiu, vt adhuc totum locutus sit, vel prẽcogitarit. Et si dicimus,

Locutioni Dei vix vllum tempus potest conuenire.

locutus est, videtur tractum, quasi tam tileat: si autem loquatur, tatur ouu videtur, ac si nondũ cœperit. Vode manifestum est, cùm de Dei ineffabilis supernatura aut verbo loqui cogimur, qui silere nun timemur: sicut nullũ excogitati potest nomen, exprimens de quo dicitur: lic nec verbũ, propriè significans id, de quo rectè dicitur Sed ecce sequentes ipsum Verbum lucet nam factum pedibus nostris, tenentesque quocumque ietit, quaqua transierit, & quocumque se vsterit, uec quaqua transierit, & quocumque se verterit, nec dimittentes quotcũq; penetrauerit, & introierit: tandẽ introduxit nos in domum patris sui, & in cubiculũ genitricis, id est ingenitæ patetnæ essen tiæ, sapientiæ, & potentiæ. Pater enim de essentia sua Filium genuit. Nos quoq; introduximꝰ Verbum, quoniam sic ibi scriptum est, in de mũ matris nostræ. Nam dum ortum huius sanctt semi nis, id est Verbi Dei indagauimꝰ, nostrum ꝓfectò inuenimus; non quidem aliunde, sed aliter inde. Nam cùm de vno omnia conditione temporali & initio: solus hic ab eodẽ generatione naturali & æterna sine initio. Cotuscante ergo lucestna, vt diximus, & lumen faciente pedibꝰ oostris, quod ꝓ oluimus quærere, ex parte inuenimus, & hoc tontisi ea patte locuti sumus: & fortassis pars nostri nõnisi ex parte quod locuti sumus intsllexit: scilicet vnde ortũ sit Verbum, qũo, quando, & quale: id est quis locutus sit priùs, quid, cui, quomodo, & quando. Verũtamen in his omoibꝰ nondum seminatum foris Verbum, sed quod foris ferri possit, inuẽtom. Itaque de alio initio quætamus, vbi, quate, qũo, & quando seminatum est: postulantes ipsum sancti & secreti Verbi Sarorẽ, vt horum nobis dignetur iotellectũ ferere, Amen.

Lorem. 4 Hic ferme in agro habi tur est inter laberandam Cant. 3. Filium de essentia Patris natum. Sap. 7.

Serme 7. in Dom. Sexagesima.

MOdò in oobis, dilectissimi, cetnere est, quo modo torus homo io sudore vultꝰ sui vescitur pane suo. Verè enim transuerberaos carnẽ, pveotr vsq; ad animam gladius. Ecce succidentes nobis nouale, ne super spioas seminemus, sudore desluimꝰ, vi ente nos delup sole meridiano. Itaq; obrettenũ semen nimis fatigati, sub patulæ, quã ꝓpe cernitis, ilicis tegmine panlisper reclinemus: vbi non sine interno quodam sudore dioini nobis Verbi semeo cacurianius, molamus, cõspergamus, coqoamus, edamus: oc teinni deficiamus. Hodietnus nobis panis primus erit, inuestigare, quate eam, qui exur semtnare semen suum. Intrua n. timeti non potetat defectus, vt foris quęteretur profectus. Et sicut minui non potest vnum, sic nec multiplicati infinitũ, nec decrescere simplea, nec augeri immensom, nec immobile monetri. Vnde aliũ apponendum panẽ cetnitis, scilicet qũo exire potest, qui moueti non potest. Fraires, antequã sensibilis iste mondus sieret, nihil ominùs erat, quàm nunc est: imò infinitè amplius, quàm in hac sensibilitate eastlat. Totum enim, ꝙ in eacmplo patet, produsse de eacmplari necesse est: sed totum quod est in exẽplari, in eacmplum veniſſe, noodũ verum est Ibi n. oon sulùm quæ facta sunt, sed quæcumq; fieri possunt, pulchriùs & verius exsiunt: vbi non mutabilia & vana. sed vetitas & vira sunt. Postremus n. tetum finis, sẽsilts iste status est: sicut supremus ille archetypus. de quibus scriptũ est *Attingens àfine vsque ad finẽ fortiter. & suauiter omnia disponens* Ilex ista, cuius hic refrigeramus beneficio, pulchriùs & mutabliùs tota fuit in modica glaude, quà nunc existat in tam grandi tobore: peragensq, circuitũ suum iteturo cunsummatur in glande. De glande enim ceu de puncto circũducta linea radicis, roboris, frondis, fuliį fluris, itidem ad glandem occurrit. Ipsa quoq; o udiũ semen tanti roboris pulchriùs in semioatio matris telluris, & mutabliùs tota consistit. Sed & ipsum in clemus, & ipsa materia: ipsa verò materia cũ cetetis vniuersis, modis omnibus excellentiùs & verius in mente diuina. In robore ergo actualiter ilex subsistit, in glande

temialiter,in terra originaliter,in elemẽti causaliter,in materia possibiliter,in Deo potentialiter: in aliis mutabiliter,ac mortaliter,in Deo immortaliter. Cùm igitur in Deo sint omnia,non solùm potentia,qua hæc,sed etiam præscientia,imò præsenti sapientia: quid sibi voluit magnus ille Gentium Theologus, vt diceret,elatum ingenti gaudio Deum, cùm mundũ perfeciſſet? Numquid noui aliquid foris vidit,quod intus non præuiderat? nũquid in exẽplo pulchrum aliquid,& non esset pulchrius in exemplari,in arte,quàm in opere? Vnde si gaudere oportebat,intus erat altior gaudẽdi occasio. Nec tamen tantũ Philosophum, Plato quippe erat,id puerile dixisse crediderim: cùm simile aliquid noster Moyses theologizarit. *Vidit*,inquit *Deus cuncta,quæ fecerat,& erant valde bona*. Quasi intus aut lecidiota non vidisset, aut meliora nõ approbasset. An fortasse peracto opere, vtetque Theologus in operis fine finalẽ causam operis subtiliter insinuarit,ille gaudiũ,is bonitatem? Quantum putamus gaudium, quantam delectationem, iucunditatem intus habeat,in tãta& de tanta maiestate potentiæ,& luce potentiæ: vbi omnẽ pulchritudinem,omnem rationem, omnem ordinẽ, omnem causam,omnem effectum, in se, ac super omnia se conspicit! Quare ergo foris conceptuit vtique incõparabiliter miuùa decora? Fortasse ob ipsum ineffabile ac incomprehensibile gaudiũ & delectationẽ. Sed ecce interlucere incipit, in hac incomprehensibili,vna,& simplici immobilitate, nescio quid tertium: quod nec de nullo, nec de vno tantùm risse possit. Si enim intus de hac sua luce,& cum ea gaudet ac delectatur: gaudium illud ac delectationem de vtroque præcedere manifestum est: de illo scilicet,qui gaudet,& de illo,de quo,& cũ quo gaudet. Vtrũque enim principium constat esse gaudij,quod hui⁹ de illo est. Verùm quoniã is qui gaudet,cum eo de quo gaudet, & in quo delectatur,vnum esse,superiùs cõstitit,quicquid habet vnum,hoc idipsum esse: est vtique cũ gaudio suo vnum: quippe io quo incidere nihil potest alienũ, nihil incipere novum, nihil ioterire antiquũ: sed totum permaoet æternum,cùm tamen inuentum sit iam triuum. Porrò de quo gaudet, amat,& in quo delectatur, diligit. Vnde dilectio de vtroque est in vtroque, sed idẽ ipsum cum vtroque. Quoniã ergo in hac adoranda vnitate quidquid de nullo esse occurrit. Patrẽ appellamus: quidquid autẽ de vno solo, Filiũ dicimus: restat, vt quidquid de duobus esse in eo inueuitur, vtriusque dicatur: nec tamen Filius, ne confusio nascatur: sed Spiritus sanctus,vt proprietas discernatur, & amborũ suauitas, dilectio, pax, ac delectatio intelligatur,& hoc totum vnum esse similiter teneatur: ne ab vnitate propter Trinitatem recedatur. Esultans itaque, & gaudens in sua luce lux vera,quid egerit nostris tenebris,vt videret foris obscurum, quod intus habebat tam lucidum? Nam si lus erat, lucens vtiq; erat. Quid enim est aliud lucere,quàm lucẽ de se gignere? Sed quã lucem de se gignit lux, dũ lucet, nisi quòd ipsa est, quæ lucet? Numquid lux & lucens duas luces significant? Verũtamen nec indifferenter eamdem. Lua enim solam lucis essentiã significat: lucens verò de luce lucẽ esse declarat: nec tamen aliam de alia, sed aliter eãdem significat: vt alia sit proprietas,nõ alia lucis veritas. Lucere verò quid est,nisi lucem præbere? Nec aliam equidẽ,quàm ipsam,quæ lucet de luce. Lua tamẽ cùm existat lux, minimè lucem præbet, si non lucet: lucere autẽ si non sit lua, omnino non valet.

Platonis sententia.

Genes. 1.

Qui de nullo Pater, qui de vno Filius, qui de vtroque Spiritus sanctus.

Lucere ergo de luce est, & de vtroque lucem est præbere. Cùm ergo dicitur solum hoc, lucẽ videlicet præbere, subintelligitur, & quasi aliquomodo eo significatur, lucere, & lucem esse: cùm autẽ dicitur lucere, subintelligitur similiter in eo, lucem esse, vnde fulgeat, & quòd lucendo illumioet, ac lucem præbeat Cùm verò lux tantùm dicitur, subintelligitur quoq;, & lucendo, id est lucẽ de se gignendo lucem præbeat, ac illuminet. Verùm hi intellectus non tam ex proprietate vocũ, seu differentiarum, quas exprimunt ipsæ, quàm ex rei quã significant, id est lucis, natura indifferenti, sine vllà consignificantur & cohabentur conctis in singulis, sioguli in cunctis. Vna enim lucis natura, tres proprietates, trib⁹ illis vocibus designantur Ita, fratres, quia Rachel parere non potuit, aucillam supposuit. Nam cùm de luce illa inaccessibili nequimus proprie dicere quid verè est, imaginaria vi cõtẽplatione, per similitudinẽ dixim⁹, quod lõgè, dissimiliter simile est. Cùm ergo existat lua, & de se lucẽ gignat, qua videatur ipsa lux, ac de lua natura præbeat se visibilem, vt eius dono naturali videatur per ipsam ipsa: oõe hoc io luce maximè eamque pontissimũ maximè amabilem facit, quòd donabilis, capabilis, ac fruibilis ipsa est? Quò mihi omne quod potens est, sorte, sapiens, iustum, bonum: si cõmunicabile non est, si participari non potest? Id ergo in luce diligi maximè facit lucẽ, quòd per fulgorem præbet se visibilẽ & fruibilem, cæsi non sit, quod videar, vel ea vtatur: hæc tamen est natura iutis, & quantũ in se est, semper largitur. Vude in ea de ea naturaliter donũ quoddam est, quòd lucet: lucere autẽ habet ex eo, quod lux est. Itaq; omnis vsus eius ex munere est: & ex ipso causa, qua cara habetur, ac diligitur. Sit ergo dilectio ex vsu, vsus ex munere, munus ex specie, siue imagine naturali, id est natiuo fulgore vel candore, munus verò & imago à lucis æternitate, id est ab ipso lucis esse siue essentia: quæ essentia in ipsa inaccessibili luce, quã vt quimus, effigiamus, in hac corporea luce, penitus de nullo est, ac fulgori & illuminationi initium est. Hoc ergo Deus meus, illumioatio mea, in te maximè diligo, vude te diligere queo, & scire ac participare valeo, id est naturale donũ tuum: scilicet quia naturaliter donabilis es, capabilis, ac fruibilis. Hoc enim quoties aliquid te postulo, attendo, id est Spiritũ tuum sanctum, bonitatem naturalem, ac gratuitã largitatẽ, non accidentalem, aut temporalẽ, aliquo meo affectu, vel opere excitatã: sed æternã, immutabilẽ, qua semper talis es. Sed quoniã in te, qui Trinitas sancta es, Deus meus, lux vera, munus hoc lucis non à seipso est, nobis totum ab ipso est. quibus datum est, quòd aliqua ex parte eo fruimur: sed à specie ac fulgore, tamquã paterualis lucis prole, & per ipsam ab ipsa paterna luce. Nam de luce quia lucet, munus est lucis, & vsus ex munere. Sub vna veneratione, indifferenti charitate, in te diligimus Spiritum sanctũ, in quo etiam Filium, per quem & Patrẽ, à quo omne datum optimum, & omne donũ perfectum. Pater enim in nomine Filij, id est per Filium, dat Spiritum: Filius à Patre dat Spiritum: Spiritus à Patre & Filio dat seipsum. Nihil enim datur, cui nihil debetur, nisi gratis, id est dono. Sed nec debitori dimittitur, nec malè merito bonum redditur, nisi dono magno, malori, maximo: idco totum datur aut dimittitur in Spiritu sancto: verũ ipse cum omni vsu eius per Filium, per quem in Spiritu omnia donantur aut cõdonantur à Patre, principali quodãmodo, ac fõtali bonitate, ex quo

Genes. 30.

Lux diligitur, quia visibilis & fruibilis.

Iac. 1.

Itaque, fratres, Trinitati Deo de hac tua luce & illuminatione gratias agentes, de cętera tegem⁹ Patrem per Filium in Spiritu sancto, reuelari nobis, quare voluerit foris exire, cui intus nihil deerat, foris adesse, cui intus nihil poterat: & semmate, quod nec totus deberet seruatum, nec foris multiplicati fatum. Sed hic hodie fatigatt pausemus, et as de alio dicturi mittio, quod date dignabitur dator & datum æternum, Spiritus sanctus: cui honor & imperium in perpetuum, Amen.

Sermo 8. in Dominica Sexagesima.

INdagantibus nobis, dilectissimi, causam voluntatis finalem, primũ occurrit, nec necessitate omnipotentem; nec cupiditate omnia habẽtem, nec curiositate sapientiam, nec vanitate veritatem aliquid facere potuisse: sed gratuita voluntate, & quodã propriæ largitatis munere: neque de nouo concepisse animo, sed ab æterno in mente & voluntate habuisse, quod tandẽ opere compleret. Cùm enim talis sit natura, quæ capit aliquatenus & participari possit, & in se ipsa stabilis, & ineffabili gaudio exultet: pertinuit non solùm ad naturalem bonitatem, verũm etiam ad ipsius gaudij naturam, velle habere tanti & tã iucundi boni participẽ. Neque sicut in nobis sæpe, curiositatis aut iactantiæ vitium est, æternum gaudium non posse non communicare alteri: & quanto id est maius, tanto minùs posse celare; sed ipsius largitatis est gratia, & bonitatis natura, lætitiæ quoque gratuitũ ac naturale bonum, velle sese in plures effundere, aut infundere, & in sui participium gratis colligere. Nam & largitas oũquam potest esse auara, nec bonitas inuida, nec charitas otiosa, nec lætitia quærit esse occulta, vel solitaria. Fecit itaque quando voluit, quæ velle nunquã cœpit, induisa Trinitas induisse naturã sui capacem, suæ delectationis, iocunditatis, pacis, & gaudij participio habilem, meorem rationalẽ videlicet ad imaginem suam de nihilo. Quia nonnisi nihil erat, de quo primùm aliquid facere et gratuita, sicut dictum est, largitate, & nõ natiuæ suæ, vt nonnulli dixerunt, necessitate, quasi vacare non posset: sed naturali bonitate, tãtùm quia vellet. Felix tamen natura, quæ cogit benefacere: quæ enim naturali bonitate cogitur benefacere, quid nisi gratis, & libens facit? Fuit ergo naturalis bonitas causa operis, & interna mẽtis delectatio: operis dico rationalis spiritus, & ipse, natura & corporeæ ônis. Voluit sa enim corporea natura spiritui seruire rationali ad eruditionem, & quodãmodo suum loquitur principium, & nihil est sine voce. Ideo ergo factus est spiritus⁹ rationalis, vt gaudeat & condelectetur Deo de Deo, & de omnibus in ipso solo. Rationalis quidem factus, vt ipsum Deum in se & in omnibus inuestiget: concupiscibilis, vt solũ diligat ac desideret: irascibilis, vt cuncta huic contemplationi & delectationi aduersantia reprobet, sicut scriptũ est: *vt sciat*, videlicet per rationalitatẽ, *reprobare* per irascibilitatem *malum*, & *eligere* per cõcupiscibilitatem *bonum*. Solum ergo & summũ spiritus creati rationalis bonum est, & finis naturalis, rationalis, & moralis studij. Hunc cæreritij, id propter quod factus est, contemplari videlicet, & delectari in Deo. Via autem ad hanc mansionem, inuestigare & imitari, inquirere, & desiderare: inquirendo desi lerare, & desiderando inquirere. Solam verò eius pœcatõ & malu n, ab hac conuersione ad Deum, & inuestigatione, & delectatione auerso, vt eo concepta aliud quærstur & an etur. Ita fratres, quid per nusta cutrimur, & ansiè quærim⁹, quod difficilè inuenimus? Breue est quod satis est: prope, quod perfectũ. Gaudium est, amor est, delectatio, suauitas, visio, lux, claritas. Quoo cargit à nobis Deus, ad quod fecit nos Deus Ordo & Religio est vera, id facere, propter quod facti sumus. Contẽplemur id, quo nihil pulchrius, delectabilius in eo, quo nihil delectius: inflammamur omnino ista inquirentibus. Omne exercitiũ nostrum tam laboris quàm quietis, tam sermonis quàm silentij, huc referamus. Quod enim huc non refertur, reprehendamus. Quod enim huc non refertur, neq; propter hoc fit à nobis, propter quod facti sumus a Deo, vt cadẽ sit operis illius & nostri causa atque intentio, nec virtus est, nec temperabile est. Ibi enim & inde, & id erit factorum nostrorum remuneratio, vbi, & vnde, & quod, vt fiereemus, fuit munerario. Id nobis principium ac finis: finale principium, & principalis hois. Principium perfectum, propter hoem; finis infinitus, propter huge principium. Quod enim vbi incipit, semper finit; vbi finit, sẽper incipit: nec profectu catere, nec defectũ potest incurrere. In omni habitu, in omni luco, in omni persona, Religio mũda & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est; sola hæc sectanda, & propter hęc immaculatũ se custodire ab hoc sæculo. Sed quoniam actu difficile est in sęculo cõuersati, & ab eo non contaminari: etiam propter hoc fugiendum à sæculo. Verumtamen o ab hoc tam suaui & amabili contemplationis otio, quo exercenda est omnis vis rationis, quo infigenous omnis nisus affectionis, quoniã sola incomparabiliter, vel etiã laudabiliter tetardat rationabilis dilectio ac prospectio proximi; interposuisse credidit Apostolus superioris sententiæ tenori, visitare pupillos & viduas in tribulatione sua. Itaq; omnis nostra, si vera est, disciplina, contemplationi ac delectationi, siue dilectioni semper insudet: aut solios Dei libero otio, aut proximi ordinato negotio. Sola enim proximi ordinata charitate susceptа solicitudo, ab hac contemplationis iocunditate & vigilantia excusabilitet, quandoque & vtilitet animum inclinat. Nam quod corporalis exercitationis labori indulgemus, vt non desit, vnde tribuam⁹ necessitatem patienti, ipsi videlicet corpori adhuc animali, à proximi charitate non vsquequaque alieno opinamur. Quid enim proximus nomo suo ipsius corpore, quod non sibi diligere debet, sed odire nõ valet? Ipsum ergo quoniam anima adhuc viuens, & necdũ spiritus viuificans, de se solo viuificare nõ sufficit, quidere sibi rationabili ordine habet, vnde iuuetur extrinsecùs, ad id quod per se minùs plenè valet intrinsecùs. Debitor enim carni est spiritus⁹, vt eã viuificet, non vt secundũ eam viuat. Omnis ergo cura, aut delectatio, quę in solo Deo non est, excepta, vt dictum est, charitate proximi propter Deum, superflua est, & adulterina: & à caula. quare homines sumus, aliena: aueria à propositio Dei ad nos, & officij nostri ad ipsum. Videte itaque fratres, quanto feruore spiritus; & infatigabili nisu opus est, nos, telegatis cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, à qualibus recedit Spiritus sanctus disciplinæ, effugiens fictum, ioteudere in illud Deitęũ lumen, quod ad veritatem illustrat, & ad charitatem inflammat: qui vt id liberiùs, hiemi iusq; positis, etiam animalis corporis solicitudines alieni superpositis. Quibus si labor interdicitur, solicitudo tollitur, cu-

Causa finalis creationis.

Deus non natura necessitate agit

Isai. 7.

Deus à nobis exigit id, ad quod nos fecit.

Iac. 1.

Cur fugiendum a sæculo.

Iac. 1.

Sap. 1.

humanū iacturam facientes, in hanc remotā, & inclusam Oceano insulam nudi ac naufragi, nudam nudi Christi crucē amplexi, pauci evasimꝰ. Itaque quia nos silere nō siuitis, ac pro lectione, vitæ vocis nostræ frequētiam exigitis: in cæteris S. Evangelij lectionibus non cōmunes vbique explanationes sequētes, liberiùs quod pro tēpore, loco, negotio, personis, congruere opinamur, exponimus: nec n. à summi Sensus, id est digiti Dei sēsu absonat exposito, quæ scripturæ exeludit ænigmata, vt in auditoribus regnū destruat cupiditatis, caritatis autem ædificet: in hac autē lectione ab hac licentiosa libertate ablegamur, dū is qui proponit exponit. Semen est ergo verbum Dei, sator Filiꝰ hominis, sed ipse Dei Verbū: vnde semen & sator idem: quare ipse se seminat. Solus ipse est, qui seipsum dignè seminare, i. prædicare potest. *Non*, inquit egregiꝰ prædicator, *prædicamus nos, sed Iesum.* Timeo, ne sit hodie, qui seipsū prædicet: sibi, de Iesu loquendo, nomen facere cupiat, suam gloriā, aliena loquendo, quærat, aut quæstum: se exacta se ratione in ventum seminet: vt vacuꝰ intus remaneat, nec foris se colligat: *p*fitens veritatem, inferens vanitatē: propinans aoridotū, bibat ipse venenum: de humilitate quo melius disputet, petiùs superbiat: paupertatem prædicet, affectans diuitias: contemptū mundi cupiatꝰ, misericordiam auarus, subiectionem ambitiosus. Sanctum Patris Verbum *p* est loquitur, quod docet agit: de quo scriptum *ist*, *Quæ cæpit Iesus facere & docere*: ac per hoc sator ille se seminat exēplo vitæ, & verbo doctrinæ, dicens, *Discite à me, quod videtis in me, quia mitis sum, & humilis corde.* Sed vnde eant, vt seminent? Exint, vnde non abscessit: venit, quò non accessit. Exit de sinu Patris Verbum, venit in vterum Virginis, indeq, exiens caro factum, venit in mundū, tamquam sator in agrum, Filius hominis. Soleot qui seminant, de occultis horreis semē extrahere, basulos quosdā cophinos, vnde semineut, replere: & ita ad serendum exeant in agrū. Exiens ergo semē istud & sator de occulto & inuestigabili, vbi plenitudo habitat, horreo diuinitatis, generāte virgine missus est in cophinum carnis: vnde se seminat de se, semen, sator, & cophinus ipse. *Sed dum seminat, &c.* Prudens iste agricola terræ suæ differentiam nouit, at terram indifferētet serit, & quasi inseri cari seminis iacturam facit industrius.. Quid sibi vult istud? an differentet seminat? Sunt enim plures sationes verbi, alia interior, alia exterior: alia ad aures carnis, alia ad aures cordis: alia deniq; foris ad aures verbo doctrinæ, alia ad oculos exēplo vitæ, alia ad eor intus inspiratione gratiæ. In his itaque tribus perfectio erat magisterij eęlestis io Christo. In cælo n. cathedrā habet, qui corda docet. Discipuli Moysi Scribæ & Pharisæi, dicūt, sed non faciunt, auribus, non oculis seminantes: discipulorū verò Christi superabundat iustitia: dicunt enim, & faciunt, auribꝰ oculisq; seminantes. Vnus magister Christꝰ foris seminat vita & voce: intus inuat dono gratiæ. Itaque in agro non indifferenter seminat: licet semen verbi foris cōmuniter spargat. *Spiritus*, inquit, *vbi vult, spirat, & vocē eius audis, &c.* Vocē indifferentet foris audis: sed qua causa, qua ratione, qua gratia, qua diferetione sb alto occultoque consilio Dei veniat, & ad illū vel illum vox cōmuniter foris facta intus specialiter vadat, nescis. Est igitur auditorū verbi quadripartita differentia. Alij eor habeutes concalcatū ac induratum, prædicationem aute foris audiunt, sed hanc in corde nun recipiunt: quibꝰ secus viā, nō in via credulitatis vel obedientiæ verba cadunt Non u. omnium est fides, nec omnes obediunt evangelio. Inter antē enim & eor dæmon volitans, *p* per vnam aurem intrat, per alteră egrediet, ne ad cor descendat. Cùm u. prædicator assurgit, vt foris loquatur, assurgit diabolus, vt intus obloquatur: aut falsum esse suggerēs, aut petuerti ens *p* dicitur, aut diuidicās à quo dicitur, aut somno, aut alius cogitationibꝰ aggrauans illum, cui dicitur. Alij facilitatem obedientiæ habentes, sed virtute carentes constantiæ, vt filij Ephrē intendentes arcum, conuertūtur in die belli, citò eōpuncti, citiùs aresacti: temporales & leues, non habentes altam radicem caritatis: tēpore pacis credunt, tempore tentationis recedunt: dum nil lutus patitur, cælibes: dum nil foris sæuit, fortes: si nimio molestat, manuetus: si cuncta succedunt, deuoti: quibꝰ illud cōuenit, *Confitebitur tibi, cùm benefeceris ei.* Verè filij Adam, vt qualis pater, tales filij: qui eòvsque stetur, donec cadendi habuit occasionem: steut, donec lentet pulsatus ruit. Sicut primi nimis duri, sic hi oimis molles: illi obstinati, hi pusillanimes: illi non recipiuot verbū, hi noo retinent. Tertij retinent, non tamen sibi ad fructū, sed contra se in testimonium: terra sub veteri maledictione squalida, & inculta, spinas ac tribulos germinans: contra quos clamat Propheta. *Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas.* Primos obdurat malitia, secūdos resolvit cordis inopia, tertios coarctat anarritia, solicitudo vastat, opprimunt curæ, suffocāt diuitiæ, eviant voluptates, crapula & ebrietas grauant: vt in manu ebtij pro fumto spinæ ortæ eam pungāt ac lacerent. Quit hodie, allegante hoc ipso Dei Verbo, ipsa veritate exponente, interpretante Divina Sapientia, quæ omnīū nouit naturam & vim, diuitias spinas putat, quis eas vt spinas amplecti *tias reputant* eesput? Dei Verbo credite, diuitiæ spinæ sūt, quas *spinas.* qui amplectitur, sicut fasciculum spinarū, quanto arctiùs libra astringit, tanto acriùs se pungit. Sed stulti dum sub sensibus esse delicias putant, veris acutissimis punctionibus lacerantur, dum falsis ac brevibus delectationibus eluduntur. Quando ab his spinis, vt cibo gehennæ, homines deterremus, acclamant omnes, spinas verè esse diuitias, nec tamen eas desetuut: nos felices, quasi iam euasertimus, laudant ac beatificant, se secusant, & mūdo quem diligunt maledicunt, seruiunt ac detrahunt, fœnū portant & murmurant: non possessores, sed possessi à mundo, imò sub ipso constrati & obruti: sicut igniuomus ille sub montium mole gigas, surgere nequeunt: in quibꝰ regnante huius mundi amore, charitas Patris, vt verbo rusticano vtamur, *p*fundam micam non habet, quæ sola semen Filij ad fructū recipit. Gratias agamus agricolæ Patri, qui semini Filij per Spiritū sanctum fecit nos idoneos, ignē charitatis diffundens in cordibus nostris, quo spinis caustis terra nostra exacta trigenum, sexagenū, vel etiam centenum fructum fert in patientia. Obedientia n. verbi susceptit, patientia fructificat, perseuerantia metit. Et sicut de agonistis ait Apostolus, *Omnes currunt, sed vnus accipit brauium*: sic & de virtutib' dicere est. Omnes ad regnum Dei curruot, sed vna capit bramū. Currit mundi contemptus, paupertas, eleemosyna, abstinentia, obedientia, patientia: sola perseuerantia coronatur. Nam *qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit*: &. Dñi fines tertæ indicat: nā media sicut iustitia discussionē non habent: nec incipere, sed perficere peo virtute habetur. Itaq; obedientiā cōmendat patientia, hanc coronat perseuerantia.

Quis se prædicet non Iesum.

Alio. 1.

Matth. 11.

Luc 8.

Plures sunt sationes verbi.

Ioann. 3.

2. *Cor.* 4.

2. *Thessal* 3.

Quot modis dæmon prædicationem impediat.

Psalm. 48.

Ierem. 4.

Pauci diuitias reputant spinas.

1. *Cor.* 9.

Matth. 10.

Luc 8. EXiit *qui seminat, seminare semen suum.* Exiit quidem de vtero Virginis filius hominis, & semen ipsum, id est Dei Verbum semiauit in auribus hominum voce, in oculis exemplo, in eo dibus gratia. Sed dum terminat, auditorum quatuor inueniuntur differentiæ. Primi audiunt, sed credere non timent, vt bene agant, à maligno, cui se oranes parant: cui serui addicti, quasi ab eo victi, venundati sunt, vt malè agant. Secundi audiunt, & cum gaudio, id est facilè, recipiunt: sed eadem leuitate tacent, tentationis æstu reiciunt, & abortiuum faciunt: quibus conuenit illud Ieremiæ. *Perijt fides, & ablata est de ore eorum.* Tertij verò ore credunt ad iustitiam, & ore confitentur ad salutem. Sed altiùs introeunt liquet, hunc satorem, nec bene priùs exisse, nec hic priùs teuisse, nec nunc priùs has agri differentias reperisse. *Exiui*, inquit, *a Patre, & veni in mundum*, vtique, sed per vterum. Vnde nec priùs exiuit de homine: nec priùs fuit in hominibus. Neque enim ad homines priùs locutus est Deus? sed neque ad Angelos. *Semel*, inquit, *locutus est Deus, & secundò non repetit illud.* Quæ imus, dignumque quæsitu est: pietatis, non curiositatis; deuotionis, non præsumptionis: cui licet est semel, quod repetere non potest: nec aliud præ illo loqui Deus, qui omnia potest. Itaque, fratres mei, quæ iam Deo deuota mens, & amoris impatiens, quæsiuit in lecto, quæsiuit extra lectum in ciuitate, quæsiuit per vicos, quæsiuit per plateas dilectum suum, & omnino inuenire non potuit: donec vigiles, id est Angelos, qui nomquam dormiunt, pertransisset. Cùm autem pertransisset nemnem Angelicæ naturæ celsitudinē, tunc primùm inuenit, inuentum tenuit, nec dimisit. O beata anima! quæ tam studiosè quæsiuit, feliciter inuenit, fortiter tenuit, sapienter seruauit. Quid agimus fratres? Nonne & omnem spiritualem cæremoniam nē hæc pauca, sed non parua, sufficere debent: quæsiuit, inuenit, tenuit, nec dimisit? Quid aliud agendum, vel amplius restat? Quæsiuit illa perspicax oculis, & Deiuida aquila, illud quod quærimus, primum & vnum Verbum, ac emenso toto, quod de non esse venit ad esse, in principio reperit, & esse non cœpit, *In principio*, inquiēs, *erat Verbum.* Sed quo modo in principio, quod esse nō potest sine principio? Omne enim quod verbum est, sine omni principio esse nequaquam potest. Alicuius enim verbum esse necesse est omne quod verbum est, & à dicente, vt verbum sit, ipsum exire, hquidū est. Exiuit ergo verbum ab eo, cuius est verbum: sed quomodo, quando, quale, & à quo exiuit primum verbum? quis enim priùs, quomodo, & cui locutus est? Sed vt hæc pleniùs indagemus, paulò altiùs à communi & consueto sermone orsi endū est. Itaque ante omnia, vt aliqua, quæcumque sunt, aliquomodo sint, omnino necesse est, vt simpliciter sint. Nam quod nullomodo est, omnino nihil est: quod autem non est, nullomodo prorsus est, & nihil est. Essentia igitur mera in omnibus cōpositione prima, resolutione postrema occurrit. Ante eā etenim nihil inuenitur, quod subiaceat formis: nec post eam aut aliquam: formis ab ea intellectu abstractis. Diuisit enim intellectus, quod non diuidit effectus: & cui accedente aliquid ad statum, vt sit aliquid fit, & decedente potest, ne illud sit. Sed & ipsa forma, quæ accedere materiæ, ac decedere potest, si non est eā nihil est quicquid igitur est, acceptæ essendi forma est, atq; subsistit, vt hoc vel aliud esse, id est aliqua teneri specie possit. Omne enim quod est, ideo est, quia vnum numero est: vnde possit postmodum mensura discerni, ac ponderis locari. Numero enim, mensura, ac pondere, omnia omnino cōcludi non negat, nisi qui omnia ignorat. Ideo primum de omnibus intelligate cæteris, cùm ipsa sit, quid sit, postea qualis sit, tertiò quam ad quid sit: id est de natura, forma, & vsu. Vnde *libet reuocandum.*

Tribus modis seminauit se Verbum Dei.

Quatuor auditorum genera.

Ierem. 7.

Ioann. 16.

Iob 33.

Ioann. 1.

Essentia est primum in rebus quamlibet.

Vnitas vnde possit postmodum mensura discerni, ac ponderis locari.

Quid prius cognoscendum.

tres naturaliter disciplinas esse, inter quas ille: in quibus sufficientes omnis sapientiæ studium versari ego noueram: videlicet Physicam, Logicā, Ethicam; id est naturalem, rationalem, moralem. Naturalē itaque primùm sequentes, quæramus, quid esse potest, omne quod esse est. Omne igitur quod existit, aut per se existit: aut alio eget, vt existere queat. Itaque Deum, quo nihil dignius, inquirentes, quidquid melius, dignusque occurrit, libenter sequamur: donec ad dignissimū, & quo melius esse nihil possit, saltē ratione perueniamus, affectione autem teneamus, diligentia custodiamus. Relicto igitur, quod per se non subsistit, sed alij adiacet, vt existere queat (vode adiacens, siue accidens fere nominatur) iem per se existentē tractemus. Verūtamen ad hoc opus est secunda, quam diximus, disciplina: vt qualiter per se res subsistere quælibet possit, discernatur. Subsistere itaq: dicitur res natura vel actu, ratione vel re. Verbi gratia, vt homo subsistat ratione, sine natura, præter animal rationale mortale, nil quærimur: hoc enim totum esse hominis est, & vt homo subsistat, nihil superponitur: vt autem sapiēs sit, necne, huius vel illius moduli, pater an filius, albus aut niger, sedeat aut non, hic vel alibi sit, & quādo agat vel patiatur, armatus sit, siue inermis, minimè quæritur ad hominem esse: sine qualibet tamen constat neminē esse, id est re actuque subsistere. Subsistit itaque homo per se, vt sit homo, & subsistit per se quilibet homo, vt sit aliquis homo. Quare vtrumque substantia dicitur, & quòd ratione subsistit homo, & quòd actu subsistit aliquis homo. Sed hoc quo actu subsistere noscitur, *Prima substantia singulis.* priè, principaliter, & maximè substantia dicitur: vnde prima substantia nominatur. Quod autem tatione tantùm & intellectu, secundariò quidem substantia singulis, secundæ substantiæ nomen obtinuit. Est *Secunda per se* itaque omnis substantia, id est res per se existens, *subsistit*, seu prima, aut secūda. Sed differt, quia prima quidem subsistit per se, & in se, secunda verò per se, *species in prima subsistit.* sed non in se. Non inuenitur enim secūda existere nisi in prima. Secunda ergo ratione tantū, siue natura, siue intellectu absit aheuter: prima autem ratione simul & re, natura & actu, intellectu & statu. Vnde verior ac melior substantia dicitur, quæ ratione simul & re, numero vna subsistit: quæ ratione tantùm & intellectu, quasi enim multis & confusa, suspensaque intelligitur. Nusquā enim inuenitur existere homo, qui nō sit aliquis homo. Sed neque existit aliquis hic vel ille homo, si non omnino homo. Sicut ergo non subsistit secunda substantia, nisi in prima: sic nec prima nisi de secunda. Ratione enim præest secunda, vt esse possit prima: actu autem subsistit prima, ac per hoc, nihil sit secunda. Nullus est enim homo, si omnino non sit homo: sed nec vsquam erit homo, si nullus esset homo. Similiter autem hic & de ipsa substantia. Nam si ipsa substantia non est: nec ista, nec illa substantia erit. Sed tamen cùm ipsa sit: nisi in ista vel ista esse non potest. Substātia igitur omnibus per se existentibus, id est sub-

Diuersa substantia immutabilem & immutabilem videndo.

hanc diuersionem, creatur substantia alia mutabilis alia immutabilis: substantia ipsa omnino nō inquit: cùm ei susceptio delicti contrarietas proprium sit, & de immutabili id dici nequaquā possit. Sed nec diuiditur in illa nota superius: cùm mutabilem substantia ipsa substantia nō excedat, seipsam totus sit: & eadem generalitate cunctas cōmeat substantias, & sustineat formas. Itaque incommutabilis quæ dicitur substantia, substantiæ nullarenus supponitur, sed dignitate præponitur, ac naturæ cōtrarietate opponitur, & efficientia supponitur. Sicut illa omnibus subest, sic & ista omnibus superest. Illa in omnib' & per omnia mutabilis: ista extra omnia, ac super ōnia incommutabilis. Illa in sola mentis conceptione abstracta intelligitur, & in eb' suæ naturæ existit: ista in se nulla mente comprehensibilis veracitee existit: non habens superiùs naturam, in qua cooperiatur, & inferiùs rem naturæ, in qua statuatur: quippe quod est vnū, simplex, ac stabile est: quod omnino in omnibus inueniri non potest. Vnde & super omnia esse: quod vnum, super materiam, & simplex, super materiatum: quod immobile, super omne creatum. Sicut enim omne creatū per morum de non esse venit ad esse: ita & variabile est per esse, ac vergere potest ad non esse. Tu autem Dñe Deus meus, idem es, qm simplex es, & anni tui non deficient, qui immutabilis es: atque ex his æternus esse comprehensus es. Eia, fratres; quia volantes fatigati sumus, pedib' nos recipiamus: descendentes ad id quod superest diuini laboris, alternantes humiorem ad laborem, & auem ad volatum: vtrobiq; edocti & adiuti ab ipso, qui in nobis vtrūque exhibuit, Iesu Christo Dño nostro, qui cum Patre & Spū sancto viuit & regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Deus est super omnem substantiam.

Sermo 4. in Dominica Sexagesima.

QVærentes, fratres dilectissimi, Dominum nostrū, de quo scriptum est, *Quærite faciem eius semper*: propter quem quæ eundum, dum inueniri potest, omne fere humanum genus, & nos ipsos libenter perdimus: pridie circuiuimus vicos & plateas, heri vigiles ciuitatis paululum pertransiuimus. Vnde super omnem materiam & formam ac simplicis naturæ incorpoream substantiam, ex ipsius oppositione materiæ reperimus vnum simplex & immobile: quo si nihil melius non solùm est, sed nec esse potest, Deus vtique noster est. Quæram' itaque hodie, non adhuc inter omnia, sed iam super omnia: discutientes quod inuenim', verum optimum sit, non solùm omnium quæ sunt, sed vt diximus, quæ esse possunt. Primum ergo occurrit, nec præcidere posse, nec deficere vllo genere, quod immutabile est. Vnde ab eo, qd est, nec minus, nec minùs, nec aliud, nec aliter esse potest: ideoque quidquid iam est, semper id fore, necesse est. Secundò, quia simplex est, quod habet, hoc est. Impossibile enim est, quod verè simplex est, sive ad naturam, sive ad formam, sive ad proprietatem, aliud habere, quàm ipsum est. Tertiò cùm vnum sit, ante se non potest habere, vnde sit. Vnum enim ante omnia necesse est esse. Impossibile enim est, multa esse, si non sit vnum: imò & plura esse nisi ab vno, æquè impossibile. Quare vnum ante omnia, & ab vno omnia, & omnium principium, omnino vnum. Vnum ergo ante omnia simplex post omnia. incōmutabile est super omnia. Ab vnitate pluralitas omnium, à simplici multiplicitas vnius sorū, ab incōmutabili heate omnes mutabilitas. Ab vno omne multiplex enumerationem, à simplici omne compositum, ab immobili omne quocumque genere motū. Sicut enim omnis motus fugit ab immobili, sic omne cōpositum à simplici. Et quid, rogo, fratres mei, quorū gestientia corda perspicio, melius esse potest, quàm quod fruitatio nib' reuelāte gratia iam claret: id est aliquid ante omnia, vnde omnia: post quod nihil, & supra quod nihil: principium, vnde omnia ducūtur ad esse: finis continēs omnia, ne recidant ad nō esse: rector motusque omnium & regens omnia per esse? Voluerit status creator, moderator, & sustentator: incōmutabile principium, pro quo seruiunt dilectæ à Deo Iacob annis septem: hoc enim Rachel interpretatur, ac significat: principiū, vbi beatus ille Theologus piscat' est hoc, quod quærimus, laoctum Dei Verbum: principiū, qui omnia fuit, & alteer aut aliud esse nequaquā potest. An hoc est ro, Dñe Deus meus, quē quæsiui inter omnia, & inueni super omnia: nec omnium aliquid, nec omnino nihil: nec medium inter omnia & nihil: vbi Plato materiam posuit, sed vnde ipsa materia mea operatione fluxit? Duo ostenditi nobis, Dñe, factis tuis, quòd sis, & quid nō sis: æstuamusque ad tertium, id est scire, quid sis. Vetè cui apponis scientiam, apponis & dolorem. Maiori enim æstu cōcutimur scire, quid sis: quia nec quòd sis, nec quid nō sis, latere, aut fallere potest. O vtrinā nescirem⁹, quid nō es, & aliquo delectabili phantasmate illuderemur pro te: aut potiùs sciremus, quid es, & veraciter ac suauiter amplecteremur te Sed ostende nobis, Dñe, ipsum te: qui vt scis, nihil hodie desideramus, nisi te: nec amamus, nisi te, appetimus te: qui mēte totum, & corpore feriè totum mundū fugimus, vt expediti quæramus te. Sed quoniam nondum satiare sitim meā potis sum videndo te, indignationem saltem spiritus mei enormā insipientem, qui blasphemauit in te. Dixisti enim o insipiēs in corde tuo, extra cor tuū ipse, *Non est Deus*, quod tamē nec dicere potuisses, si sis, quem negas, non esset, siue quo nihil esse posset. Si ergo es ipse qui dixisti: p̄ dubio & is, de quo dixisti. Quidquid enim est, aut principium est: aut de principio esse, necesse est. Quare si de principio es, necessario es principium, vnde es: aut si principium ipse es, tunc quod esse negas, es. Item quicquid est, aut simplex, aut compositum est: deest ex simplici esse, necesse est. Quare aut non es, aut borum alterum es. Similiter quicquid est, aut immobile est, aut de immobili est ei, vtcumque moueri: omnis enim mutatio fugit ab immobili. Quare si aliquid est, aut vnum & simplex, & immobile est; aut ex his esse, necesse est Quod si omnino nihil omnium est, ipse tamē Deus est: à quo fore potest, quicquid esse possibile est. Et enim assunt, non solùm quæ sūt, sed quæcūque esse possunt: qui vocat ea quæ non sūt, tanquam ea quæ sūt. Præterea o excors & insipiens, qui negādo affirmas hoc ipsum, quod negas: si verum est, quod affirmasti: vetè mentiris es in caput tuum. Nā si hoc est verum, aliquid est verū: & si nonquā Deus fuit, hoc sēper verum fuit. Quod si hoc sēper fuit verum, ab æterno aliquid fuit verum. Vnde & ab æterno veritas fuit, quia hoc verū fuit. Quæ ārē omnia saltē hoc vnū foit, cùm nihil adhuc esse, verū fuit. Quod si cōpositū fuit, vtique & mutabile: & si mutabile, tēporale. Quare & ab æterno tēp' fuit: quo quid insipiētius dici potest? Attamen id ad propositionē insipientis sequi, necesse est: si vnū illud, qd ab æterno esse negari non potest, cōpositū est. Sin autē simplex: & si mutabile

Psalm. 104.

Alludit ad Cantic. 3.

Perfectiones Dei.

Deus ante, post, & supra omnia.

Eccle. 1.

Psalm. 13. Disputatio aduersus insipientem.

sin autem simplex, & immutabile. Hoc ipsum q̃ supertùs inuenisse nos exultabamus, ipse dũ negat, affirmat: dum destruit, astruit. Credite mihi, fratres, imò certis & necessariis conoexionibus etredite: nemo potest negare, Deũ esse, quin inde sit consequens, ipsum esse. Neque hoc ex propositionum vi, vel termonum insetentia, sed ipsius natura. Nam si aliquid est, consequenter & ipse est. Et si nihil est, sicut fuit, antequam fieret, id quod aliquid est: ipse tamen est, à quo fieri potest id omne, quod nondũ est. Nihil enim à seipso fieri potest: cùm seipso prius & posteri nihil esse possit. Nihil itaque mihi constat verius esse, quàm quod insipiens dixit, nõ esse, sine quo nihil potest esse, & à quo omnia habent esse: solum, vnum, simplex, & immutabile, fons numeri, mensuræ, & ponderis; in quibus subsistunt omnia quæ sunt, suo modo singula, propter numerum ab vno: specie aliqua contenta propter mensuram à simplici: ordinata propter pondus, ab immobili. Singula enim quæ sunt, ideo sunt, quia vnum numero sunt; & in sui compositione mensuram habent, ne speciem sui generis excedant, & ad aliquam similitudinem sui ponderis motu seruntur, vt pacem habeant. Eia fratres, quia pertransiuimus, inuenimus, & facti sumus Idithum, id est transiliens eos vsque ad eum; id est plures vsque ad vnum. Hic est igitur, quem quærebamus: teneamus eum, nec dimittamus; & interrogemos eum de seipso iustanter, & importunè. Vim pati se patitur, vinci vult, & nisi victus minime benedicit: & cùm omnino se velit teneri, quærit dimitti. *Dimitte me*, inquit, *aurora est*. Teneamus ergo fratres, sensu, teneamus affectu: teneamus conscientia, teneamus vita: teneamus ipsum propter ipsum, delectantes in ipso, & conformãtes nos ipsi; vt à multis collecti ad vnum, vniamur vni, & in simplo simplificati, immobiles stemus, quantùm possumus cũ immobili, in idipsum dormientes, quiescentesque in pace, quam nesciunt, qui à fructu frumenti, vini, & olei, non Dei, sed sui multiplicati, id est multis distracti, intenti, distenti, turbati sũt. Sicut unim qui per foramen acus arctum subtilis acus grossum & multifidum in capite filum impingere cupit, quantùm valet summis digitis, illud sutorquẽt & simplificat: sic qui in hoc quod agimus, sapientiæ studium animum figit, nisi ab omni solicitudine & curiositate & ambitione & voluntate carnali cor teuocet, & disciplina torqueat, summa studiorum vigilantia acuat, sumetipsum decipit, & frustra laborat. Nam sicut ait Dei Verbũ, facilios est camelum iuttoire per foramen acus, quàm diuitem iugredi in regnum Dei. Quid enim est illud regnum, nisi iuspicere Deum, & delectari in ipso? Hoc quomodo possunt, qui alias ab eo habẽt cogitationes, delectationes, & consolationes? *Va vobis*, inquit, *diuites, qui habetis hic consolationem vestram*. Pauperum verò spiritu, id est voluntate, dicitur esse regnum cęlorum. Verũtamen fratres mei, sicut ægrotis paratur esca desiderata, & diu quæsita: & quam ipsi norunt bonam esse, optimeq; præparatam, cùm gustare debẽt, desunt eis vires & appetitus obtunditur, sapor languet, eoquòd palatum insipidum est: ita & nobis propter peccatũ adhuc infirmis, minùs sapit omnium olim optatũ, & quies quæsita diu, solitudo loci, desolatio mũdi, meditatio, oratio, lectio, ipsum Dei verbum: quod cùm sanati fuerimus, solum sapidum sentiemus, labor omnis tollatur, nullum erit fastidiũ, sed refectio plena, facilis, & læta. Non ergo refugiamus, non abominemur animæ nostræ viuale escam: ipsa consuetudo sancta conducibilem ea faciet, & sapidam, suauemque, vt sola delectet, si sola capiat: adiuuante per omnia gratia & charitate Dei infirmitatem nostrã, per Iesum Christum Dominum nostrum: qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, Amen.

Qui negat Deum esse, ponit eum esse

Genes. 32.

Matth. 19.

Luc. 6. Matth. 6.

Ægrotis similes quæ optauimus gustare nequimus.

Sermo 5. in Dominica Sexagesimæ.

QVoniam, fratres mei, librorum languentes inopia, de nobis piu lectione vocem viuã exigitis, dicere aliquid necessitas incumbit. Sæpius ergo conati inquirere, quid sit, quod quærimus, sæpe relabimur: inuestigatores enim maiestatis, reprimimur à gloria. Altiora nobis quærimus, sed si piè, bene. Habemus itaque ex superioribus, omnia nihil esse: nec tamen aliquid esse, nec intra aliquid, & nihil, medium esse: sed super omnia, non abstractione intelligi, sed verè & propriè Deũ esse, & ab eo omnia esse, & nisi ab ipso, aliquid esse non posse. Ipsum autẽ, & si nulla sint, semper tamen esse, à quo possunt omnia venire ad esse. Restat igitur solùm inquirere, quid ipse sit, qui tam se vnum simplicem, immobilem, dignanter ostendit. Omne quod simplex verè est, quod habet, hoc ipsum esse necesse est. Quærendum ergo est, quid habeat, si fortè per hoc quid sit innotescat. Et ne per multa vagemur, quæro si rationem & affectionem habet; quæ si non habet, non videtur optimum; si habet, summum. Ratio enim & affectio in subiecto aliquo sunt, & sine subiecto esse non possunt. Quare si eas habens, id ipsum est, sine subiecto esse nequaquam potest; & iam ipsa substantia inferius est. Quid dicemus fratres? omnino aut habet aut non habet, & omne q̃ habet, est. Alioqui de diuersis est, & nec vnum, nec simplex, nec immobile est. Quòd si ratio & affectio, virtusue aut sapientia est, quæquidem est, si eas habet: vbi est, quod suprà tauro labore confecimus, videlicet ipsum nihil esse eorũ, quæ sunt, sed super omnia, & ab ipso omnia? Quod si verũ est, ab ipso sunt hæc vt alia. Si ergo hæc habet, quomodo summum? si non habet, quomodo optimum? Vę nobis! defecimus scrutantes scrutinio. Putabam me totum tenere: totum perdidi. Vtinam latetas nescissem! Verè tenebræ sunt in lumine: & multò magis in multo lumine. Dominus quidẽ lux est, & in eo tenebræ nullæ sunt: sed ab eius inaccessibili luce tenebræ in nobis fiũt. Duo etenim sunt, quæ tenebras gignunt: inopia videlicet, & superabundantia lucis. *Auerte*, inquit ipse fons lucis, *oculos tuos à me: quoniam ipsi me auolare fecerunt.* O Dñe, quousque illuminasti lucernã meam; illumina, obsecro, & has tenebras meas. Si dixerimus, fratres, quod sæpe legimus, & indubitanter credimus, id est quòd Deus sua sit sapiẽtia, sua ratio, sua virtus, sua iustitia: facile quidẽ dictu est, sed intellectu difficile. Quid est Deus? si iustitia est: aut quid est iustitia, si Deus est? Aut ipse erit infra substantiam, aut ipsa supra qualitatem. Illud todigoũ, istud impossibile. Fortassis autem, sicut ipse vnitas est, non numerus, nec quantitas, sed fons numeri & origo: & sicut simplicitas non qualitas, neque species, sed principium & origo speciei, siue mensuræ; immobilitas quoque non motus, neque pondus quod motu fertur, sed principium motus & ponderis; sic

Omnia nihil sunt.

Simplex id quod habet est.

Duo tenebras gignũt, Cant. 9.

nimirum non ſapientia, neque ſpecies qualitatis, aut genus eſt diſciplinę, ſed fons & origo ſapientiæ, ſic & iuſtitiæ, ſe virtutis & huiuſmodi: vt nõ ſapientia, nec aliquid taliũ dici debeat; ſicut nec numerus, nec menſura, nec pondus: ſed principium, fons, & efficiens cauſa creatorarum omnium ſuper omnia. Dicitur tamen numer⁹ ſine numero, menſura ſine menſura, pondus ſine pondere: vt & dici poſſit ſapientia ſine qualitate, iuſtitia & virt⁹ ſine affectu & habitu animi. Quod tamen dici melius credimus, ſi ſuperſapientia, ſuperiuſtitia, & ſic de cęteris dicatur, ſicut & ſuperſubſtantia: non tamen vt dicatur, quid ſit, ſed ne omnino taceatur: aut ſi, cùm omnium nihil ſit, omniũ remotione ponatur, de quo negationes magis verę sũt. Propriùs enim de illo omnia negamus, quàm omnium aliquid affirmamus. Vo- de quantùm ad diuinæ Theologiæ ſuæ proprietatem, ſicut nec ſubſtantiam, ſic nec ſapientiã habet, aut eſt: quatenùs verò ad inopiam & anguſtias rationabilis Theologiæ noſtræ, dicitur hoc & illud. Quantùm autem ad ſymbolicã, & quodammodo ſenſualem Theologiam, dicitur etiã cælum & terra, ſol, ignis, leo, bos, auis, lignum, lapis, aurum: & eò liberiùs omnia per ſimilitudinẽ, aut naturæ, aut officij, aut vſus; quò nihil omnium per ꝓprietatem. Quare ſicut metaphoricè dicitur cęlum, & talia: ita dicitur ſubſtantia, ſapientia, & ſimilia: eo tropo, cui contrarius eſt is, qui dicitur hyperbole. Ille enim ſupergreditur veritatem, & excedit fidem: iſte non pingit ad veritatem, nec accedit ad proprietatem. Dicimus enim, quod poſſumus, qui de ineffabili fati velumus: de quo nihil ꝓpriè dici poteſt: tacere, aut mutatis vti verbis, neceſſe eſt. Videtis, fratres, quantas patimur anguſtias, quanta languemus verborum inopia, cupientes de indicibili aliquid propriè dicere, docere de incomprehenſibili. Totum equidẽ, vt non ſolùm credatis aliis, ſed vt intelligatis ipſi, haud poſſe totelligi, quid ſit Deus, aut comprehendi. Sed neque hoc dilectiſſimi, noſtra infirmitate, aut hebetudine, vel obtuſitate: ſed ſua ipſius virtute, & ſubtilitate. Vnde ſancta illa, & ſublimia, & pennata Seraphim, alis, quæ vocatum ſignificant contẽplationis, viſa ſunt velare faciem eius, & pedes: quatenus non velet eis principium & finem ſua ignorantia, ſed Dei incõprehenſibilis ſuperſapientia. Sicut enim oculi videndo tenebras inuiſibiles videmus, & inaudibile ſilentium nihil audiẽdo audimus: ſic nimirum ſuperabundantiã & intolerabilem lucem non videndo, nec tolerando, videmus inuiſibilem: non quidem oculi, ſed animi ſuperati. Verè, Dñe, exercitatus ſum ad quærendum te: & defecit, non à te, ſed in te, ſpiritus meus. Concupiſcit & deficit anima mea in atria tua: deficit ſpiritus, intuendo quem concupiſcit: deficit & liquefit anima, delectando in eo quem conſpicit. Attamen ex delectatione animatus, ſemper & recens, aſſiduſque ad intuendum, & ex intuitu aduitus ad delectandum; quaſi duabus medius alis in re feror in quem deſiderant Angeli proſpicere. Vnde cùm ſim cinis & pulvis, quoniam ſemel cœpi, adhuc interrogabo te, de te, venam ſermonis: id eſt cùm ſis fons & origo prædictorum, quomodo hoc es? Hoc ideo, fratres, quæ eodem putamus: quoniam hæc diſſimiliter accipi poſſe, haud ignoramus! Eſt enim principium & origo fluminis fons: ſed eiuſdẽ naturæ, & eadem æqua, quæ fluit, agnoſcitur cũ illa, vnde fluit. Similiter principium arboris radix, & omnis ſpeciei principium, ſuum genus. Eſt etiam principium germinis ſemen, ſeminis ſeminarium, ſeminarij elementa, elementorũ ipſa, quæ dicitur, ſilva, ſeu hyle primordialis: ac in his omnibus, & quæ huiuſmodi ſunt, naturale principium ſpeculantes; vbi quaſi de capite corpus, vel ſimilia de ſimilibus, aut de naturalibus cauſis cauſata, quaſi natura produxerit, ſuperatteudimus omnem opificem ſui operis eſſe principium. Vetumtamen cu ali⁹ præuenit & excellit ipſam naturã: alius verò ſolùm imitatur eam. Et is quidem ſemper aliquid de aliquo ortum, naturæ imaginem in aliquo opere non excedit: vesbi gratia de auro nonniſi aurenm, de lapide lapideum, de ligno ligneum operari aut facere potis eſt: quia imitator tantùm naturæ eſt. In quilcumq; autem opere, cùm tria ſemper inueniantur neceſſariò, materia, forma, & cauſa. ideſt vnde, qualiter, & quare fiat: a onumerato ipſo, à quo fit: id eſt opifice: quatuor occurrunt neceſſario diuerſa principia: materiale, formale, finale, & efficiens. Qui verò aliquid ſumere de nihilo, aut ſumptum in nihilum vertere, aut in diuerſam ſpeciẽ aliquid demutare, ſiue additamento augere, ſiue demptione minuere potens eſt: manifeſtè ante naturam, & ſupra naturam opifex, etiam author naturæ eſt: & ab omni quod operatur, neceſſariò diſſimilis naturæ eſt. Cùm igitur tot modis, quot in præſentiarum occurrit, dici principiũ, aut fons, ſiue origo poſſit: is qui exteris dignior, & ſublimior, excellẽtiorq; mod⁹ eſt, ſummo, & omniũ excellentiſſimo Deo conuenire, quis ambigat? Eſt itaque vnitas non numerus, ſed principium numeri; nec finale, nec formale, nec materiale, nec naturale ſecũdùm ſeminales rerum cauſas, aut ſimiliũ ꝓportionem, aut corporis vnitatem: ſed omnino efficiens, à quo ſit, & ſine quo omnino eſſe non poſſit: alterius naturæ, diſſimilis eſſentiæ. Vna, cùm ſit omnis numerus, pluta. Simplex, cùm ſit ille cõpoſitus: incommutabilis, cùm ſit ille partibilis. Verè in ſe exiſtens, dans tamen aliis diſſimilem exiſtẽtiam. Non enim binarius, cùm numerus ſit, & ab vnitate habeat eſſe, quod eſt, idem quod vnitas ipſa exiſtit: nec tamen in binario niſi vnitas veraciter exiſtit. Quid enim eſt binari⁹, niſi bis vn⁹, vel vnitas? Sed neque ſicut pars in toto, ita vnitas in binario: ſed ſicut efficiens principium eius ſine quo eſſe non poteſt. Vbi autem binarius, ſi non ſit vnitas? Quòd autem alicubi dicitur vnitas pars binarij, aut ſimplex compoſiti, aut tempus æni; conſideranda eſt ratio dicti ea cauſa dicẽdi: alioqui ſi vnitas pars eſt altera binarij, quæ erit altera? Quòd ſi altera vnitas, tunc duæ erunt vnitates: ſi autem duæ, prorſus nulla. Vnitas enim ante omnia exiſtens, omnium eſt principiũ: eſſe autem duo omnium principia, impoſſibile eſt. Nam ſi paria ſunt, neutrum erit alterius principium, ac per hoc nec omnium, nec ante omnia, nec vnum verè & propriè. Non eſt igitur vnitas, niſi vna, & ipſa ſeipſa vnitate vna. Eſt itaque, vt diximus, binarius verus bis vnus, & non duo vni, vel vnitates duæ: & omnis numerus tot, quoties vnus: niſi quis à rebus numeratis, & adiacẽti qua numeramur quantitate, ad hanc, quam dicimus, numeri vnitatem ſe attollere minùs idoneus ſit. Non eſt igitur in numeris, quod verè exiſtat, & verè debeat numeri exiſtẽria dici, niſi vnitas, quæ non eſt numerus, nec pars numeri, nec eiuſdem naturæ, efficiens tamen numerum: exiſtens ante

Melius ſcimus de Deo quid non ſit, quàm quid ſit.

Symbolica Theologia.

Deus indicibilis

Ioan. 6.

Qui videantur tenebræ.

Ars ſolùm imitatur naturam.

Deus natura author, &c.

In numero nihil niſi vnitas eſt.

numerum sine qua numerus non existat, & in qua verè existat, eo quòd in se eam existentem habeat. Similiter autem huic de simplici & cõposito, immobili quoque ac mobili. Non enim duo simplicia aut immobilia vlla ratio patitur, quorum alterum post omnia continens à nihilo, alterum super omnia regens & moderans ad aliquid. Sunt itaque tria, vnum, simplex, immutabile: ac ipsa tria simul vnũ, similiter simplex, & æquè immutabile: quæ sola, imò quòd solum & vnum in omnibus verè existit, non subsistit: quod si se subtraxerit, nihil est ibi, quod in omnibus vel assistit, vel insistit. Quæ cùm in se vanè ac inaniter omnia existãt, sicut ait Sapiẽs, *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, in ipso vita & æterna, imò æternitas ac vita existũt, sicut ait beatus Apostolus. *Quod factum est in ipso vita erat.* In ipso itaque omnia, sed ibi quod ipse: ipse hic & in omnibus, omnium essentia, non quidem mutabilis, secundùm quam vanitas sunt, quæ nec essentia, sed imago ac vestigium quoddã essentiæ est: sed ea, vbi omnia veritas sunt & vita, simul, semel, semper: fons videlicet, efficientiaque principium essentiæ, sapientiæ, justitiæ, ac similiũ: ea habens, ea existens, non qualia sunt in rebus: sed vnde sunt, & sine quib⁹ esse non possunt, quæ in rebus sunt, cuius aliquod prætendunt inuestiganti vestigiũ: vt per ea quæ facta pulchra & bona, pulcherrimus, optimusque intellectu conspiciatur, à quo facta sunt: qui vi. & reg. De⁹, Amen.

Vnicum simplex, & immobile.

Eccle. 1.

Ioa. 1.

Sermo 6. in Sexagesima.

VEtum est, fratres, veritatis promissum, *Pulsate*, inquit, *& aperietur vobis.* Pulsauimus, & apertum est, vt cernitis, ostium grande & euidens, quo patenter apparuit, vnum, quod Deum dicimus, ante omnia esse, sine omnibus esse posse, siue quomodò, & ex quo totum: quomodo ex ipso, & qualitet in omnibus ipse, quæ verius ac prius in ipso quã in seipsis, in quo omnia ab æterno, quæ facta sunt in tẽporc, vt ait quis de illo Philosoph⁹.

Luc. 11.

Boët.

Pulchrum pulcherrimus ipse Mundum mente gerens,

Eccli. 18.

Et alius. *Fecit quæ futura sunt.* Et, *Qui viuit in æternum creauit omnia simul.* Nunc ergo dilectissimi, concepta de Dei benignitate audacia, non demus ei silentium: propter quem silemus à mundo, & ab inuicem. Clamemus ad ipsum, neque sileat ipse, nec taceat à nobis, & assimilemur descendentibus à solio excelso & eleuato, vbi Dñm vidimus,

Isa. 1.

in loco ignorantiæ, atque obliuionis, sicut stulte ille, qui cõsiderato vultu nativitatis suæ in speculo, oblitus est, qualis fuit. Nihil enim hic ostendit aut reuelat de se Deus, vt visum sufficiat, seu delectet, sed vt ad inquirendum accẽdat: nihil, vt hic satiet, sed vt ad sitiendũ excitet. *Satiabor*, inquit,

Psalm. 16. Et 41.

cùm apparuerit gloria tua. Interim verò *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum* Cui ergo sufficit quod iam vidit, eò ipsum perdit, quòd amplius non inquirit. Quæramus ergo, de eius sancta mente, quæ mundum ante mundum gerit, vbi fecit quæ futura erant, vbi creauit omnia simul. Sed si

Deus mentẽ habet, & ipse mens sua.

habet mentẽ, quomodo hoc non est ipse, quicquid nia sua est? Nam & de hominibus placuit Philosopho dicere, *Mens cuiusque is ipse est.* Et de mente quidem hominis constat dictum. *Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam*: si tamen habet meotem, sine qua nec sapientiam, nec iustitiam habere posset. Duo quidem occurrunt, ipsum esse, & aliquid habere: ipsum esse, & ipsi⁹ aliquid, quod tamen de se sit, & hoc quod ipse. Et ecce oestio quo mirabili modo ratiocinatio inue-

Genes. 1.

nit in verè vno verè duo: id est quod est, & quod eius: quod est de nullo, & quod de ipso. Et ipsa duo vnum: quia quod habet, hoc ipsum quodque vnum duo, quia nihil de seipso esse potest, nec seipsum habere, nec sui ipsius esse dici potest, aut conuenit. Conuinctitur ergo in hac beata ac ineffabili, quã inuenimus, vnitate, superadmirabili dualitate, quæ tamen non recedit ab vnitate, esse aliquid de aliquo, alterum de altero: duo quidem, sed vnum: vnum, sed duo: principium, & de principio, & hoc ipsum principium idem, qui est ante omnia: mens, in qua omnia, nec tamen duo principia: quoniam quod habet hoc est, pater & proles: quod de nullo sit, ac nisi de aliquo esse non possit. Quod enim de nullo est, & de quo aliquid semper est, quid cõuenientiùs, quàm patet, mutuato vocabulo, dici potest eius, quod de illo est? quod verò de illo, nõ incongruè etiam, si non alia præiudicet ratio, prolem eius dicere est. Extante itaque vno simplici ac immobili, quod duo tamen manifestum est esse, cùm sit & habeat, quód sit eius: nec tamen nisi vnum cum eo quod habet, hoc sit: nec nisi de se habeat, quod in se habet, & apud se, quidquid ibi incõprehensibili veritate occurrit: de nullo esse Patrẽ dicimus. Quidquid de illo solo, qui de nullo est, & pater dicitor, quia de ille aliquid iamquã proles eius est, filium nuncupamus: alterum in proprietate, quia eius de ipso, in ipso, & apud ipsum: idem in vnitate essentiæ cum ipso: quia ônia quæ habet, est, qui omnia sua est: & quod ipsius de ipso est, aliud quàm ipse esse, nullo modo potest, qui omnino simplex ac indivisibilis est. Nõ enim simplex diuidi⁹, vt vnum sit duo: nec vnum geminatur, nec vnum cœpit habere, quod antè non habuerit, nec immutabile desinere esse, quòd semper fuit. Semper enim & ante omnia vnum, & de nullo, ac semper in eodem aliquid de aliquo: vt semper sit Pater, & sempiternus ius de eo solo filius. Numquam autem qui de nullo, is de aliquo. nec qui de aliquo, is de nullo: ne vnquam sit aut pater suus filius, aut filius pater suus. Semper quoque de nullo, & qui de illo, eius in illo vnum ac idem, simplex, æternum: vt sit Pater & proles vna natura, essentia eadem, cæteraque similia. Itaque æternitas Patet, de æternitate Filius æternitas: principium Pater, de principio principium Filius: sic de potentia, sapientia, & similibus: quæ juxta traditionalem quam diximus, nostram Theologiam multa sunt, in summa verò & diuina ineffabiliter vnus: vt cùm omnia hæc habeat, vnus tamen habeat vnicum, in quo simul, semel, semper, omnia vnum, quæ in se inaniter multa cõputantur, & veracitee nulla inueniuntur. Ad symbolicam quoque Theologiam descendentes, eamdem sequimur semitam veritatis: vt cum dicitur Verbum imago, splendor, character, figura, candor, brachium manus, dextera: vbiquoe intelligatur aliquid alicuius, & in omnibus vnum vnius: ejusdè essent æ, proprietatis diuisæ. Itaque quod ad rem pertinet, vnde progressi sumus, quare Verbum dicatur, inuestigemus. Suut itaque mentis rationalis tria exercitia: propter præsentia, præterita, & futura, extribus eius naturalibus potentiis, ratione, memoria, ingenio. Ingenium exquirit incognita, ratio iudicat inuenta, memoria recondit diiudicata, & offert adhuc dijudicanda. Ingenium ergo quæ adinuenit, rationi addocit, memoria quod abscondit, reducit, ratio verò tamquam præsentibus superferrur, & quasi in ore cordis semper aut manducat, quod dentes ingenij carpunt, sui dominat-

Vnitas essentiæ Patris & Filij.

Theologia symbolica.

quod venter memoriæ repræsentat. Quod enim percepimus. & scientiã iam vocamus, aut in ore cordis nobis est, vt inde nobiscum quasi præsentialiter lõquamur, id est cogitemus, vel, si ꝓpriùs dici potest, meditemur, id est præsens intus speculemur, & inde priùs tractemus: vt hoc ipsum, quod modò loquimur, quod vtiq; priùs est verbum cordis. quàm oris: aut in ventre memoriæ occultatur etiam à nobis. Non enim omne quod fumus semper occurrit nobis, nec semper versatur in intuitu scientis omne quod sit. Veromiamen temporaliter. & per partes, à memoria tamquã recunditum abstrahitur, & in ore cordis præsens formatur verbum, quod foris in ore carnis agit strepitum. Quamobrẽ, sicut ex dictis liquet, quia Deo nihil futurum, nihil præteritũ, sed totũ quod est, vel vicumque fore potest, quuquouersum varietur, aut variari possit, in ictu intuentis præsens simul & semel & sẽper est: nihil de memoria cogitatio referat: imò nec cogitatio, nec memoria ibi locũ habeat, vnde nihil cat, quò nihil redeat, nihil de ingenio studium afferat, imò neutrũ ibi vllum locũ habeat, vbi nihil deerrat: meritò ei omnia tamquam superpræsentia, & immobiliter æterna in verbo esse dicuntur, & ratione mentis, quæ simol, semel, & semper sectũ tractet, sibi loquatur. Non enim quod est, aut fuit, aut erit, luquiter tantũ, sed & quidquid esse potest, quomodocumque, & vndecũque, qualiter, ad quid, & quate sit, quod est: & quare non sit, ꝙ nõ est. Sed neque per partes, vt hoc priùs, id posteriùs, penes quem nulla est vicissitudo: sed vno simplici, æterno, fixoque intuitu, simul, imò si dici potest, supersimul: neque iterũ hoc, tamquã finitum, repetit: infinitum enim sit, necesse est, ꝙ infinito æquale est. Neque aliud super hoc, aut hoc dimissũ, loqui potest: quia hic quidquid est, vel quoquomodo esse possibile est, cum iucessibile: effari, manifestum est. Vnde nec aliud, nec aliter, nec idem secundò dici vlla ratione potest, vbi nihil præterit vetus, nihil oritur nouum, totum manet æternum: vbi nulla transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio: & ita sicut simul, ita & semel: & quia nũquam super omnia, ac in se omnia non videt, hoc etiam & semper. Non enim priùs fuit, & postea se vidit, aut intuitus sapientiam adinuenit, qua saperet: aut otiusua cogitare cœpit, quid faceret: aut quod semel cogitauit, & sibi intus dixit, postea mutauit immutabilis, aut terminauit infinitus, quod sicut incipere non potuit, ita nec finire. Cuius intus consiliũ non inchoat & transit, sed nascitur, & totũ permanet in æternũ: & cogitationes cordis eius apertectæ, sed non finitæ, nec inceptæ, nec transactæ, in generatione & generationem. Ibi enim nihil inceptum, nihil finitum, sed totũ infinitum, nec tamen impertectum: nihil præteritum, nihil futurum, sed totũ præsens: sed nec hoc propriè Nã si dicimus. loquitur Deus, aut cogitat, nondũ videtur pertectum verbũ, sive cogitatio, vt adhuc intimi locutus sit, vel prꝛcogitarit. Et si dicimus, locutus est, videtur tractactum, quasi iam tileat: si autem loquatur, futurum videtur, ac si nondũ cœperit. Vnde manifestum est, cùm de Dei ineffabilis supernatura aut verbo loqui cogimur, qui silere non sinimur: sicut nullũ excogitari potest nomen, exprimens de quo dicitur: sic nec verbũ, propriè significans id, de quo rectè dicitur. Sed ecce sequentes ipsum Verbum lucernam factum pedibus nostris, tenentesque quacumque ierit, quaqua transierit, & quocumque se verterit, nec quaqua transierit, & quocumque se verterit, nec dimittentes quocũq; penetrauerit, & introierit: tandẽ introduant nos in domum patris sui, & in cubiculũ genitricis, id est ingenitæ paternæ essentiæ, sapientiæ, & potentiæ. Pater enim de essentia Filium genuit. Nos quoq; introduxim⁹ Verbum, quouiam sic ibi scriptum est, in domũ matris nostræ. Nam dum ortum huius sat. ti seminis, id est Verbi Dei indagauim⁹, nostrum ꝓfectò inuenimus; non quidem aliunde, sed aliter inde. Nam cùm de vno omnia conditione temporali & initio: solus hic ab endẽ generatione naturali & æterna sine initio. Cotusceante ergo lucerna, vt diximus, & lumen faciente pedib⁹ nostris, quod ꝓ ostium⁹ quærere, ex parte inuenimus, & hoc tantùm si ea parte locuti sumus: & fortassis pars nostri nõnisi ex parte quod locuti sumus intellexit: scilicet vnde ortũ sit Verbum, qũo, quando, & quale: id est quis locutus sit priùs, quid, cui, quomodo, & quando. Veritamen in his omnib⁹ nondum seminatum foris Verbum, sed quod foris seri possit, inuẽtum. Itaque de alio initio quærentamus, vbi, quare, qũo, & quando seminarum est: postulantes ipsum sancti & secreti Verbi Satorẽ, vt botum nobis dignetur intellectũ ferere, Amen.

Deo nihil futurum nihil præteritum.

Quæ loquatur Deus.

Locutioni Dei vis et tunc tempus potest conuenire.

Sermo 7. in Dom. Sexagesima.

MOdò in nobis, dilectissimi, cernere est, quo modo totus homo in sudore vult⁹ sui vescitur pane suo. Verè enim transuerberans carnẽ, pvenit vsq; ad animam gladius. Ecce succidentes nobis nouale, ne super spinas seminemus, sudore defluim⁹, vt ente nos delup sole meridiano. Itaq; hic sermo ob tertenũ semen nimis fatigari, sub patulæ, quã ꝓpe cernitis, ilicis tegmine paulisper reclinemus: vbi non sine interno quodam sudore diuini nobis Verbi semen excutiamus, molamus, cũspergamus, coquamus, edamus: ne ieiuni deficiamus. Hodierno nobis panis primus erit, inuestigate, quare exit, qui cauit seminate semen suum. Intua n. timeri non poterat defectus, vt foris quæreretur profectus. Et sicut minui non potest vnum, sic nec multiplicari infinitũ, nec decrescere simplex, nec augeri immensum, nec immobile moueri. Vnde aliũ apponendum panẽ cernitis, scilicet qũo exire potest, qui moueri non potest. Fratres, antequã sensibilis iste mundus fieret, nihil õnino minùs erat, quàm nunc est: imò infinitè amplius, quàm in hac sensibilitate existat. Totum enim, ꝙ in exemplo pater, produsse de exemplari necesse est: sed totum quod est in exẽplari, in exemplum venisse, nondũ verum est Ibi n. non solùm quæ facta sunt, sed quæcumq; fieri possunt, pulchrius & verius existunt: vbi non mutabilia & vana, sed veritas & vita sunt. Postremus n. retum finis, sẽsilis iste status est sicut supremus ille archetypus. de quibus scriptũ est *Attingens à fine vsque ad finẽ fortiter & suauiter omnia disponens* Ilex ista, cuius hic refrigeramus beneficio, pulchrius & mirabilius tota fuit in modica glande, quã nunc existat in tam grandi robore: peragensq, circoitũ suum iterum consummatur in glande. De glande enim rcu de puncto circũducta linea radicis, roboris, fiondis, foliꝝ floris, itidem ad glandem occurrit. Ipsa quoq; in odorũ semen tanti roboris pulchrius in seminario matris telluris, & mirabilius tota eor sistit. Sed & ipsum in clemus, & in ipsa materia: ipsa verò materia cũ ceteris vniuersis, mudis omnibus excellentiùs & verius in mente diuina. In robore ergo actualiter ilea subsistit, in glande

Lorem. 4

Hic sermo in agro habitus est interlaborandum

Filius de essentia Patris natus.

Cant. 3.

Sap. 7.

temualiter,in terra originaliter,in elemẽtis causaliter,in materia possibiliter,in Deo potentialiter: in aliis mutabiliter,ac mortaliter,in Deo immortaliter. Cùm igitur in Deo sint omnia, non solùm potentia, qua fiãt, sed etiam præscientia, imò præsenti sapientia: quid sibi voluit magn⁹ ille Gentium Theologus, vt diceret, elatum ingenti gaudio Deum, cùm mundũ perfecisset? Numquid noui aliquid foris vidit, quod intus non præuiderat? nũquid in exẽplo pulchrum aliquid, ꝙ nun esset pulchrius in exemplari,iu arte, quàm in opere? Vnde si gaudere oportebat, intus erat altior gaudẽdi occasio. Nec tamen tantũ Philosophum, Platonis sententia. Plato quippe erat, id pueriliter dixisse crediderim: cùm simile aliquid noster Moyses theologizarit. *Vidit*, inquit *Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Quasi intus aut lucidiora non vidisset, aut meliora nõ approbasset. An fortasse peracto opere, vterque Theolog⁹ in operis fine finalẽ causam operis subtiliter insinuauit, ille gaudiũ, is bunitatem? Quantum putamus gaudium, quantam delectationem, iucunditatem intus habeat, in tãta & de tanta maiestate potentiæ, & luce potentiæ: vbi omnẽ pulchritudinem, omnem ratiunem, omnem ordinẽ, omnem causam, omnem effectum, in se, ac super omnia se conspicit? Quare ergo foris concupiuit vtique incõparabiliter miuùs decora? Fortasse ob ipsum ineffabile ac incomprehensibile gaudiũ & delectationẽ. Sed ecce interlucere incipit, in hac incomprehensibili, vna, & simpliciter immobilitate, nescio quid tertium: ꝙ nec de nullo, nec de vno tantùm esse possit. Si enim intus de hac sua luce, & cum ea gaudet ac delectatur: gaudium illud ac delectationem de vtroque ꝓcedere manifestum est: de illo scilicet, qui gaudet, & de illo, de quo, & cũ quo gaudet. Vtrũq; enim principium constat esse gaudij, quod hui⁹ de illo est. Verùm quoniã is qui gaudet, cum eo de quo gaudet, & in quo delectatur, vnum esse, superiùs eõstitit, quicquid habet vnum, hoc idipsum esse: est vtique cũ gaudio suo vnum: quippe in quo incidere nihil potest alienũ, nihil incipere novum, nihil interire antiquũ: sed totum permanet æternum, cùm tamen inuentum sit iam erinum. Portrõ de quo gaudet, amat, & in quo delectatur, diligit. Vnde dilectio de vtroque est in vtroque, sed idẽ ipsum cum vtroque. Quoniã ergo in hac adoranda vnitate quidquid de nullo esse occurrit. Patrẽ appellamus: quidquid autẽ de vno solo, Filiũ dicimus: restat, vt quidquid de duobus esse in eo inuenitur, vtriusque dicatur: nec tamen Filius, ne confusio nascatur: sed Spiritus sanctus, vt ꝓprietas discernatur, & amboriũ suauitas, dilectio, pax, ac delectatio intelligatur, & hoc totum vnum esse firmiter teneatur: ne ab vnitate propter Trinitatem recedatur. Exultant itaque, & gaudens in sua luce lux vera, quid egerit nostri ista tenebria, vt videret foris obscurum, quod intus habebat tam lucidum? Nam si lus erat, lucens vtiq; erat. Quid enim est aliud lucere, quàm lucẽ de se gignere? Sed quã lucem de se gignit lux, dũ lucet, nisi quòd ipsa est, quæ lucet? Numquid lux & lucens duas luces significant? Verũtamen nec indifferenter eamdem. Lux enim solam lucis essentiã significat: luceus verò de luce lucẽ esse declarat: nec tamen aliam de alia, sed aliter eãdem significat: vt alia sit proprietas, nõ alia lucis veritas. Lucere verè quid est, nisi lucem præbere? Nec aliam equidẽ, quàm ipsam, quæ lucet de luce. Lux tamẽ cùm existat lux, minimè lucem præbet, si non lucet: lucere autẽ si non sit lux, omnino non valet.

Platonis sententia.

Genes. 1.

Qui de nullo Pater, qui de vno Filius, qui de vtroque Spiritus sanctus.

Lucere ergo de luce est, & de vtroque lucem est præbere. Cùm ergo dicitur si luce hoc, lucẽ videlicet præbere, subintelligitur, & quasi atquomodo cunsignificatur, lucere, & lucem esse: cùm autẽ dicitur lucere, subintelligitur similiter in eo, lucem esse, vnde fulgeat, & quòd lucendo illuminet, ac lucem præbeat. Cùm verò lux tantùm dicitur, subintelligitur quoq;, ꝙ lucendo, id est lucẽ da se gignendo lucem præbeat, ac illuminet. Verùm hi intellectus non tam ex proprietate vocũ, seu differentia earum, quas exprimunt ipsæ, quàm ex rei quã significant, id est lucis, natura indifferenti, siue vnã consignificantur & cohabentur cunctis in singulis, singuli in cunctis. Vna enim lucis natura, tres proprietates, trib⁹ dictis vocibus designantur. Ita, fratres, quia Rachel parere non potuit, ancillam supposuit. Nam cùm de luce illa inaccessibili nequeamus propriè dicere quid verè est, imaginaria vi cõtẽplatione, per similitudinẽ dixim⁹, quod lõgè, dissimiliter simile est. Cùm ergo exstat lux, & de se lucẽ gignat, qua videatur ipsa lux, ac de sua natura præbeat se visibilem, vt eius dono naturali videatur per ipsam ipsa: nõne hoc in luce maximè eam quepotissimũ maximè amabilem facit, quòd donabilis, capabilis, ac fruibilis ipsa est? Quo mihi omne ꝙ potens est, forte, sapiens, iustum, bonum: si cõmunicabile non est, si participari non potest? Id ergo in luce diligi maximè facit lucẽ, quòd per fulgorem præbet se visibilẽ & fruibilem, cæci non sit, quod videat, vel ea vtatur: hæc tamen est natura lucis, & quantũ in se est, semper largitur. Vnde in ea de ea naturaliter donũ quoddam est, quòd lucet: lucere autẽ habet ex eo, ꝙ lux est. Itaq; omnis vsus eius ea munere est: & ex ipso causa, qua eam habetur, ac diligitur. Sit ergo dilectio ex vsu, vsus ea munere, mun⁹ ea specie, siue imagine naturali, id est natiuo fulgure vel candore, mun⁹ verò & imago à lucis æternitate, id est ab ipso lucis esse siue essentia: quæ essentia in ipsa inaccessibili luce, quã vt quimus, effigiamus, in hac corporea luce, penit⁹ de nullo est, ac fulgori & illuminationi inuium est. Hoc ergo Deus me⁹, illuminatio mea, in te maximè diligo, vnde te diligere quco, & scire ac participare valeo, id est naturale donũ tuum: scilicet quia naturaliter donabilis es, capabilis, ac fruibilis. Hoc enim quoties aliquid te postulo, attendo, id est Spiritũ tuum sanctum, bonitatem naturalem, ac gratuitã largitatẽ, non accidentalem, aut temporalẽ, aliquo meo affectu, vel opere excitatã: sed æternã, immutabilẽ, qua semper talis es. Sed quoniã in te, qui Trinitas sancta es, Deus meus, lux vera, munus huc lucis non à seipso est, nobis totum ab ipso est. quibus datum est, quòd aliqua ea parte eo fruimur: sed à specie ac fulgore, tamquã pateuentis lucis prole, & per ipsam ab ipsa paterna luce. Nam de luce quia lucet, munus est lucis, & vsus ex munere. Sub vna venetatione, indifferenti charitate, in te diligimus Spiritum sanctũ, in quo etiam Filium, per quem & Patrẽ, à quo omne datum optimum, & omne donũ perfectum. Pater enim in nomine Filij, id est per Filium, dat Spiritum: Filius à Patre dat Spiritum: Spiritus à Patre & Filio dat seipsum. Nihil enim datur, cui nihil debetur, nisi gratis, id est dono. Sed nec debitori dimittitur, nec valè merito bonum redditur, nisi dono magno, maiori, maximo: ideo eorum datur aut dimittitur in Spiritu sancto: verũ ipse cum omni vsu eius per Filium, per quem in Spiritu omnia donantur aut cõdonantur à Patre, principali quodãmodo, ac fõtali bonitate, ex quo

Genes. 30.

Lux diligitur, quia visibilis & fruibilis.

Iac. 1.

Itaque, fratres, Trinitati Deo de hac tua luce & illuminatione gratias agentes, de cæteris rogemus Patrem per Filium in Spiritu sancto, reuelari nobis, quare voluerit foris exire, cui intus nihil deerat, foris adesse nihil poterat: & seminare, quod nec intus debebat seruatum, nec foris multiplicari fatum. Sed hic hodie fatigati pausemus, cras de alio dicturi initio, quod date dignabitur dator & datum æternum, Spiritus sanctus: cui honor & imperium in perpetuum, Amen.

Sermo 8. in Dominica Sexagesima.

INdagantibus nobis, dilectissimi, causam voluntatis finalem, primum occurrit, nec necessitate omnipotentem, nec cupiditate omnia habentem, nec curiositate sapientiam, nec vanitate veritatem aliquid facere potuisse: sed gratuita voluntate, & quadã propriæ largitatis munere: neque de nouo concepisse animo, sed ab æterno in mente & voluntate habuisse, quod tandem operi compleret. Cùm enim talis sit natura, quæ capi aliquatenus & participari possit, & in se delectabili, stabili, & ineffabili gaudio exaltet: pertinuit non solùm ad naturalem bonitatem, verùm etiam ad ipsius gaudij naturam, velle habere tanti & tã iucundi boni participẽ. Neque sic est in nobis sæpe, curiositatis aut iactantiæ vitium est, interdum gaudium non posse non communicare alteri: & quanto est maius, tanto minùs posse celare; sed ipsius largitatis est gratia, & bonitatis natura, lætitiæ quoque gratuitũ ac naturale bonum, velle sese in plures effundere, aut infundere, & in sui participium gratis colligere. Nam & largitas nũquam potest esse auara, nec bonitas inuida, nec charitas otiosa, nec lætitia quærit esse occulta, vel solitaria. Fecit itaque quando voluit, quæ velle nondum cœpit, indiuisa Trinitas indiuisibilem naturã sui capacem, suæ delectationis, iocunditatis, pacis, & gaudij participio habilem, meritem rationalẽ videlicet ad imaginem suam de nihilo. Quia nonnisi nihil erat, de quo primùm aliquid faceret gratuita, sicut dictum est, largitate, & oũ naturæ suæ, vt nonnulli dixerunt, necessitate, quasi vacare non posset: sed naturali bonitate, tãtùm quia vellet. Felix rameu narratur, quæ cogit benefacere: quæ enim naturali bonitate cogitur benefacere, quid nisi gratis, & libens facit? Fuit ergo naturalis bonitas causa operis, & interna mẽtis delectatio: operis dico rationalis spiritus, & ipse, naturæ corporeæ ornatus. Voluerunt enim coporea natura spiritui seruire rationali ad eruditionem, & quodãmodo suum loquitur principium, & nihil est hoc voce. Ideo ergo factus est spiritus rationalis, vt gaudeat & condelectetur Deo de Deo, & de omnibus in ipso solo. Rationalis quidem factus, vt ipsum Deum in se & in omnibus inuestiget: concupiscibilis, vt solũ diligat ac desideret: irascibilis, vt contra huius contemplationi & delectationi aduersantia reprobet, sicut scriptũ est: *vt sciat*, videlicet per rationalitatẽ, *reprobare* per irascibilitatem *malum*, *& eligere* per cõcupiscibilitatem *bonum*. Solum ergo & summũ spiritus creati rationalis bonum est, & finis naturalis, rationalis, & moralis studij, siue exercitij, ad propter quod factus est, contemplari videlicet, & delectari in Deo. Via autem ad hanc mansionem, inuestigare & imitari, inquirere, & desiderare: inquirendo desiderate, & desiderando inquirere. Solum verò eius peccatũ & malum, ab hac conuersione ad Deum, & inuestigatione, & defectione auertitur, vt eo concepta alind quæratur & amet. Ita fratres, quid per multa curritis, & anxiè quæritis, quod difficilè inuenimus? Breue est quod satis est: prope, quod perfectũ. Gaudium est, amor est, delectatio, suauitas, visio, lux, claritas. Quod exigit a nobis Deus, ad quod fecit nos Deus. Ordo & Religio est vera, id facere propter quod facti sumus. Contemplamur id, quo nihil pulchrius, defectum horrendo, quo nihil deformius: nitamur omnino ista in contrarios. Omne exercitium nostrum tam laboris quàm quietis, tam seria omnia quàm lusoria, huc referamus. Quod enim huc non refertur, oti propter hoc sit à nobis, propter quod facti sumus a Deo, vt cadẽ sit operis illius & nostri causa atque intentio, nec virtus est, nec remunerabile est. Ibi enim & laude, & id erit factorum nostrorum remuneratio, vbi, & vnde, & quod, vt fierent, fuit muneratio. Id nobis principium ac finis: finale principium, & principalis finis. Principium perfectum, propter finem; finis infinitus, propter huius principium. Quod enim vbi incipit, semper finit; vbi finit, sẽper incipit: nec profectu carere, nec defectũ potest incurrere. In omni habitu, in omni loco, in omni persona, Religio mũda & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est; sola hæc sectanda, & propter hęc immaculatũ se custodire ab hoc sæculo. Sed quoniam actu difficile est in sæculo cõuersari, & ab eo non contaminari: etiam propter hoc fugiendum à sæculo. Verumtamen ab hoc tam suaui & amabili contemplationis otio, quo exercenda est omnis vis rationis, quo infigenous omnis nisus affectionis, quoniã sola incuriabiliter, vel etiã laudabiliter retardat rationabilis dilectio ac prospectio proximi; interpositio est credituc Apostolus superioris sententiæ tenori, visitare pupillos & viduas in tribulatione sua. Itaq; omnis nostra, si vera est, disciplina, contemplationi ac delectationi, siue dilectioni semper intendet: aut solius Dei libero otio, aut proximi ordinato negotio. Sola enim proximi ordinata charitate suscepta solicitudo, ab hac contemplationis cogitate & vigilantia excusabiliter, quandoque & vtiliter animum inclinat. Nam quod corporalis exercitationis labori indulgemus, vt non desit, vnde triboam. necessitatem patienti, ipsi videlicet corpori adhuc animali, à proximi charitate non vsquequaque alienum optamor. Quid enim proximius animo suo ipsius corpore, quod non solùm diligere debet, sed odire nõ valet? ipsum ergo quoniam anima adhuc viuens, & necdũ spiritus viuificans, de se solo viuificare nõ sufficit, paulatim tibi rationabili ordine habet, vt detrahatur extrinsecùs, ad id quod per se minùs plenè valet intrinsecùs. Debitor enim carni est spiritus, vt eã viuificet, non vt secundũ eam viuat. Omnis ergo cura, aut delectatio, quę in solo Deo non est, excepta, vt dictum est, charitate proximi propter Deum, superflua est, & adulterina: & à causa, quare homines sumus, aliena: aueria à proposito Dei ad nos, & officij nostri ad ipsum. Videte itaque fratres, quanto feruore spiritus, & infatigabili ossu opus est, nos, relegatis cogitationibus, quæ suot siue intellectu, à qualibus recedit Spiritus sanctus disciplinæ, effugiens fictum, intercederem illud Dei fiũ luminis, quod ad veritatem illustrat, & ad charitatem inflammat: qui vt id liberiùs, libentiusq; possimus, etiam animalis corporis solicitudines alteri superposuistis. Quibus si labor totus dicitur, solicitudo tollitur, cu-

Causa finalis creationis.

Deus non natura necessitate agit

Isai. 7.

Deus à nobis exigit, ad quod nos fecit.

Iac. 1.

Cur fugiendum a sæculo.

Iac. 1.

Sap. 1.

interdicitur. Solicitudo etenim necessariò turbat, sicut scriptum est: *Solicitas es, & turbaris erga plurima*: cura verò grauat: vode est illud Dñi. *Ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate, & curis huius sæculi.* Solicitudo malè suffollit, cuta peius deprimit, acedia pessimè dissoluit. Mẽ eoim in otio acedioſa fructum actionis perdit, & contemplationis lucem minimè inuenit. Portò depressa curis, in altum se nequaquam erigit, turbata serena esse oequit. Cor enim quod tranquillum non est, serenum esse nullatenus potest: sin auem serenum, oec perlucidũ. Cor verò contemplantis perlucere oportet, tãquam speculum, aut aquã limpidissimam, & quietam: vt in ipso, ac per ipsum, sicut in speculo, per speculum, videat mens suam adimaginẽ Dei imaginem. Ad hoc ergo cor mundandũ est Deum speculari cupientis, noo solùm à noxiis ac superfluis, sed etiã necessariis curis: & excitandum lectioone, meditatione, oratione. Beati enim mundicordes, quoniã ipsi Deum videbunti quod ipse nobis præstare dignetur, Amen.

Luc. 10.

Luc 21.

Cor contemplantis lucidum esse debet.

Sermo 9. in eadem Dominica.

NAtu. ali dono cõmunicabilis gaudij sui facta à Deo mens rationalis, sicut prima & sola eius suscipit imaginem, ita potest cognitionem, & amotem. Facta est eoim capax capabilis diuinitatis per tattonem & voluntatẽ, id est intelligendi & amandi facultatem: tamquam per vasa quædam, ac instrumẽta naturalis conditionis: quæ sicut prlmum gratiæ donum creat, vt sint: sic secundũ repler, ne vacua sint, aut malè plena. Malè autem pleoa sunt, aut erroneo sensu, aut peruerso amore perfusa: Deo verò solo, à quo, & ad quem creata sunt, beoe repleti possunt: sed totum capete nõ possunt. *Maistrest enim Deus*, ait Apostolus, *corde nostro, & nouit omnia.* Post ipsum verò spiritu rationali creato sicut nihil prius, sit nec mai⁹. Vnde etiamsi alio infundi potest, tepleti tamẽ omnino non potest. Eaproptet qui præter Deum solũ aliud cupit spiritus, quò plus bibit, plus sitit: & cupiditatis, siue pecuniæ, siue laudis, siue potentiæ, & similium, dum extra Deum sufficientiam quærit, saturari nequit: mai⁹ est enim ipse, quàm omneq; imbibit. Ipse ergo sicut vas, cui se sapiẽtia & virtus Dei, vt cognitione ac charitate ipsi⁹ perfundat, infundit: ita est & ager, vbi se sapieotia eadẽ, ac virtus seminat: quateous dè tali semine cognitionis lux, ac dilectionis fervor exurgat. Primâ Igitur gratiâ, qui nondum erat ager, suscipiendn semini, ac multiplicaodo idoneus creatur: id est naturalis, vt diximus, facultas intelligendi & diligendi: ea quibus liberum constat in mente rationali arbitrium. Secundâ verò gratiâ in ipsum liberi arbitrij agẽti semen verbi iam spargitur: sic enim prius, quæ ardere possit, locema cõponitur postmodum vode succendatur, ignis apponitur. Seminatur itaque bocina agro verbi semen secundùm agri naturam intus & foris: foris autẽ de Creatore loquitur rationali menti, verbumq; facit doctrinæ omnis exterior creatura: intus verò ipsius Intima rationalis natura: & super vtrumque oonnumquã altiùs loquitur diuinitus inspirata gratia. Semper tamen, sicut oculꝰ carnis cùm habeat ex natura facultatem videndi, & audiendi auris, nũquam consequitur per se ex se visionis ac auditus effectũ, nisi boneficio lucis, & soni externi: sic oec spiritus rationalis, cùm sit ea primo dono creatricis gratiæ habilis ad videndum deificũ lumen, nisi radio lucis superiotis illustratus, nullarenꝰ consequi potest illius visionis effectum. Sicut enim solem non videt oculus, nisi in lomine solis: sic verum & diuinum solẽ ac lumen, nonnisi in eius lumine mẽs videre poterit. *In lumine tuo*, inquit Prophetes, *videbimus lumen.* Quare sicut de sole exit, vnde sol ipse videri possit, & sipe quu non possit, nec tamen solem deserit quod de illo exit, illũqoe ostendit: ita manens in Deo Verbum, quod exit ab eo, mentem itradiat, vt primò omnium ipsam lucis coruscationẽ, sine qua nihil videret, videat: ipsum quoque, vnde nõdeserens, nec deserta, curuscat. Sicut enim lucem, quæ de sole fulget, priꝰ videt oculos carnis, & in ipsa cetera videt: ipsumque radiũ sursum sequen⁹, videt solem ipsum, vnde exit, vnde micat radius, qui ipsum illustrat, tãquam proprio dono, ac naturali beneficio: sic de illa inaccessibili luce exit fulgor, quẽ primò omoium mens videt, sine quo nihil videret: sursumque rapit, vt vnde exit demonstret, suæq; originis fontem revelet: quod tamen minimè faceret, nisi iode exiret. Ideo igitur iode exit, vt illuminet, ideo illuminat, quia exit: vt aliud sit ei naturale beneficium, aliud naturale principium: vti ũque autem ab vno lucis fonte, vnde lucet, vt illumioet, & vode illuminat, quia lucet: nec tamen priùt lux est, postea lucet, tertioque illuminat: sed simul quia lux est, quoniam lux est, lucendo, quantũ in se est, semper illuminat, nec tamẽ statim aliquid illuminatur. Sieut enim oculus, qui videre possit, si in huiꝰ solis lumine crearetur, statim à præsentis solis radio sine vlla sui permutatione illustraretur, ac sine aliquo solis vitio vel vetustitudine obscuari casu, vel prorsus eacæcari posset illico, vt penè & indifferens circa tempus esset, creari, illuminari, obscurari: sic à lumine in lumine, quod vbique semper erat, creata mens quæ nõ erat, ab eius præsentia statim perfunditur, nec in ipso oouum aliquid exoritur, & sine eius aliqua obumbratione in lucifuga spiritu statim obtenebratur. Sic simiũ vultos ad solem cõuersus illustratur, & immobili permanente sole auersus obscuratur. Exiens ergo fator lucis, ac Verbi lux, ipsa & Verbum, primum semeo de siou Patris seminauit gratis, id est dono Spiritꝰ sancti, in angelicæ oaturæ agrum, dũ ei intus per oaturalem rationem illuxit, & quasi præcepto naturæ instruxit. Sed dum seminat, in quibusdam ceeidit semen secus viam. Via enim, per quam venit ad creaturam beneficiũ Creatoris, charitas ac dilectio eius sola est, & gratuita: via autem per quam rationalis creaturæ obsequium ascendit ad Creatorẽ, similiter charitas & dilectio eius est sola, ae debita. Cùm etgo, vt dictum est, in Angelis priùs seminasset: alius cum gratiarũ actione ad Deum se à se conuertentibus, humilitatis radicem deorsum mitteotibus, ac obedientiæ fructum sursum saeientibus, sicut scriptum est, *Quod saluatum fuerit de Iuda, mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum:* alij ad seipsos coouersi, euanuerunt in eogitationibꝰ suis, & reputantes se sapientes, stulti facti suot. Obscusatum est enim insipiens cor eorum, tamquã auersorum à luce. Nõ eoim eum, à quo illuminati sunt, vel à quo tamquam ager sati, sicut decuit, glotificauerunt: sed seipsos efferentes, genuerunt de se cogitatiooes superbas, vanas, & elatas, lucis, quia humilitatis, prædones, genitrices mentes conculcantes, rapientes beatum semen de corde: ne fructum charitatis de radice humilitatis ferrent in obedientia. Tales sũe qui in veritate nec ad horam quidẽ stetecunt: quibus, vt diximus, circa tẽpus ferme indifferens fuit,

Lux de Deo exit, perquã ipse nescitur, &c.

Seminauit Deus in agro Angelica natura.

Isai. 37.

Lapsus dæmonum.

Seminatur in mente intus & foris.

cresti, illuminati, excæcari. Excæcauit eorum eos
sua malitia, quos errantes illuminauit gratia. Iohis
argo sapiens sator semeo pertile non nescit, nec
tamen seminare adhuc messis autumnus desistit. *Sed*
Luc. 8. *dum seminat, aliud cecidit supra petram.* Petrosa
ista terra humana est in Adam natura: quæ seipsa
in David respexerat, iamque sui gnara, ait ad Dñm.
Psalm. 142. *Anima mea sicut terra sine aquatibi.* Hanc secun-
da sactione Dei Verbum seminauit, dum eam non
solùm intus munere rationalis animæ, quæ illumi
nat omnem hominẽ venientem in hunc mũdum,
sed etiam foris præcepto disciplinæ illustrauit, di-
Genes. 2. cens. *De ligno scientiæ boni & mali ne comedas.* Pri-
Vbi Deus primò & secundò seminauit. mò ergo seminauit in cælo, secundò in paradiso.
Hic igitur cum gaudio suscepit verbum, & ad bo-
tã stetit: sed cùm de seducta muliere tentationis
æstus effluxisset: malè suadæ, ac petùs suadenti pessi
mè consensit: & obediens voci mulieris, plusquã
Dei, sicut in radice humilitatis ab humore caritatis
iam intus extruit, sic ab exterioris obedientiæ
Vbi tertiò. virore citò emarcuit. Adiecit autem tertiò lumi-
nator Deus seminare per Moysen in deserto: sed
dum seminat, aliud cecidit super spinas. Lucri nã-
que in obseruantiis mandatorũ, & præmiis obser-
uationũ, sola semper temporalia ac terrena attẽ-
dentes, dum carnalibus solùm inhiant, omnẽ spiri-
tualis intelligentiæ fructum in lege suffocãt. Ve-
rumtamen quia, sicut dicitur, labor improbꝰ om-
nia vincit, etiam adhuc quartò per se, ac pòst per
Vbi & quid quartò. Apostolos, sator iste Dei Filiꝰ factus hominis filius,
semen suum sepsum semiorare adiecit in mun-
do: vbi reliquiæ Israël, ac plenitudo Gentium, tã-
quam terra bona, cum gaudio susceperũt verbũ:
& fecerunt fructum, in sole & algoris patientia.
Primùm ergo seminatum est in cælo, secundò in
paradiso, tertiòm deserto, quartò in orbe vniuer-
Marc. 16. so, *Ite*, inquit, *in orbem vniuersum, & prædicate euã-*
gelium omni creaturæ. Primò in Angelis, secundò
in primis hominibus, tertiò in Iudæis, quartò in
Gentibus. Primò præcepto oratoriæ, secundò præ
cepto disciplinæ, tertiò mandato legis quartò e-
vangelio gratiæ. Primò verbum in ratione, secũ-
dò in voce, tertiò in charactere, quartò in caroe.
Ioan. 1. *Verbum*, inquit, *caro factum est, & habitauit in no-*
bis. Primò rationi totum totus, tacendo foris au-
ribus, tertiò etiã oculis, quartò simul & omnibus.
1. Ioan. 1. *Quod audiuimus*, inquit, *& vidimus, & manus no-*
stræ tractauerunt de verbo vitæ. Sic ergo per totum
mundi tempꝰ ista agri inuenta est distinctio, & au-
ditorum differentia: licnimirũ cùm ipsum Verbum per semetipsum præsens seipsum loqueretur
in carne. Sed & hodie cùm nos valdè semẽ eius-
dem Verbi cõmuniter spargimus, inueniomotor in
auditorib⁹ alij tasspoentes, alij reiicientes, alij suf-
focatores, alij fructificantes in patientia: quod &
Angelus in constãtia, ac homo primus in sola po-
tuit obedientia. Primi ergo non conciplunt, secũ-
di abortiuum faciunt, tertij fœtum viuum opti-
munt, quarti cũ pietate ac diligentia materna nu-
triũt: Quod interna sua sui sactione nobis præstet
Christus Dominus noster, Amen.

Sermo 1. in Dominica Quinquagesima.

Luc. 18. *Ecce ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis*
traderur, &c. Fratres, prosperum iter faciat
nobis Deus salutarium nostrorum. Ecce enim &
Isai. 28. nos ascendimus Ierosolymam. Ideo enim in nãc
insulsm omnium terrarum vltimam, post quam,
vt ait Prophera, non est alia, mouseam, & in mari
magon occultatã descendimus, vt Ierosolymam
ascendamus. Verumtamen non in eam, quæ ter-
rena est, & seruit cum filiis suis: sed in cælestem,
quæ sursum libera est, matar omoiũ nostrum, vbi
nemo seruit, sed Reges sunt vniuersi. Tota enim
illa cum filiis suis Regibus, & spõso Rege, Regis
filio, Regio regnat in æternum. Sicut enim alites
vt se in aëra pennis subrigãt, profundiùs omni coc
pore solo vbi residebat, se imprimunt: bomlonum
quoque ac fetarum eadem est ars oaturæ, sua na-
tura artis, aot potiùs ars oaturalis, vt in sublime sa-
lire cupientes, humilius terræ quasi toto subsidẽ-
tes corpore incumbentur: ita & oos ralũ affectan-
tes, à cõmuni orbe declinauimus: hinte, ad ple-
nitudinem, diuitias protectmos: ad bona res am-
bientes, tamquam purgamẽt. huius mundi abiecti
sumus: qui in mundo aliquid videb-mur, in con-
gregatione quoque fratrum nonnihil reputati, vt
verè aliquid esse possimus, sece ad nihilũ redacti
sumus. Quæ enim tam, ne dicã æstimatio, sed vel
memoria nostri in mundo? Mundo oam que obli-
uioni dati, tam quam mortui ab eorda, vtinam
& nos eius peoritos obliviscamur, ac moriatur ipse
in cordibos oostris a cordibus nostris: quatenus si-
cut loco, sic aotmo possit quisque dicere. Mihi
muodus mortuus est, & ego mundo. Vtinã, quæ
recto sunt, sicut manibus deferentes, ita cordibus
obliuiscentes, in anteriora nos cogitatione tota &
auiditate arteodamus: arietũ more retrosacti, in
ea quæ ante sunt, fortiùs efferamur. Nimirum ar-
duum est, quò ascendere molimur: arctũ quoque
quod penetrare attentamus: ideo expeditos nos
esse condecet, & subtiles. Io altum enim repere o-
nustum, ac per angosta intrare inflatum, difficile.
Non inflare hominem diuitias, nec onerare curas,
nec grauare crapulas, diuini potest esse miraculi,
humanæ autem infirmitati impossibile, Deo verò
omnia possibilia. Ideo ergo sequitur. *Et Pilius* *Luc. 18.*
hominis tradetur Gentibus ad illudendum, & crucifi-
gendum. Vetus autem homo noster veteris ho-
minis filios, cum nouo filio hominis crucifixus est
aliquando, sicut beatos ait Apostolus. *Vetus homo* *Rom. 6.*
noster simul crucifixus est com illo. Vnde adhuc o-
porter, dilectissimi, vt in singulis nobis, dum sexta
sabbati adhuc agitur, crucifigatur. Ego enim cùm
sim corpore & anima personaliter vnus homo, in
me tamen duos, & duorum inornio filios: veteré
ac nouum, terrenum & cælestem, hominis filium,
& Dei filium: hominem hominis filium genera-
tione carnali, vbi quod natũ est ex carne, caro est:
& Deum Dei filium generatione spirituali, vbi q
natum est ex spiritu, spiritus est, aot de Deo Deus:
iusta quod dedit potestatem hominib⁹ filios Dei
fiari. Regenerati enim de Spiritu sancto, & virgi-
ne matre, quæ est Ecclesia, quid nisi miro, nouo,
ac diuino modo oascimur, mirabiliter de veterib⁹
omni, de peccatoribus iusti, de carnalibus spiritu-
ales effecti, de hominibus Dij: quales non ex san-
guinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex vo-
luntate viri, sed ex Deo nati sumus? Sicut enim
æternus Deus factus homo nnoos, non de nihilo,
neque de alieno, sed de homine vetere, nec tamen
ab homine, sed de Spiritu sancto & virgine Maria,
absque omni peccato apparuit hominis filius: ita
veteris hominis hominis vetꝰ filius, nec ipse de ni-
hilo, neque de alieno, sed de vetere homine seipso,
nec ab homine, sed de eodem Spiritu, & virgine
matre Ecclesia, in remissionem omnium peccato-
rum renascitur Dei filius. Verùm hic intꝰ latet in
oculis, sicut in ipso latuit: foris verò patet in nobis
tamago rerrena tenteni, vetus veteris, in veritate

Incuruantur qui salire cupiunt.

Arietes bel-lici.

In nobis duo hominum, nouum & vetus

carnis peccati: sicut & in illo patuit, sed in similitudine carnis peccati. Conceptionē enim ac nativitatem, quam pro nobis, de nobis, & in nobis accepit, contulit & nobis: quatenus similiter concepti ac nati, similiter viuamur, moriamur, & resurgamus. Quicunque dicit, se in illo manere, debet sicut ille ambulauit, ipse ambulare. Ascendit ergo Ierosolymam, vt filius hominis qui fuit apparebat, traderetur, flagellaretur, crucifigeretur, & à filio Dei, qui intus latebat, die tertia suscitaretur: homine tamen hominis filio, & Deo Dei filio existente personaliter vno: hoc ramē natura, illo gratiā: hoc priùs, illo posteriùs. Itaque, cùm & ego, vt dictum est, sim personaliter vnus homo, & natura filius hominis, cui⁹ forsitan appareat imago: gratia verò Dei, filius Dei Deus in interiori imagine & similitudine: non absre dixi superius, vnū me esse, & geminum: ac in me vno homine duos duorum filios contineri. Sic Abrahā duos in vna domo filios habuit, vnū de ancilla, & vnum de libera: illum priorem, istum posteriorem. Prius enim semper, quod animale est, deinde q̄ spirituale. Et sicut ibi, iuxta Apostolum, maior persequebatur minorem (Sara autem lodentem filiū ancillæ cum filio suo vidit, non persequētem) sic in me hodie. Major minorem, id est prior posteriorem, exteriorem interiorem, animalis spiritualem, Ismaël Isaac, filius ancillæ filiū liberæ, filius hominis filium Dei persequitur, sed lædendo, sed blandiendo, sed demulcēdo, ad turpes ac illicitos, sibique indebitos, ac indecentes vlus alliciendo. Sic carni pugnat & concupiscit caro aduersus spiritum, non expellēdo à se, sed attrahendo ad se: non abiiciendo, sed alliciendo. *Tentatur*, ait Iacobus Apostolus, *vnusquisque à concupiscentia sua abstractus & illectus.* Hæc sunt illa fraudulenta inimici oscula, longè peiora, quàm amici iurgia, aut verbera. Filius ergo hominis in me odit filium Dei, ac persequitur, id est caro spiritum, blandimentis & delinimentis lethiferis: ivata quod inimici hominis domestici eius. Filius verò Dei, qui sum ego, in me nouus in vetere, diligit eum, eū quo rixatur, filium scilicet hominis, quē verbetat, vt emendet: flagellat, vt castiget: tradit, vt liberet: quia si filius Dei liberauerit, hominis filius verè liber erit: & si flagellat, recipit: si arguit, diligit: tandē passioni, mortiquo contradit, sed vtà passibilitate ac mortalitate die tertia resuscitet. In eundit absque misericordia ad mortem vsque persequitur: flagellis & clauis, lancea ac spinis, colaphis & sputis, opprobriis ac contumeliis, omnib⁹ tamen non lethiferis, sed salutiferis: non ea odio, sed ex amore, ex pietate, ex consultu, donec penitus occidat, fiatque, quod ait Sara, *Eiice ancillam, & filium eius*: vt solus filius liberæ, promissionis, & gratiæ, tamquā Dei fili⁹ reguet in domo paterna, & sit Deus omnia in omnibus pace plena. Ad huius igitur pacis visionem in nobis, hoc enim signat Ierosolyma, ascendētibus nobis, dilectissimi, tradend⁹ est filius hominis, bomo scilicet nostet exterior ab interioia, ac non sine aliqua seductione gētibus alienis, id est disciplinis & distinctionibus Regularibus, abstinentiæ ac vigiliis, cineri ac cilicio, laboribus & silentio, paupertati, vilitati, ac ōnino alieno imperio: vt ab his flagelletur & crucifigatur, donec funditus à propio sensu & voluntate, ac veteris vitæ consuetudine occidatur.: quaten⁹ peccato mortuus, iustitiæ viuat in nobis cū filio Dei: id est vt nos ipsi penitus peccato per pœnitentiā mortui, ac nouæ vitæ resuscitati, iustitiæ viuamus. Itaq; dilectissimi, crudeles ac duri nobis ipsi simus, sed exteriotibus, ne crudelem ac durum offendam⁹ Iudicem, interioribus & æterlonib⁹. *Si nos*, inquit, *ipsos accusamus* 1. Cor. 11.
veracius, iudicamus distinctè, condēnamus durè, non timebim⁹ aliū accusatorem: nec alium effēdemus iudicem, nec aliū sustinebimus iottorem. Quid quærimus delitias, aut quietē? In cruce sumus, io mundo sumus. In inferno sumus, sed misericordiæ, nō in ira: in cælo erimus. Io mundo peccatimus, hic punimur, ibi pausabimus: illic in deliciis, hic in pœoit, ibi in gloria: illic in sorde, hic in purgatione, ibi in requie. Quid quæritmus? Suauem infernum? quare ergo suauem & delectabilē reliquimus mundum? Abbas noster pater sit animatū, totor corporū. Parcat sit filij Dei in nobis, & nutritor, pædagogos & tutor: quanto tempore parvulus est, qui hæres futurus est, & qui in domo mansurus est in æternum: filij autem hominis sit flagellator, proditor, seductor, capoliator, ac tandem crocifixor & sepultor. Quòd si ipse fuerit nobis oegligens, uos simus nobis Abbates, filij hominis homicidæ, at filij Dei nutritores: vt crescat, & fiat magnus valde, sicut de Isaac legitur: & sicut ait Apostolus, donec formetur Christ⁹ in nobis, & occurramus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: qui viuit, &c.

In Religione in cruce sumus.

Ilom homo hominis & Dei filius est

Galat. 4.

Ibidem

Iac. 1.

Galat 4. Genes. 21.

Vt corpus à spiritu regi debeat.

Sermo 2. in eadem Dominica Quinquagesimæ.

PRædicente Domino Iesu passionem suā discipulis suis, & Resurrectionem secretò, sicut sequitur, ipsi verbum non intellexerunt. Et fortasse sub hoc mysterio secretò locut⁹ est eis, quia quod loquitur secretum est ab eis. *Erat*, ioquit, *verbum* Luc. 18.
absconditum ab eis, & ipsi nihil horum intellexerunt. Ego quoque eorum, quæ de crucifixione filij hominis in me hesterna die tam plia è diai, vtiq; nihil intelligo: quid sibi velit omnia exercitatio mea, & continuus labor, ignoto: quem habitura sint finem, nescio: quid portentent, quo vocentut nomine ante eum, qui bonotum nostrorū non indiget, nō intelligo. Sæpe enim q̄ alium est apud homines, abominabile est apud Deum. Merita quidem nostra significatiua præmio rum esse, nō ambigimus: & omnia quæ agimus, quasi vocerquasdam esse propheticas, & præmunrias eorum, quæ ventura sunt iuper nos, præmiotum, aut suppliciorum. Reddetur enim *vnicuique secundum opera* Apocal. 22.
sua. Et, *Oportet nos omnes exhiberi ante tribunal* 2. Cor. 5.
Christi: vt recipiat vnusquisque prout gessit in corpore. Videns tamen publicanos & meretrices ingredi in regnum Dti, & cacludi Ptophetas ac virgines, mirabiliomque signoiū effectores: eos quoque qui portanerunt pōdus diei & æstus, nihil maius accipere his, qui vna hora fecerunt, & id posteriùs, fateor, band intelligere me, in omnibus quæ ago, quid agam: & cùm omnia boua fecerim, & sustinuerim mala, nescire, vtrū amore dignus sim, Eccle. 9.
vel odio. O verbum valde secretū, nimis absconditum! quod nec tacere potest, nec sciri. Opera veiba sunt: omnia clamant, & nihil est sine voce: sed adhuc quis sit finis sermonis, non audiumus. Ideo quid sibi velint vniuersa, quidnc portentent, non intelligimus. De fine sermonis sententia pendet: omnis oratio ad finē vsque suspenditur, fini acclamatur, sioi respondetur, de fine indicatur, ante finem pendula sunt omnia, & nusquam locantur. Ante finem possunt prauè dicta corrigi, præterimissa supplerì, superflua resecari, bene dicta depraua ri. Finis omnia concludit, omnia locat, omnia perficit: vt ante finem quid sit aliquid, nisi ta-

merè dissimulatur. Sic omnia incerta reseruantur in posterum: quocumque verò ceciderit arbor, siue
Eccle. 11. ad dexteram, siue ad sinistram, ibi erit: siue ad Austrum, siue ad Aquilonē, ibi locus eius ante Dñm,
Vita nostra momentum est. cui nihil præteritum, nihil futurum. Omne quod nunc agimus, futurum est, aut momentum: omne quod
1. Reg. 2. agimus tam otiosè, quàm vanè habilitet, opus vanum: cuius finem expectat Dominus, & iudicat. *Dominus*, inquit, *iudicabit fines terræ.* Principia & media mobilia sunt, loco vaga, ac per hoc à iudicio libera: finis omnia locat, in quo omnia locantur. Quicunque in finem perseuerauerit, saluus erit. Multorum enim diu, multumque elaboratæ institiæ, ob dissimilem finem in oblationē erunt. Tales, quia non peregerunt, nihil egerunt: aut potiùs & peregerunt, & non finierunt, id solum egerunt: cetera verò inchoata, non acta, quia reliqui ūi, relinquiri metuerunt. Ita omne quod natum est ex Deo non peccat, quia non perficit peccat. Sic spiritus Dñi
1. Ioan. 3. *4. Reg. 16.* à die vocationis Dauid & deinceps, ab eo non discessit, quia redijt, quia finem tenuit. Dominus quoque per Petrum rogauit, ne deficeret fides eius: cui iuxta hunc sensū loquens, ait. *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Vides, quòd fides Apostoli, quæ adeò defecit, vt ad ancillæ vocē ter negaret nosse se, quem triennio secutus est, minimè defecisse dicitur: quia ad cū à quando conuersus,
Luc. 22. non perdefecit ab ea. Propter hæc omnia, ac similia dixi, non intelligere me id ipsum, quod agunt de me, aut patrem me: sed esse omnino omnia mea abscondita à me. Rogaudus es ergo, bone Iesu, vt cordi nobis certum aliquod ac indubitabile signū facias, quo de dubitationis tuæ reddas: sicut coram discipulis mentem huc cæcis eum posse cæcum illuminasti: vt per id quod in præsenti miri cernerent, de dubijs indubitanter futurum crederent, quod audirent. *Cum ingressus profiraret Iesus Iericho,*
Luc. 18. *cæcus quidā sedebat secus viam, &c.* Iericho, vt dicūt, luna interpretatur. Cùm ergo appropinquasset videns lunæ, appropinquauit cæcus: soli illic tenebris, nam & luna nonnullas tenebras habet, iste soli, qui et lux est, & tenebræ in eo nō sunt vllæ: illi defectui, iste profectui: illi mutabilitati, iste stabilitati: ac vt ita dictum sit, illi insipientiæ, iste sapientiæ. Vel luna enim insipiēs mutatur, sapiens
Eccli. 27. verò sicut sol permanet. Et vt pauca absoluamus, quantū in Dño Iesu venit? est Deus Dei filius, vt homo fieret: tantum exaltatus est homo hominis filius, vt Deus fieret. Cùm enim tempus ante tempora præfinitum huius sanctæ ac salutaris Incarnationis appropinquasset: stans videlicet diuinitas cæcam & se tenerē in tenebris humanitatem, ab Angelis sanctis iussit sibi adduci, & de lemento illuminauit, ne animo cæca ac inerti, extra viam de inopia mendicaret: imò luminosa ac fortis, in ipsa via de plenitudine luminis illuminantis, ea corporaliter exultans, lauaret & glorificaret Deum: ad hoc tamē reducta, ad quod olim facta.
Opera Christi redempto & exēplum sunt. Ram. 15. Verùm quoniam opera Saluatoris sicut facta pro nobis ad redemptionē, sic scripta nobis cernimus ad eruditionē: facta ad medicinā, sic ipta ad doctrinā: quæcūque enim scripta sūt, ad nostrā doctrinā scripta sunt: superioris expositionis tenorem sequentes, inuenire est, vnumquemque nostrum simul videntem & cæcū, euntem & tacentem: iuxta quod cōbinatores ac gimnosophistæ habitū sermo ostendit. Mater enim nostra Ecclesia, cùm in cōfessum simplorum, id est propriæ concupiscentiæ, ac libri resipiscentiæ habitu, patrem nostrū Amorē rerum extra viā iecit. Dum enim vnei mulieris oc-
Genes. 1. diuin, p ulqua Dei, viam nimirum perdidit: id est, ipsam obedientiā, qua sola in veritate itur ad vitā. Nesignitur vtriusque portio subsistant æ, abinde & eum matre semper maiè viamus, & cū parte peiacutionis: malè in via videtes ac pergentes, peius extra viam iacentes, & mendicantes. Attamen cū Iericho videns appropinquat, cæca ad hi mentes spirat. Quid multa? Cùm in crimine hi mo nesset per inobedientiam superioris Dei & obedientiam inferioris mulieris est excæcatus ad intelligentiā exterior est illuminat⁹ ad concupiscentiam: cùm autem exterior infirmatur à cūcupiscentia, & eius appropinquat vet. dui, interior conualescit ad intelligentiam, ac eius adductiui prof. dui. Interior verò quodammodo vtitur, & imago Dei: exterior autē mulier, ac imago viri. Ante peccatū quidem non dicuntur aperti oculi amborum: sed solus vir vidit, quid vocaret vniuersa: tam quam spiritualis iudicans omnia. Exterior verò animalis est, etiam ante peccatū, & nec Creatoris habet visionem, nec creaturæ discretioneo, sicut interior, qui oculo intelligētiæ Creatorem contemplatur, oculo tationis creaturam examinat: quorum alterum inobedientiæ tabe est tinctum, alterum testuea obedientiæ turbatū, furibundus & cæcus extra viam iacens ac mendicans sic plangit. *Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.* Et alibi *Turbatus est à furore oculus meus.* Et quasi quæreres, quare iaceret, & non saltem cæcus iret, ait. *Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.* Quòd autem post peccatum dicuntur oculi aperti amborum, quid est, nisi quòd cum exteriore per ambitionem & curiositatem, & delectationem, interior extralitur, factꝰ cū carne carnalis, cum animali animalis, cæcus ad Deum, perspicax ad mundum, obtusus ad sereotū, acutus ad concupiscentiam? Qui suus perdidit vir, mulieris tantū oculis contitur. Proh pudor! Facta est mulier caput viri, dum mas in femina. Sic sapientis oculi in capite eius: sic oculi vt ritualiter in capite mulieris eius, ac per ipsam in finibus terræ. Exterior enim homo noster hominis tantùm finis, de terra est, & de terra loquitur, terrenus terrena tractat ac meditatur, in terrenis delectatur: ea videns, ea sapiens, in quibus, & de quibus oriundus. Interior verò quàm potera de Creatore suis oculis cernere, pedibus adire, manu capere, nunc cæcus ac debilis sedens mendicat: videlicet veritatis cognitionem à creatura, dū per ea quæ facta sunt factutem inquirit, ppria studia quasi clamore ac doctore: dum foris quærit à magistro, quod intus gerit inscriptum à Deo: nec aliter potest luci veritatis accedere, nisi a tenebris vanitatis abscellerit: nec huius aduentare profectui, nisi infirmitꝰ appropinquauerit defectui. Luna enim, quòd Iericho interpretatur, pro defectu inte imi hominis concupiscētiæ non incōgrue ponitur. Quando ergo & quandū homo exterior à concupiscentia sua, qua concipiscentiæ aduersus spiritum, debetur, tunc ac tanturu interior tiu contra licentia sua aduersus carnem proficit, & quanto caro tenebris inæ lucis appropinquat, spiritus ad illi mi ationem tenebrarū sua ū approximat: quod tamē impossibile factu est, nisi intercesserit, qui illu o ab vocat, istū autem ad ducat, iuxta quod orans psa mista clamat ad Patrem *Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.* Quò nos perducat lux & veritas Christus, qui viuit & regnat Deus, Amen.

Hæma excæcatum per inobedientiam Dei, & obedientiam mulieris.

Genes. 3.

Psalm. 39.

Psalm. 6.

Psam. 37

Eccle. 2. *Prouer. 17.*

Luna defectum mulieris hominis designat.

Psam. 42.

Sermo 3. in eadem Dominica.

DEus Dei filius, dilectissimi, lux & veritas, Iesus Christus, emissus à Patre, intet tebelles & aduersus alterutrum cõcupiscentes, carnem ac spiritum, medius intercessit: soluensque veteres inimicitias, tandem in semetipso pacem reformauit. Neque hoc quãta facilitate Omnipotens potuit, sed quanta charitate & patientia benignissimum decuit, & quanta eruditione hebetudo nostra iudiguit Quod enim sæpe iam diximus, Deus non iolùm vt redimeret, sed vt eruditet, hominem suscepit. Totum ergo hominem, id est carnem de carne Adam, ob quem se Filium hominis crebrò nuncupat, & spiritum rationalem suscipiendo, simul semelque sanctificauit: diu verò, ac per ônes ferè ætates, quomodo gerend⁹ esset, gerendo edocuit. Itaq; dum ipso Dei Filio, id est Patris Verbo agente & deducente, filius hominis, id est caro, hue homo noster exterior, defectui conuenientiarum suarum apptopinquat: desideratæ luci ipso adducente spiritum approximat. Nonne ipse in seipso filium hominis, id est carnem de homine sumptam, ieiunijs & eremi squalore, fame & siti, labore & fatigatione, vigilijs & disciplinis, fatigauit, attenuauit, exiccauit fortiter: quã postea vinculis & flagris, spotis & colaphis, spinis & clauis, & impiorum manibus exposuit crudeliter: sicut scriptum est, *Terra tradita est in manus impiorum*? Vt ergo Ierusalem filius hominis ascendat, deducente Dei filio, Iericho apptopinquat, ipsoque adduci iubente cæcus ad lumẽ repedat: quia vt caro ad pacem sui spiritus proficiat, necesse est, vt per Dei gratiam à sua carnalitate deficiat: & vt spiritus rationalis ad intelligãtiæ lumen redeat, necesse est deficiente carnalitate, eadem adducenta gratia, ad Dei Verbũ baud segnis accedat: sicut scriptum est. *Accedite ad eum, & illuminamini.* Vtrumqua nobis dilectissimi, sicut impossibilia est, sic Dei Filio factu facila. Quid enim nos nisi tenebræ & vanitas: ipse autẽ lux & veritas? Nisi ergo in nobis sit & operetur Dei filius, nec à malo deficimus, nec ad bonum proficimus, nec à vanitate cadimus, nec ad veritatem surgimus. Verumtamen sicut in illo Dei filius natura carnem & animam suscepit, gratia alteram à concupiscentia exerans, & alterum ad sapientiam illuminans, cum sit à patre naturaliter vnus, sumpta tamen nostra dualitate effect⁹ quodãmodo substantijs trinus, naturis geminus, persona permanens vnus: ita, frater, cum sis persona vnus, natura geminus, perceptione gratiæ effectus es & tu eo modo trinus, secundùm quod dictum est, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Sicut ergo ille hominis filius Dei filius, ita & tu Dei filius hominis filius. quara sicut in illo Dei filius hominis filium gessit ac rexit, deduxit & adduxit: ita in nobis ooslet Dei filⁱ nostrum hominis filium gerat, regat, ducat, & adducat, partim ad defectum, partim ad ꝓfectum: ad defectum carnaliũ ac terrenorum, ad profectum spiritalium ac cælestium. Et sicut iple quasi charitatem suam ad nos insinuans, quod gratia factus est pro nobis, se sæpius nominat, id est filium hominis: ita & nos quod facti sumus ab illo, id est filij Dei, noua scilicet creatura in Christo Iesu, secundùm quod voluntariè genuit nos verbo veritatis, semper cum gratiarum actione attendentes, filios Dei nos cum reuerentia nominamus: dedignantes esse vel dici, quod carnaliter nati sumus, id est filij hominũ. Tales enim per Prophetam Spiritus sanctus increpans. dicit, *Filij hominum, vsquequo graui corde.* Et alibi per Prophetã exprobrat. *Filia matris tuæ es, & soror sororum tuarum es.* Ego fateor me iam hic aduenam & peregrinum, toto videlicet hoc mundo, tamquam quid e eo oriundus minim è sim: nec hominis, sed Dei filium, in hominis specie & similitudine latitantem: haud amodo filium patris mei ac matris meæ, vel fratrem fratrum meorum: licet dicant, affirment, ac deiereut, me suum esse: testes si produrãi, stigmata quoque in core & earoe præmonstrent, ego mihi conscius vnde sim, instanter uego, planè inficior, allegans, me non esse, quem autumant, falli eos similitudine: & extendens manus in vos dico, hi iunt mihi fratres: simul omnes pupilli sumus, & orphani: non habemus patrem in terris: pater enim noster cælestis est, & mater Virgo. Inde sumus indigenæ, aduenæ verò bîc, & peregrini, sicut omnes patres nostri. Nos nequaquã sumus de terra tetreni, sed de cælo cælestes: induti tamen sacco terreni, pro quo & terreui putati: donec possimus dicere patri nostro, *Concidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia.* Ego quod sum, video: quib⁹ involutus pannis, discerno. quare: nisi quia coram me illuminatus est cæcus: eorã me factum est signum præsentis gratiæ, ꝙ confirmat ad fidem futuræ gloriæ? Scriptũ est enim. *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* Alterum signum est, meritum alterum. Cui gratiam hanc dedit, illi gloriam procul dubio dabit. Quem illuminauit ad fidem, suscitabit ad speciem. Per hoc quod video, credo quod nondum intelligo. Dum de quali qualis factus sum attendo, qualem futurum promittit, spero. Itaque non hominum merita, sed Dei dona attendens, ex perceptis promissa, ex magnis maiora, ex mitis mirabilibus cõclio: sicut beatus se consolans Psalmista ait. *Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.* Et alibi. *Clamabo ad Deum altissimũ: Deum, qui benefecit mihi.* Non in ieiuniis meis, & traditionibus hominum, aut habitu phatisaico, nec in vlla iustitia operum, aut operibus iustitiæ, quæ facio, certum mihi signum iustitiæ cõstituot sed in iustitia fidei, quæ gratis præuenit, & illuminat, quos saluat. Multi enim me profundiùs precatores gratis à gratia sumuntur: & alnùs iusti à iustitia iustè abiiciuntur. Iustitia autem operum semper vana, opus verò iustitiæ sæpe sallax: iustitia quæ est ex fide Christi Iesu neminem fefellit. Ipsam pono vt signaculum super brachium meum: ipsam super cor meum, ipsã super brachium meum: ipsam intelligo factam mecum signum in bonum: vt videant qui oderuot me, & confundantur. Ita que qui illuminatio mea, is & salus mea: Ipsum sequar ad ipsum, laudans & glorificans Deum in ipso. Etsi mille tentationum aut perturbationum genera increpant, vt taceam: fortiter clamabo, clamansque reclamantium clamorem superabo: donec ipsum Iesum transeuntem figam, & prætereuntem sistam. Sicut enim, ve prehabiti sermonis tenorem exequamur, eum uei filio, & eodem hominis filio Domino Iesu diuersa ex diuersis comitabantur vlam peregrinationis suæ, id est alia ex carne, alia ex spiritu, alia ex Verbo: alia ex humanitate, alia ex diuinitate: alia ex infirmitate, alia ex virtute: sic vtique & in nobis facile cernere est, & impossibile nõ sentire. Hoc in experientiæ libro certius sentimus, quàm ex prædicatoris voce addiscimus. Discretione tamen fratres, rationabili opet æpretium est, & vigilantia sensus dijudicare, vnde omnia nobis oriantur in nobis, quæ sint cogitationum affectuumque origines

Deus homo factus ob id vt homo fieret.

Iob 9.

Luc. 18.

Psalm. 33.

Christus natura geminus, persona vnus.

Pſ Ezech. 16.

Pater nobis Deus non homo creauit.

Pſalm. 83.

Pſalm. 29.

Pſalm. 114. Et 56.

Iuſtitia operum ſine fide nulla.

pinis desidertorum ac voluntatum, suggestionū quoque ac delectationum radices. Sicut ergo operū virtutis & miraculorum signa cum comitabantur, quasi attestantia, Iesum esse, qui transitū faceret, plurique ad credendum in eum excitarent, de quib⁹ scriptum est, *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis*: & ipse dicit, *Opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me*; & è regione passiones irrisiones, quæ increpabant, vt à fide eius homines deterrerent, nec Deum crederent, quē homina pati conspicerent: quę vtraq; breui complexus, missis Ioanne respondit *Renuntiate Ioanni, quæ audistis, & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant*, &c. Ac deinde. *Beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.* Flagella enim & iputa, crux & sepulchrum scandalu mouebant Ita & in me, dilectissimi, quædam attestantia saluti, quædam retrahentia: quædam acclamantia, quædam reclamantia, in omni via vitæ meæ metuam teneo, neque sine his comitibus vsquā vado. Vitiorū illuuiem, & subitò prorbot: assumor, & statim delector: erigor, & statim deficior, sicut qui per montana gradiunt, & planū iter non tenent. Quandoque lætabundus & laudās, nimia luce perfusus, ac mira affectus dulcedine, ineffabili quadam spe inopinatæ salutis exulto: omnia acclamant, omnia bonū testimonium perhibent, ita vt dubitationi, ac si apprehenderim tam, non sit locus: quādoque pauebund⁹ & plangens, tenebris obvolutus, & ematitudine plenus, tanta tædij & acediæ cōfusione tabesco, vt omnia à meliori spe interepēt, & tacere cogant. Vę misero homini, qui nec Deo pro voto ruisse re, nec ubi pro proposito valet cōsistere Ego fateor, numquam mihi constō: inter spem & timorē vsque per molor, vtriusque in me tadices & lemmaria gesto, vterque furium pullulat, & in intestinis meis ramos extendit. Dn gratia Dei in me habeo, quòd semper sperem: de me habeo in me vt qne, quòd vsque timeā Nunc totum prospero, teneo; nunc omne quod tenuerā perdo; & rursum post tenebras lucem spero Ascendo vsque ad cælos, & descendo vsq; ad abyssos: anima mea in talibus vicissitudinib⁹ tabescit. Torbor, & moneor, sicut ebrius, & omnis sapiētia mea deuoratur. Veruntamen sicut facere Psalm.⁹ consequeretur habet, & evāgelicus iste exemplus docet. solū mihi restat, improbitate vincere, & multò magis clamare ad Dñm Iesum, cùm tribulor: donec de necessitatibus istis educat me, & statuat procellam hanc in auram, ac silere faciat fluctus eius, qnos induxit super me, lętāremque, quia sileuerunt, deducat in portū voluntatis & desiderij mei: qui hodie in extremo tertiæ angulo, & martyrio circumfulu latitans, ipso teste solū ipsum desidero, cum Patre & Spiritu sancto vnum verum ac bonū Deum, & Dñm vniuersitatis: cui honor, & gloria, laus, & potestas, decus & imperium, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Hema nunc ire erigitur, nunc timere deijcitur.

Psalm. 106.

Psalm. 106.

Sermo 4. in Dominica. Quadragesima.

Matth. 4. DVctus est Iesvs *in desertum à spiritu*, &c. Dominus meus Christus Iesus omnia agit aut ductus, aut missus, aut vocatus, aut iussus: à semetipso autem nihil. Missus venit in mundum, ductus vadit in desertū, vocatus surrexit à mortuis, sicut scriptum est *Exurge, gloria mea, exurge psalterium & cithara*. Ad passionē verò propetat spōtaneus & volens, sicut prædixerat Prophetes, *Oblatus est, quia voluit*: factus tameo in hoc ipso obediens Patri vsque ad mortem. Doctor enim & exemplar obedientiæ extra eā, quæ sola in veritate via est ad vitā, nec agere, nec pati quicquā voluit. Ductus est ergo à spiritu in desertum, vel vt alius ait, agebatur à spiritu in desertum. Quotquot spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Is autem sicut specialiùs & dignius filius, sic dilectentiùs & excellentiùs præ ceteris agitur aut ducitur in desertū *Plenus*, inquit, *Spiritu sancto regressus est à Iordane*: & eodem illico actus in desertum. Ceteris ad mensuram datur spiritus, & iuxta eādem mensuram aguntur ad omota: iste plenitudinem accepit, in quem complacuit plenitudinē diuinitatis habitare corporaliter: ideo potentiùs & plenius agitur ad omnia tutia Patris cōplenda. *Regressus*, inquit, *à Iordane, agebatur in desertum.* Autchac de regressione Dñi nr Iesu non memini me verbum audisse. Iordanis, vt ferunt, defectus eorum interpretatur. A Iordane ergo venit, & inde regreditur, qui in mundū descendit: & hinc seuertens iterum relinquit mundum, & vadit ad Patrem. Propterea qui ascendere cupit, ac regredi, vnde non descendit non, descendit, veniat ad Iordanem; veniat ad descensum, veniat ad humilitatem: qui solus locus est ad ascensionē. Omnis enim qui se humiliat, exaltabitur. *Surgite*, inquit *sienem* Psalmista, *postquam sederitis*. Ibi Spiritum sanctū inueniet, qui requieuerit super humilem & mansuetum, ac trementem ad verba Domini: qui superbis restitit, humilibus autem dat gratiam, qua mundum contemnant, sæculum fugiant, diabolum vincaor, turbas declinet, vbi colloquia praua corrumpunt bonos mores: desertum petant, ac secreta loca, vbi Deo vacent: vbi sicut pullus hirundinis sic clameor ad eum, & sicut columba meditentur de ipso: vbi respondens ipse loquetur ad cor eorum, iuxta Prophetē dicentem. *Ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor eius.* Ista dominus noster Iesus Christus mitis & humilis est de, postquam ad id humilitatis descendit, ac mansuetudinis, vt se baptizandum supponeret manibus inferentis, illico ad gradū meruit ascendere prælationis, attestante voce paterna. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi* propter humilitatem & obedientiam *bene complacui*: vnde eum tore promouco, ac ceteris præfero: amodo ergo *ipsum audite*. Spiritus quoque sanctus super humilem & mansuetum, tamquam in proprium ac familitate templum visibiliter descēdit: quo pleous regressus à Iordane, ducitur in desertum. Ergo à Iordane ineiptens regredi, vnde egressus venerat, primū iter assumpte prælationis dignitate, & prædicationis auctoritate, solus agit in desertum: vbi qui alios prædicaturus erat, ante seipsū probet, quod alios docturus ipse compleat: carnem, mundum, diabolum, cuntra quos dmicare suos erat hortaturus, priùs ipse debellet. Stultum etenim est, inexpertum, & Christianæ militiæ rudem, eò alios ad bella trudere, quò nec ipse præcesserit, nec subsequi audet: ad conflictum hortati, qui in acie non stetit, aut prius fugit, fugare docere, quæ priùs ipse non fecit, imò quæ necdum facere cœpit: Doctoris subire gradum, & ignorate efficium: alligare tandem onera gravia & importabilia, ac imponere humeris aliorū, qui digito nolit ea tangere. Doctor autē & doctor noster Iesus Christus, ea docet, quæ facit: sicut Scriptum est. *Quæ cœpit facere & docere.* Id prædicat, quod est. *Discite*, inquiens, *à me, quia mitis sum & humilis corde* Eo autem cogit, quò priùs ipse vicit. *Confidite*, inquit, *ego vici mundum.* Primo etenim hos cōgressus solus cum solo

Humilitas via ad ascensionē

Psalm. 126.

Ose. 2.

Matth. 3.

Qui præsit, debuit priùs se exercere.

Matth. 23.

Iean. 16.

Christus debiliorē reddidit diabolum.

in solitudine dimicans, cōmunem ac ūnguläem humani generis hostē secreto superauit, superādo debilitauit, ac suis debiliorem atque facilē superabilem reddidit & enervem: quem secundo congressu, publica mundi tutus arena, spectantib⁹ Angelis & hominibus, humiliauit, strauit, & vulneravit, sicut Scriptum est, *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum*; prostratum vero ligauit, & arma eius tulit & vasa diripuit. Alligans enim fortiori fortem, per suos in mundum, & per se in infernum intrauit, & vasa eius diripuit, & ad sui ministerium iure transtulit. Hic vlandicutem, & quasi fami suæ prē consulentem, & opinioni suffragantem, ac paupertatē miserantem, sapienter respuit; quem postea sæuientem patienter sustinuit, fortiter vicit. Hic ergo sapientia sanctorum, ibi patientia & virtus; vtrumque enim docere venit, & dare Christus Dei virtus, & Dei sapientia; in vtroque tentatus, in vtroque probatus inuentus. Sapientiam ergo fraudulentus prius attentat; transfigurans se in Angelum lucis, & spiritum consilij. *Dic*, inquit, *vt lapides isti panes fiant*: ne fame tabescas in solitudine ieiunus, & qui virtute superfluitatem & delitias calcasti, solo pane eatenus saltem necessitati serò subueniat. Sed quia primo morsu vbi carnis tenuitudinē crediderat, in ossis soliditatem dentem elisit, revocato ictu pens aculeo, à calcaneo pedis ad summa tota se erigit, quæ mulliora credit, & duriora offendit. Vode & assumens eum, statuit in sublime, sed vt præcipitaret in profundum: ac si diceret. Sublimis quidē & altus es, qui carnis concupiscentiam virtute abstinentiæ cōculcasti. Deo places, & ei prope es, qui carnem excessisti: nun debes amodo ignotus esse, & vilis. Quare manifesta teipsum hominib⁹. Videant te volantem, qui attrito pondere carnis levis es: qui vincens quod ex carne natus es caro, jam natus ex spiritu spiritus es: & ex Deo natus es Dei filius. Mitte ergo te deorsum, vt seruiant tibi Angeli: qui victoris acquisiti merito, quod dono gratiæ habēt. Vnde & servire tibi debent, & in manibus portare te, ne offendas ad lapidem pedē tuum. Hic est ille basiliscus, tes serpentū, qui solo visu interficit: qui quod aspis baliitu non occidit, solo inficit aspectu: itaque post tentationē concupiscentiæ carnis, id est aspidis, tentamentum cōcupiscentiæ oculorum exerit rex serpentū Verumtamē athleta & pugnator noster, sicut pusmodum leonis rabiem cunculcauit fortiter, ita & nunc serpentinum virus declinat sapienter, ambulans super aspidem & basiliscum gressibus subiectatis ac humilitatis. Draconem quoque magnū ambitionis ſculi, ac superbiæ vitæ, quæ non est ex Patre, sed ex mundo, conculcat: dum omnia regna mundi & gloriam eius sibi oblata a monte paupertatis exsufflat. Ecce qualis qualiter qualem vincit. Sapientiā vincit astutiam, abstinentiā gulam, humilitate inanem gloriā, paupertate sæculi ambitionem. Veniens ad sapientem, abstemium, humilem, pauperem, penitus huius mundi, nihil in eo reperit sui, nihil rapere potuit non sol. A quo eiaculatis omnib⁹ astutiæ suæ telis recessit ad tempus, id est vsque ad horam passionis, vbi agnū leo aggredi⁹ est: sed crudelitas manuetudine vincitur. Tentatur virtus à sæuitia, sicut hīc sapientia ab astutia. Sed virtute patientiæ vincit leonē, qui prouidentiæ circumspectione vicit draconem. Virtus enim omni in maxima patientia est: in qua possessio est animarum, etiam cùm corporum fit iactura in manibus persequentium: in qua

Basiliscus & aspis spiritualia quid sit.

Christus leonem vicit & draconē.

tertiam bonā omnem fructum ferre veritas testatur. De qua Apostulus. *Patientia vobis necessaria est: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.* Ipsa est, vt beatus ait Iacobus, quæ perfectum opus habet. Ipsa ergo bitatem ministrat, id est in temperantiam, & fortitudinem: & animum, quem pusillet in prosperitate & aduersitate, tam contra illecebrosos carnis prauitus, ac interiorum vitiorum scaturigines, quam contra exteriores sæculi lætitias aut iæuitias, sobrium facie & fortem. Quod nobis conferre dignetur ad cōpatiendum cum ipso, pro ipso, qui in ea passus est pro nobis, Christus Iesus, qui cum Deo patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Hebr. 10

Psalm. 88. *Luc.* 11.

Matth. 4.

Psalm. 43.

Matth. 5.

Qualeteria.

nium elegit Deus.

Sermo 2. *in Dominica* 1. *Quadragesima.*

DVctus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Hæc Quadragesima, dilectissimi, Domini ac Saluatoris nostri, Quadragesimis Moysi & Eliæ prophetata, vel etiam totidem annorum peregrinatione patrum in deserto, nequaquam à mysterio, & salutari aliquo sacramento ieiuna aestilis credi debet. Verùm, faties, difficile est, & nostræ paucitatis sensum excedit, tot gradibus rationabilis abstinentiæ profectum distinguere: & ascendenti de Ægypto ad terram promissionis, id est de hoc mundo ad Patriem, tot in sui spiritus ultim deserto, dum carnem inhabitatet iste ascensor, virtutū mansiones assignare, quibus elongetur carni, vt appropinquet Deo: sicut scriptum est. *Ascensiones di⁹ posuit in corde suo in valle lacrymarum, in loco quem posuit.* In quadragenario tamen quoniā deeuplatur quaterorum, aut quadruplicatur denarius, ex illis modò nobis intimatur, vt quamdiu temporales hic sumus, & in corpore quod corrompitur, & aggrauat animam aggrauati, peregrinamur à meusa ac delectabili refectione Domini, corpora nostra castigemus, ac subiectam⁹ seruituti legis Dei, ac tempora indociatom ad emendationem indulta nequaquam perdamus negligentia, aut iis abutamur in superbia: sed expendamus tempus, & exerceamus corpus in obseruantia & obedientia mandatorum Dei: corde autem in lege eius meditantes die ac nocte. Vbi autem aduersatur ipsa concupiscentiis nostris, concordemus cum ea, dū adhuc sumus in via: ne pust viam tradat nos tamquam rebelles Iudici, Iudex tortori. Torqueam⁹ ergo nos ipsos, dilectissimi, in lege, ne torqueamur à lege. Abstineamus ab his, quæ aduersantur legi, ac teiunemus, ne aduersariam sentiamus legem, præsertim quādo judicabit; cui nunc adversamur dum consulit. Hoc est enim ieiuniom quod elegit Dñs, abstinere ab omni malo, non solùm foris ab opere, sed intr⁹ à perversa voluntate. Foris quidē alij nocetur: intr⁹ sibi. Nemo n. non prius sibi quā alteri nocet. Alteri⁹ per tunicā tuū corp⁹ perforas. Plus tibi mater cupiditas nocet, quā alteri quæ de illa nascitur filia rapina vel fortūs plus tibi, malā affert inuidia, quā bona auferet de rogatio tua, cui per invidiā tetrahis. Perfectū ergo im, & quale Deus elegit, ieiuniū est, non affligere hominē animā suā per diē, & torquere quasi circulum caput suū, & omnes debitores suos avarè repetere, & ad hīc & cōtentionē ieiunare: sed abstinere ab omni malo, ac insistere omni bono: non facere malum alteri, q⁹ sibi nolit fieri: & illi facere bonū, q⁹ sibi cupit quasi denarū legis qua triplicare per Euangelū, & quaternarium Euangelij decuplare per legem

In lege enim perfectio Euangelij ulim delitescebat: sicut nunc legis imperfectio in Euangelio patescit. Lex autem operis, Euangelij malæ voluntatis ieiunium indicit. gustú punit. Hinc concionator noster in Euangelio. *Audistis*, inquit, *quia dictum est antiquis, Non occides. Ego autem dico vobis, non irasci.* & cetera secundú hunc modum. Sequitur. *Et cùm ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Non enim cotàm & in luce ieiunabat, & clàm edebat in tenebris: sed qualis in aperto, talis in abscondito: qualis in facie, talis in curde. Sequitur. *Postea esurijt*, Quantum voluit, jejunauit Deus, & quando voluit, esurijs humu: & tunc accessit ad eum tentator. Quare non ante? Quia nõ audebat, aut non oportebat. Fortè astutè timuit, infirmum opportunè inuasit. Omnis enim tentationis humanæ triplex est origo: aliquando tota intus, & de nostro; aliquando tota extrinsus, & de alieno; aliquando autẽ intus & foris, & dè nostro, & de alieno. Non enim omnis tentatio à diabolo est, nec eius tolùm suggestione peccatur. Teoramur autem & à cõcupiscentijs nostris abstracti & illecti, nihil suadente, aut fortassis ignorante diabolo. Concupiscentia verò duplex est: altera, qua caro cõcupiscit aduersus spiritum; altera, qua concupiscit spiritus aduersùs Deum. Et hæc vtrsq; malas est. Præterea est & concupiscentia, qua concupiscit spiritus aduersùs carnẽ, vt eam refrenet à vitijs, ac subiuget rationi; & alia, quæ concupiscit in Deum, vt eum apprehendat, eoque fruatur. Hinc enim scriptum est. *Cõcupiscit & deficit anima mea in atria Domini.* Es hæc vtraque bona. Concupiscentia igitur quæ mala est, nonnumquam sine diabolo oritur: sed otiæ, vt eteścat, libentet auxiliatur. Bona autem omnis & à Dei gratia præuenitur ad ortum, & iuuatur ad profectũ, & consummatur ad perfectũ. Quare, quę bona est concupiscentia, etsi tota intus agi potest, tota de nostro esse non potest. Tentatio igitur, quæ tota de nostro intus est, aut ex necessitate oritur animalis corporis, aut ex prurientis infirmitate corruptionis, aut ex tecutsu praue cõsuetudinis, aut ex insolentia gratiæ & virtutis Cùm ergo callid⁹ tentator, & malignus insidiator, aliquando scintillæ fomitem quolibet signo deprehẽdit, plurima festinatione, summa diligentia paleas vndique cogit, concupiscentiæ quas comperit aptas: quatenus si prævalet, de scintilla flammam excutiat, ac domum pectoris nostri de nostro & suo exusat, sicut scriptum est. *Incenderunt igne sanctuarium tuum in terra.* Dominus autem Iesus in Deo confirmatus contra peccatum ex viero, sicut scriptũ est, *In te confirmatus sum ex viero*: caro tamen animalis adhuc, sicut homo ante peccatum infirmus, verò, vt filius hominis, propter patris peccatum: sola ea quando vuluit, & quantùm voluit, passione potuit, quæ ex necessitate, vel infirmitate animalis corporis descédit. Cùm enim tres sint humanæ mutabilitatis status, ante peccatũ, prope peccatum, post peccatum: de vnoquoque vetus Doctor & Medic⁹ aliquid in se exhibere voluit: vt quid fuimus, quid sumus, Doctor admoneret, quid essemus, Medicus exhiberet. Itaque animalis de primo cibum desiderare potuit, & potumi ipsirmus de secundo tristitiam, tædium, pauoré, mortemque subire: confirmatus de tertio, nullã vel in cogitatione titillationem de proprio, vel suggestionem malam de alieno admittere Vnde omnis illa tentatio de pinnaculo, & monte, extetiur, & de alieno fuit: ipsimo de proprio nõnihil habere videtur: vbi tamquam serpens insidiatus est calcaneo. Verumtamen quoniam naturalem, & ab id inculpabilem esutiẽ, illa suggestio sicut non creauit, ita nec auxit, nec aliquo modo mouere potuit, omnia illa, vt beatus ait Gregorius, diabolica tentatio foris fuit: quam tamen intus humana præcessit. Cùm ergo post longa & stupenda ieiunia esuriem aliquo exteriori signo deprehendit, diu suspensus ac stupens, demum opportunitatem nactus, accedete ad eum tentatos pręsumpsit. Videte ergo dilectissimi, qnã subrios opetępretium habemus esse, & vigiles, sicut beat⁹ admoner Apostulorum princepa, contra aduersarium nostrum diabolum: qui tanta diligentia circuit, tanta vigilantia seruatur omnem conuersationem nostram, vitæ modum, necessitates, infirmitates corporum & motũ, subitos ac varios euentus casu, ipsasque naturæ nostræ cõplexiones, sicubi de nobis in nos aditum inuenire poterit, & materiam, occasionèque tentandi. Quare minùs solicitisumus, fratres, occasiones salutis quærere in alterutrum: vt vbi magis necessarium videmus, magis inuicẽ subueniamus, & alterutrum onera fraterna portemus? Hoc enim admonens beatus Apostolus, ait. *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Et alibi. *Supportantes*, inquit, *inuicem in caritate.* Ipsa vimirum lex Christi est. Quod in fratre meo aut ex necessitate, aut ex infirmitate corporis, siue morum incorrigibile cerno, quare non porto patienter, consolor libenter: sicut scriptum est, *Pueri eorũ in humeris portabuntur, & super genua consolabuntur?* An quia illa mihi deest, quæ omnia suffert: quæ patiens est, vt portet; benigna, vt amet? Hæc vtiq; lex Christi est, qui veiè langnores nostros tulit psssione, & dolores purtauit cõpassione: amans quos portauit, portans quos amauit. Qui autem fratrem in necessitate aggreditur, qui infirmitati eius cuiuscũque generis insidiatur, legi diaboli se proculdubio subdit, & eã implet. Comparientes itaque inuicem simus, & fraternitatis amatores, infirmitatum portatores, vitiorum insectatores, maximè qui pauci propter arduioris propusiti disciplinam, in hanc abditam sulitudinem & semoram ab orbe communi insulam, euasimus. Omnis enim disciplina, quæ caritatem Dei, et ob ipsum proximi caritatem sectatur sinceriùs, quibuscũque obseruantiis vel habitu vinat, à Deo pl⁹ accepratur Ipsa enim est caritas, propter quã fieri vel non fieri, mutari vel non mutari õnia debent, Ipsa enim & principium quare, & finis ad quẽ dirigi omuia decet. Nihil enim sit culpabiliter, qnod pro ea & secundum eam sis varacitet. Quod nobis ipse præstare dignetur cui, siue quo placete non possumus: & sine hac omnino noo possumus: qui viuit & segnat Deus per immortalia sæcula Amen.

Matth. 5. — *quia dictum est antiquis, Non occides. Ego autem dico vobis, non irasci.*

Matth. 4. — *obus, & quadrag. noctibus*

Omnis tentationis triplex origo.

Psalm. 83. — *in atria Domini.*

Concupiscentia sine diabolo sape oritur.

Psalm. 73 — *tuum in terra.*

Psalm. 70. — *In te confirmatus sum ex viero*

Christus doctor & medicus.

Sermo 3. in Dominica 1. Quadragesima

DVctus est Iesus in desertum a spiritu, &c. Dum in carne fuimus, fratres, vbi nemo Deo placere potest, quæ carnis erãt sapiebamus, & in carnalibus delectabamur, loquentes & tractantes carnalia: inde & toti, id est cogitatione, delectatione, sermone et operatione, carnem desetto spiritu, & mente rationali inhabitabamus. Cùm autem fortior is spiritus ducatu præuenti, interiora nostra penetrantes, in neglectum olim & desertum à Deo, ab Angelis, ab ipsis nobis, ipsum *Matth. 4.*

Greg. hom. 16 in Evan

1. Petri 5.

Galat. 6.

Isai. 66.

Quis diabolo legi se subdat.

Charitas virtutes.

ſpiritum noſtrum intoxinamus: cõpeſcentes nos, & ieiunium indicentes concupiſcentiis ac deſideriis carnalibus: ſtatim inuidiam fecimus malo, q̃ habitat in nobis, id eſt in carne noſtra. Scitis enim eum Apoſtolo, quòd nõ habitat in nobis, hoc eſt in carne noſtra, bonum. Leuiathan nobis ſuſcitauimus, à quo paſſi ſumus inſidias noui eremitæ, ſolitarij ſore ſperantes, & quietè ſecuri, callidum tentatorem, ac malignum inſidiatorem offendimus. Vnde illud Sapientis memoria frequentare cõpulſi ſumus *Fili, accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in timore, & prepara animam tuam ad tentationem. Et accedens tentator, dixit ei. Die, vt lapides iſti panes fiant.* Quid delicti foret, aut de lapide panẽ facere, aut eſurientem comedere? Sed periculoſum eſt hoſti credere, etiam vera dicenti, aut ſuadenti vtilia: qui ob hoc vera præfert, vt infrenet falſa: cõmoda monet, vt ad incommoda pertrahat: cõſulentis indutus habitum, vt occultiùs ſerpat: in Angelum lucis ſe transformat, vt faciliùs fallat. Præterea vnii ſpirituales, qui de cogitatione carnis & ſanguinis egreſſi, obliti populum ſuum, & domũ patris, ſolitudinem ſpiritus ingreſſi ſunt, neq; quam ſtatim ad omnem neceſſitatẽ carnis acquieſcunt & ſanguinis: qualibus parum eſt, omnem ſuperfluitatem abſcindere: niſi etiam neceſſitatẽ circumcidant. Et quod funditus animaũ ac infirmo corpori inflictum nõ audent, ſerò tamen ac parciùs, non ſine typho ac murmure tandem indulgent. Qui quoties eſurit ſtatim reficit, quid ſit ieiunium, omnino neſcit: cuius virtus ac meritum cum eſurie tantùm incipit. Non enim non manducare ieiunare eſt: ſicut poſt ſatietatem edere ſuperfluũ eſt, ita ante eſuriem otioſum, eum eſurie verò licitum: poſt eſuriem ſtrenuum, eoque ſtrenuius, quò longiùs. Similiter autem huic de ſomno, ac cæteris animalis & infirmi corporis neceſſitatibus: contra quas ad Dñm clamat ſpiritualis quidã in vitibus eremita, in regio ſolio panpret. *De neceſſitatibus, inquit, meis erue me.* Eſt & aliud ſatietatis, altioſque ieiunium, quod ſui ſpiritꝰ ſolitudinem ingreſſis non ſolùm cautè ac diligenter obſeruandum, ſed per continuos quadraginta dies & noctes, id eſt omne huiꝰ vitæ tempus, tam in proſperitate, quàm in aduerſitate: tam in prælatione, quàm in ſubiectione: tam in contẽplatione, quàm in actione protelandum eſt: id eſt ab omni mundi huius immũdi conſolatione ac delectatione, in quibꝰ curioſitas eſt, ac voluptas, & ſuperbia vitæ, abſtinete: intus autem, vbi malignus ſpiritus videte non poteſt, ſeficiantur meditatione ſpirituali, ne omnino ieiuni deficiant, & delectatione, quæ in ſolo Deo eſt, ac voluptate bonæ operationis propter ipſum. Impoſſibile nãque eſt, in hac dumtaxat vmbra mortis, aut imagine vitæ, antequam perueniatur ad vitam omnino tenebroſam, & opertam mortis caligine, vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat: nulla conſolatione foueri, nulla delectatione tenari animã: etſi ipſam minimè teneat anima. Sicut enim ſuis frũctus corpora quæque ponderibus, ita ſpiritus ſuis delectationibus locantur. In corpore enim vniuerſitatis creaturæ Dei, vbi ſingula tamquam cuioſdã corporis membra ſunt, ſolus ſpiritus rationalis, tamquam totius oculus corporis, lucẽ Creatoris percipere, & delectatione participare, ac frui poteſt: & in eius loco de cunctis mẽbris, quaſi obſcuris, & in eius comparatione tenebroſis, diiudicare. Sicut enim lux mundi ſenſilis ignis eſt, & lux corporis humani oculus: ſic maximi corporis, ac ſpecioſiſſimi, compoſitiq; vniuerſitatis, ſpiritus, vt diximus, rationalis lucida portio, ſcilicet oculus eſt. Verũtamen ſicut oculus, cùm ſit inſtrumentum habile ad videndum creatus, tamquam lucerna minor, ad imaginem quodãmodo, ac ſimilitudinem maioris, id eſt mundanæ lucis, minimè tamen per ſe tamquam à ſe videre inſufficit, niſi præueniatur ac perfundatur ab eo, cuius gerit imaginem: ſic nec ſpiritus rationalis maioꝝ lux creata, niſi ad imaginem ſuæ ſuperioris, & increatæ, ſummæque lucis factus eſſet, præ cæteris ſui corporis mẽbris, minimè videret. Sed neque ex ſe, neq; per ſe, quod vult videre præualet: niſi cùm præſto ei fuerit, & quantùm eũ illuſtrauerit ſuum ſuperius, cuius ipſe gerit imaginem, in cuius lumine poterit videre lumen. *In lumine tuo, inquit, videbimus lumen.* Cæteris ergo vniuerſitatis membris pro naturæ differentia captu Creatorem participantibus, ſine cuius quolibet participio nihil omnino eſſe poſſent: alius ad intellectum ac ſpeciem tantùm, alius ad qualibet vitam, alius ad ieſum, alius ad imaginationem: ſolus ſpiritus rationalis, ſelecta præ omnibꝰ prærogatiua naturæ ipſum ad cognitionem ac delectationem de ipſo in ipſo participate per rationem & affectionẽ poteſt: & ad ipſum per hæc duo fruendũ ab ipſo eſt creatus, ſolus capax capabilis diuinitatis, ac naturali largitate cõmunicabilis, donabilis, & fruibilis. Sẽper enim ſumma lux micans, ac per hoc illuminãs quantũ in ſe eſt, tandem quando voluit, ad imaginem ſui, quod illuminari ab ipſo poſſet, creauit, ſolum videlicet ſpiritum rationalem: cui hoc ſolum debet eſſe negotium, ad quod ipſum conſtat eſſe creatum: illud eius votum, quod de illo Dei conſtat eſſe propoſitum: ſolus eius paſtus, ſola refectio ipſius, in ipſo & in omnibꝰ ab ipſo delectatio. Ab omni autem delectatione carnis, ac ſtrepitu cõtentionis, & ambitione ſæculi, propter ipſũ ſemper abſtinendum: quæ ſunt capita draconis à Dño Ieſu in hoc deſerto confracta, dati in eſcã iis, qui cũ Chriſto ieiunare nolunt, populis videlicet nigris, qui ſicut Aethiops pellẽ ſuam mutare neſciunt. *Tu, inquit, confregiſti capita draconis, dediſti eum eſcam populis Aethiopum.* Cæterùm ſicut mũdi huius, magni videlicet animalis, fecit Deus duo magna luminaria, minoris videlicet mundi, parui ſcilicet animalis binos oculorum orbes: ſic nimium maximi corporis vniuerſitatis oculum combinauit, Angelum videlicet, & mentem humanã inſtituens, naturæ quidem vnius, ſed alterius conditionis ac ſortis. Illos enim in ſplẽdore veritatis ſemper fuigidos, ac delectationis ſuauitate inebriãdos nulla vnquam tetigit peregrinæ delectationis eſuries, nullus ad eos tentator acceſſit: vbi centũ nonaginta nouem oues in deſerto ſuo paſcuot & cubant in herbis ſemper viridibus, in paſcuis pinguibus in montibus Iſraël, & non eſt, qui exterreat. Nos autem miſeri, vagi ac profugi, qui errauimus ſicut ouis illa, quæ perierat, quã venit quærere paſtor bonus, & in ſacris humeris repertam impoſuit, vt reportet ad Angelorum gregẽ, fiatque ſicut vnus paſtor, ſic vnum ouile, propria imbecillitate inutes deficimus ad malam eſuriem, alienaq; ſuggeſtione totis innitamur ad peiorem refectionẽ. Oblii comedere panem noſtrũ, rſuri mos alienum. Cùm ergo aceſcioſos ac repidos nos videt, qui ſemper inuidet, qui ſemper inſidiatur: quaſi interioris defectꝰ ſignum colligens, accedit, & vnde reficiamur, oſtendit. Quod immittere minimè poterat, innatũ fouere & augere ſe-

Rom. 7. Iob 3.

Eccli. 2. Matth. 4.

Periculoſũ eſt hoſti credere.

Ieiunare quid ſit.

Pſalm. 24.

Delectatione non poteſt anima carere.

Pſalm. 35.

Sola creatura rationalis Deo fruipoteſt.

Abſtinendũ à delectatione creaturarum.

Pſalm. 73.

Dæmon non aggreditur fortes, ſed accedioſos, &c.

ſtinat. qui ad fortem, conſtantem, feruentem, appropinquare non audet: ſed à longe obſeruat: ad accedioſum, & vacantem fabulis intus, id eſt cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu, à qualibus Spiritus ſanctus recedit, malignus accedit: non irruit, non infringit, ſed leniter, & quaſi modeſtè ne perterreat, ſub ſpecie conſulentis accedit. Dicit ergo. *Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiãt.* Non autem quod filius Dei talis erat, ſed quod tales eius illa eruditi figurare poterat. O lapidãda malignitas! quæ lapide refici ſuades filium Dei. Homines cùm ſint mali, nouunt bona data dare filijs ſuis, & petenti panem filio ſuo pater cœleſtis lapidem daret? aut petenti piſcem ſcorpionẽ, aut pro ouo ſerpentem? Torpentem ſpiritumà deſiderio & meditatione cœleſtium, tanquamè pane Angelorum ad lapidem frigidum, ũceum & duſum inuitat, id eſt ad amorem & delectationem terrenorum: vt ſi illam conſolationem perdidit, ab iſta excipiatur & à diabolo decipiatur: qui in ſemet pr⁹ defeciſſe comprobatur. Sine omni enim, vt ſupra diximus, conſolatione minimè ſubſiſtere anima poteſt. Conſolatio veso illi refectio & panis eſt. Si autem de mundo & carne vtique de lapide. Ad hanc ergo tentator meum inuitat, quã à delectatione Dei languere conſiderat. Vnde in ordine vitiorum acediam auaritia ſequitur, quia cadenti de cœlo mundus iſte blanditur. Cuius conſolationem vere ſpiritualis beati Dauid meus deteſtans alt: à mundo & ab omnibus quæ ſunt in mundo, id eſt concupiſcentia carnis, & oculorum, & ambitione ſæculi, *renuit conſolari anima mea.* Quid ergo? Abſque delectationis conſolatione poteris exiſtere? minimè. Sed *memor fui Dei & delectatus ſum*: & quia ociositas inimica eſt animæ, de ipſo meditando *exercitatus ſum, & deſecit* non ab ipſo in mundo vel in me ipſo, ſed à me & omni mundo in ipſo ſolo *ſpiritus meus.* Ita quidẽ & Dominus meus Ieſus in deſerto nec ociosus nec vanis intentus meditans in lege Domini die ac nocte, omni tentationi de ſcripturis ſanctis occurrit. Licet enim mille artifex ob innumera quæ exerit tentamentorum genera malignus iſte dicatur, fidenter tamen dico, omni adinuentioni eius, de ſcriptura ſancta facile poſſe conuenienterque concludi. Abſit enim vt malitia ſapientiam vincat, & poſſit ipſa conficere venenũ, cuius hæc non contineat antidotum. Itaque dilectiſſimi, exemplo Domini Saluatoris ipſum in deſerto nõ ſolũ loci, ſed & ſpiritus, vel etiam aliquando Dei, ipſum noſtrum ſpiritum excedentes, cum Angelis ſecuti, meditemur ingiter in lege ipſius, ſiue ſcripta foris litera, ſiue intus in nobis natura, ſiue in mundi huius figura, ſiue in ipſa Dei ſapientia, quæ lex eſt æterna & lex legum dici poteſt. Hic etenim pane vitæ & intellectus cibabimur: & aqua ſapientiæ ſalutaris potabimur, vt interna delectatione refecti & ſaturi, lapideum Diaboli panem foris contemnamus. Exaltationem quoque mundi, quam ſequitur ruina (nam ante ruinã exaltatur cor) & deorſum mittit, faſtidiamus. Omnem ſæculi affluentiam & gloriam, quæ cadenti promittitur, ſtantes & ſurſum erecti cum promiſſore, ex concupiſcentia & cogitatione cordis noſtri exſufflemus, dicentes. Vade Sathana. Sathanas enim eſt, id eſt aduerſarius noſter omnis motus, qui ad caſum inuitat. *Si cadens*, inquit *adoraueris me.* Stemus potius dilectiſſimi in atrijs Ieruſalem pedibus noſtris & fide dubio lætantes ibimus in domo Domini ijſdem ipſis, vbi omnis patricinium eſt in ipſum, quod de illo omnia in omnib⁹: quo nos omnes perducere dignetur, ſine quo peruenire nemo eò poteſt, qui nos ſua tentatione ad ſtandum confirmauit, cùm tentatorem ſua victoria infirmauit, Ieſus Chriſtus: cui cũ patre & Spiritu Sancto honos & gloria in ſæcula ſæc. Amen.

Matth. 4.

Conſolatio mundi eſt lapis.

Scriptura ſacra vtilitas.

Sermo 1. in Domin. 2. Quadrageſimæ.

Egreſſus Ieſus, ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis.

Est quidem, dilectiſſimi, ſecũdùm quod Verbum eſt Patris ſempiternum, & non tranſitorium aut finitum, Dñi Ieſu æternⁱ quidam egreſſus ab ipſo Patre, & æterna manſio in Patre, æternuſque egreſſus ad Patrem. Vnde enim oritur, eò refertur, ibique manet. Sicut nõ deſinens, quando inde natus procedit: ſic nec aduenicus, cùm eò relatus quaſi redit, vbi ſemper manet ac manſit. Vetũtamen huic ineffabilis natiuitatis mysterio ſenſibili egreſſui hominum neminem occurriſſe ſufficere credimus. Sãctis verò Angelis ſicut ſelicior, ita facilior copia: cùm tamen lucrum à ſuis egreſſi, id eſt ſeipſos ſupergreſſi. Sed quid altiora nobis, & quæ prius ignoramus, attentamus: immaturo fortaſſe deſiderio ſicut plumeſcẽtes in nido pulli, inæquales adhuc alas ad volatũ mouent, quæ vexari quidẽ poſſunt, ſubrigere corporis pondus non ſufficiunt? Eſt ergo præter hunc egreſſum æternum naturæ, egreſſus quidam temporalis, & gratiæ, quando Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: quando exiuit à Patre, venit que in mundum: quando cùm in forma Dei eſſet, quaſi patriæ ſuæ fines egreditẽs, exinaniuit ſemetipſum: vt in forma ſerui, ac ſimilitudine carnis peccati, tanquam in partibus Tyri & Sidonis, iuuenum poſſit: ſed ab his, qui fines etiam ſuos egreſſi, in eiſdem ei partibus occurrunt. Venit ergo Dei filius liber, vt liberare poſſet in formam ſeruiæ ſimilitudinem carnis peccati, ſed non ipſam ſeruitutem aut veritatem carnis peccati. Venit ad peccatores, ſed ad peccatum non inuoluit, venit ad infirmum, ſed ad infirmitatis cauſam non deuenit; venit ad pœnam, ſed non peruenit ad culpam: vnde denique ſaluator de primo ſtatu liber à peccato, de ſecundo infirmus, propter peccatum: de tertio fortis contra peccatum. Si quis ergo ſub peccato ſeruus, pro peccato infirmus, contra peccatũ debilis, ab eo ſaluari deſideret, exeat à peccato ſuo pœnitendo, occurrat credendo, clamet poſt eũ orando. Vadit enim ſemper, qui in via peccatorum non ſtetit. Veniat capitinus ad eũ qui libet eſt, eôque liberare poteſt: infirmus ad eum, qui ex his, quæ in infirmitate paſſus eſt, compati nouit: debilis ad eum, qui verbo virtutis ſuæ purgationẽ peccatorum faciens, ſalvare poteſt in perpetuũ. Egrediatur itaq; mulier Chananæa à finibus ſuis interſonibus, ac in exterioribⁿ partibus regionis ſuæ occurrat ſponte venienti de propriis finibus ſuis miſericorditer egreſſo medico, & in alienis benignè occurrenti ægroto: à quo manens in propriis omnino adiri non poſſet. Ipſe enim, tamquã beatus Deus, iuſtⁿ, & fortis, ſurſum erat, quò homini infeliciter aſcendere fas non erat. Sed nec iniuſto ante iuſtum apparere tutum: vel ad fortitudinis habitaculum alius alium mittere poterat, vbi nemo non ægrotabat. Fecit itaque pius, quod pietatem decuit, peruenit ad peccatores, ſed ad peccata non debuit, nec potuit. Venit ad auaros, ſed non ad auaritiam: ad cupidos, ſed non ad cupiditatem: ad luxuriosos, ſed non ad luxuriam: denique ad vitioſos miſericorditer venit, ſed ad vitia miſerè non

Proceſſio æterna Filij à Patre.

Ioann. 1.

Egreſſus temporalis Chriſti.

peruenit. Eeamus ergo, eeamus singuli, vnusquisque de loco iniquitatis suæ: eeam⁹ de medio Babylonis,& in finibus eius occurramus Deo Salvatori nostro, sicut admonet Propheta. *Parare ista Israel, in occursum Domini, quoniam venit.* Exeamus de fouea peccati, in similitudinē carnis peccati. Eeam⁹ de voluntate peccati in pœnitentiā peccati: ibi namque Christum inuenie mus. Ipse namque peccati pœnitentiam egit, quod omnino non egit. Ibi saluabit, qui pœnitentes saluat: qui odio habet peccatores,& miseretur pœnitentibus. Sed dicitis. Si exierimus de peccato, quid opus habem⁹ medico: vel quis potest exire de peccato? Verùm maximū peccatum est amor peccati, maxima iniquitas peccandi voluntas. Noli ergo peccare, etsi nondum possis non peccare. Peccarū odi,& de peccato existi. Peccatum odisti, & Christo vbi est occurristi: qui nō vult peccari, sed odit peccatum: ac odienti, quia cum illo facit, donat inretim reatū, donec omnimode auferat etiā abactu peccatum Sed & hoc dicitis multum esse ad vos: atque homini sine Dei gratia impossibile, vt peccatum odire possit, ac desiderare iustitiam, vt peccare nolit, & pœnitere velit. Confiteantur ergo Dño misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum: quoniam qui gratis in partes Tyri ac Sidonis manifestè secessit, vbi mulier occurrere poterat: gratia de intimis suis mulierē, vt occurreret, occultè extraxit, quā Filius sortis manifestè suscepit. Mulier ergo ista Ecclesiā ab æterno prædestinaram, in tempore vocstam ac iustificatam, post tempora magnificandam, significat: quæ pro filia sua, id est singulis Electis iugiter orat: quæ tamen nec facilè, nec statim exauditur, nec ab exauditione demū vacua repellitur. Omnia temp⁹ habent, & ordinem, quādo & modum quoeueniant prætolantur. Sed vt video moralem expositionē magis acceptatis, & quid moraliter dici debeat mulier ista, vel eius filia, olim expectatis. Mulier igitur quælibet anima intelligitur à Deo præventa vt peccatum odiat, desideret iustitiam: cui tamen deest facultas, vt non id ea facilitate possit, qua facilitate cupit recui velle bonū adiacet, posse autem perficere non inuenit: quæ non bonum quod cupit, sed malum quod odit, illud facit. Idcuque pro filia sua rogat, id est libertate naturali, quæ difficultate opprimitur. Cumque quasi sana quâ bonum & iustum smat, sit voluntas, captiua tamen sub peccato, ne id possit, tenetur facultas. Vnde & quasi ab Apostolo edocta exclamat. Infelix ego mulier, quis liberabit hanc filiam meam de corpora mortis huius, id est de oppressione dæmonis huius? Istud enim est dæmoniū, de quo ait Apostolus. *Scio, quòd non habitat in me, hoc est in carne mea bonum.* Volenti enim facere bonū malum adiacet, dæmonium videlicet dutum ac diriū: à quo filia mulieris huius malè vexatur. Sed quia nihil est, quod eam saluare possit, nisi gratia Dei, & huc per Iesum Christum: ideo constanter clamat. *Iesu Fili David, miserere mei.* Dauid enim manu fortis interpretatur. Forti enim auxilio op⁹ est, vt tam forte dæmonium expellatur. Ego dilectissimi, meā rem hic agi prævideo, neque aliā inuenire mihi facile est, quæ mea magis interfit. Prævent⁹ enim gratis à gratia Dei, non solùm à peccatis, & omni peccandi, verumetiam, vt eerucre est, ab omni feime hominum societate ac mundo cōmuni, in hanc abditam, atidamque eremū contrito corde secessi: quarenus præteritas delectationes, vanas frmolasq; cortiolitates, præsentibus in me aitditatibus, inedlis,& desolationibus puniā: ac de cetero subducta materia & occasione similium, facilius & libentius quæ retro sūt obliuiceos in snterriora me exrēdam. Attamen filis hæc mea tam malè ab hoc dæmonio vexarue, & facultas adimplendi bonum, quod bene volo, quod desidero, quod ,ppo sui, ob quod fugi, & elongaui me ab hominibus, tanta difficultare premitur, vt nec materia, quæ sana esse videbatur, possit esse quieta vel secura: nec in eā inteodere, quæ sui desiderij est, id est in courēplatione tranquillæ sophiæ: sed solicitudo omnis rimorq; mentis circa filiam sit, ne tantis malis tabescat, marerq: voà deficist, & ambæ perditum eaot. O Domioe Iesu, à facie furoris tui quis sustinebit? Quare vel otiosa incurrio faciem hominē, qui seria sola & æterna bona desiderat: quare immunda mundi memoria vmquā retrahit meotem, quam amor exilij à mundo semel extraxit? Quare non licet, vt libet, libet è te sequi, ei qui nihil quærit, nisi te? O Domine, saluum me fac à pusillanimitate spiritus & tempestate, id est propriis cremi dæmoniis. Timeo enim, ne per pusillanimitatem recidar voluntas, nisi à difficultatis tempestare liberetur facultas. O Domine, manu fortis, omnipotens Iesu, qui rationem meam ab ignorantiæ dæmone soluisti, & voluntatem à concupiscentiæ pestæ eruisti, à difficultate hac libera facultatem meā: vt cum sanctis Angelis tuis, quibus subest posse, cùm velint, porentes simus virtute, qui deuoti sumus voluntate, facientes verbū tuum ad audiendam vocē sermonū tuorum. Verumtamen quoniam laboraui clamans, vt raucæ factæ sint fauces meæ, & ipse non respōdit mihi verbum: vos fratres, pij & sancti, ac exauditioo digni discipuli eius, facite pro me Verbo verbum, qui clamo etiā post vos, & per vos ad ipsum, à quo soiu venire potest auxilium: qui cū Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus ante sæcula, & nūc & semper, Amen.

Amos 4. Vnde & quò eundum nobis.

Maximum peccatum peccandi voluntas.

Filia anima oppressa libertas naturalis.

Rom. 7.

Matth. 15.

Difficultas boni faciendi.

Sermo 2. in eadem Dominica.

Dicunt ei discipuli. Dimitte eam, quia clamat post nos. Eia, fratres, fatigati sumus opere manuum: sed pausemus modicum, dum respondeā quæstioni fratris huius, de fine sermonis hesterni, quod Dñs dare dignabitur. Minatur enim, quid sibi velit, quod Dño non respondente mulieri, discipuli pietate moti rogarint pro ea: quasi magis sint pij et misericordes Dño suo, qui fons pietatis est: & sufficere debet discipulo, si sit sicut magister eius Sed quid scis, frater, vtrū pietate permoti an tædio victi, id egerint, quorū hæc verba noscūtur, *Dimitte eam, quia clamat post nos?* Sed esto, *Matth. 15.* sperem⁹ de eis meliora, & viciniora pietati. Quis tamen nostrū est, qui non valit omnē bominē saluari, & neminē omnino in inferno damnari? At quidē Deus, quovisque meliores non sumus, id ea facilitate, qua voluntate posset, si vellet. Irē cùm videmus pauperē algere hieme, vel esurie rabescere æstate, viscetibus quidē pietatis affluimus: sed non habentes vnde illius inopiā propulsem⁹, saltē profundè gemimus: Deus autē, qui diues est in omnibus, si pius est, quo negligit: & qui de facili potest, quare nō subuenit? Nulla est creaturæ ad Creatorē comparatio: nulla est nostræ pietatis aut voluntatis ratio ad Diuinam. Sæpe enim facie suos piè velle, quod ipse magis piè non vult. *An Deus* Sæpe etiam permittit non suos impiè velle, quod *semper vepiè* volt: sæpe autem & suos piè velle, quod piè *lit. quod piè* vult, & non suos impiè nolle, quod piè non vult. *volumus.*

Respondet quæstioni cuiusdam mobi nachi.

Verùm, vt de discipulorum prece plenius differamus, paulò altiùs, vt dicitur, ordiendum est Beata electio, quæ consequitur, quod Israël lectabatur, & non est allecutus. Sicut scitis, vnum corpus dicitur, cuius Christus Dei electus caput est: vnde & quique sub hoc tam sancto capite huius corporis membra dicuntur. Corpus autem vnum, sicut caput vnũ, membra verò multa. Hucusque totum ratione similitudinis humani corporis, quod caput sursum habet, & stat rectam. Animalia enim, quæ bestiæ dicuntur, in ventrẽ prona sunt, quib⁹ caput, pedes, & venter vnà deorsũ vergunt, ac in vnum tendunt naturaliter. Deus verò homini os sublime dedit. Vnde quidam

Os hominis sublime dedit, cælumque videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Homo arbor inuersa.

Vnde à Physicis arbor inuersa homo dicitur, qui quasi radicẽ caput habet sursum, & frondes, id est membra, ramosque, tamquam membrorum articulos deorsum mittit. Caput autem vnũ est, vnde membrorum multiplicitas sentit, ac motũ habet. Summi quoque ve tex a totoditas vna est, vnde combinantur oculi, aures, nares, labia, mãmæ, brachia, latera, clunes, coxæ, genua, tibiæ, pedes. Vbi autem terram tangit, id est pede ac manu, quinus efficitur; multiplex in imo, vnus in summo: quin⁹ terram versus, vbi terrenus: vnus cælum versus, vbi cælestis. Porrò vnum est necessariũ: circa plurima solicitudo & turbatio. Simili compositione in hoc mystico corpore, sub vno capite Christo, & vna radice (nã & ipse sicut vnus homo, qui clamat à finibus terræ, sic vna arbor, quæ dat fructũ suum in tempore suo) mẽbra multa sunt: alia alus superiora, capitique viciniora: alia inferiora, ac remotiora à capite, eoque multipliciora, ac terræ magis inhærentia. Verumtamen sicut de sola vna radicis in totum arboris corpus vigor, & vigor, vitaque procedit: sic de solo Christi & Dei nostri sancto spiritu totũ Ecclesiæ corpus viuit, regitur, mouetur. Et sicut vita radicis non pertinet nisi ad suã arborem, & ad eam totã: ita spiritus Christi, quantùm ad hoc pertinet sacramentum, ad solum suum corpus pertingit, & ad ipsum totũ: quatenus totum viuat, ac moueatur de ipso, non nisi in ipso. Sicut etiã cùm vna sit in hominis corpore anima, tota vbique per essentiam, differenter tamen per virtutem & operationem: similiter in Ecclesia vnus in omnibus spiritus, differenter tamen operatione, officio, & gratia. Sicut etiã in hominis corpore nõ se membra polluerunt, nec elegerunt numerum, locum, officium: ita nec in Christi corpore quis se posuit, nec locum, nec officium elegit, nec numerum distinxit. Sicut ergo in hominis corpore, cùm differentis actus sint mẽbra, inuicem tamen specio sissima necessitate se indigent, & officiosissima sibi charitate subueniant: sic & in Christi corpore, eùm necessarij sibi sint singuli: & sicut nemo superfluit, sic nulli⁹ sibi per se sufficit: vt qui plus, non abundet: qui minùs, non minoretur: sed omnes sibi inuicem in caritate cõmuniceut. Sicut etiam in hominis corpore inferiora stupidiora, ac duriora membra, superiora teneriora & magis vitalia portant, à quib⁹ tamen vitam ac virtutem accipiunt: ita in Christi corpore animales & actiui spirituales contemplatiuos in necessitatibus corporis sustentare habent: à quibus longè melior, id est spiritualia accipiunt. Hinc enim beatus ait Apostolus. *Si nos vobis spiritualia seminauimus: magnum est, si carnalia vestra metamus?* Nec oculus per terram gradi, nec pes illuminare corpus potest: cuiquam tamen vtrumque necessarium est, etsi non vtrumque per vnũ membrum potest. Itaque qui omnia potest Deus, cùm pes te posset omnibus sufficere, ac quod vellet efficere, vult tamen pro officio charitatis fraternæ, in corpore suo locũ necessitatis existere, & humilitatis causam: quatenus frater fratrem adiuuans sit sicut ciuitas fortis & munita. Iuuant igitur inferiora membra superiora, ac iouantur ab ipsis: similiter & pauia, atque minimè omnino omnia. Et qui omnibus præuellit hic temporalem necessitudinem non deesse, & in futuro beatitudinẽ adesse, differenter, ac suo modo: ipse etiam prædestinauit differentiã, ac modum, & quid cuique conferret: & qui per se hic sustentare, ac ibi consummare potest vniuersos, prædestinauit, quantũ, quomodo, quando, vbi, & per quos singula singulis proueniret. Non enim ipse mundum fecit, & alij regendum contradidit. Sed neque fortuitum eo quid contingit. Ipse qui fecit, regit: sine cuius voluntate neque folium ab arbore defluit, neque passer super terram cadit. Qui ergo prædestinauit in cælo suis vitam, his prædestinauit ipse in mũdo viam: qui prædestinauit ibi præmium, is prædestinauit hic meritum: qui daturus est ibi gloriam, ipse dat hic gratiam. Non enim ille promittit, & alius facit: imò quod prædestinauit, vt fieret, ipse facit, vt fiat: & qui prædestinauit illic gradum, ipse prædestinauit modũ, quo pertingatur ad ipsum. Nec tamen, vt quidam deliranr, si Deus prædestinauit huic vitam, quomoducumque hic vixerit, ac quidquid egerit, pertinget ad ipsam. Sed qui prædestinauit huic vitam, prædestinauit quoque, vt sic viuat, quòd pertingat ad ipsam: id est vt sua ipsius, non tamen ab ipso, tali aut tali iustitia, aut alterius fide vel oratione, aut licut ipse nouit vnicuique distribuere: qui quod prædestinauit, ipse facit: & quod præparauit, vbi simul ac semel immola statuit, quando vult, sicut præparauit, tribuit. Sed dicitis. Si Deus vnicuique suorũ sicut prædestinauit salutem, sic prædestinauit modum pertinendi ad ipsam, tunc nõ potest secùs ac viuit, vivere, qui prædestinatus est sic viuere, & quem facit De⁹ sic viuere: sicut nec perire potest, qui saluari prædestinatus est. Verè, nam & perire potest, qui prædestinatus est. Sic enim saluari potest, ac perire potest. Perire etenim potest, etiam qui non peribit: & aliter viuere potest, qui aliter non viuet. Haud enim prædestinauit Deus, talem non posse perire, qui cùm sit liberi arbitrij, in alterutrũ flecti potest: nec alitet ac viuit, posse viuere; sed simpliciter sic viuere, & non perire. Valde nãque diuersa sunt, non perire, & non posse perire. Alterum ergo prædestinauit, alterum minimè, qui tamen vtrũque donauit. Nam posse perire, naturæ est nostræ: non perire, suæ est misericordiæ: perire autem nostræ erit culpæ, ac iustitiæ suæ. Vnde qui prædestinatus est, perire potest per mutabilitatem naturæ, sed non peribit, propter prædestinationem gratiæ. Generatio cælestis seruat eum: qui si omnino perire non posset, seruatione opus non haberet. Prædestinatũ est ergo, ne pereat, qui perire potest, & vtique nõ peribit cũ perire possit, quia prædestinatus est. Hoc enim impossibile est, prædestinatum hunc esse, & perire: necesse est enim, vt si prædestinatus est, nõ pereat: ne prædestinatio fallat, non vt perire non queat, cùm hoc prædestinatio certò nõ contineat. Itaque qui prædestinauit filiæ liberationem, ipse propter ipsam misit prædestinauit liberationem & per Apostolos

In Ecclesia membra multa sunt.

Membra sibi mutuo seruiunt.

1. Cor. 9.

Prouidentia Dei.

Prædestinatio.

Perire potest, qui prædestinatus est, sed non peribit reuera.

impertationem. Vnde vt efficeretur, quod futurū erat, & aliter fieri non erat, quod tamē aliter fieri poterat, nec superflua inuenitur mattis solicitudo, nec Dñi quasi dissimulatio, nec discipulorum pia oratio. Imo sicut modo, quo fieret, quod *Videtur a liquid dicere se* sic fiendum erat, omnia apparent necessaria: nec vt oriretur per ipsum in Dei dispositione verbum nouum, sed vt consilium compleretur æternum. Qui autem aut negare, aut aliter præstare potuit, hoc sic maluit, quatenus in vno pluribus cuncta ceret: filiæ videlicet donū sanitatis, matri debitum pietatis, discipulis officium charitatis: & qui foris non respondit mulieri verbum, int' in mulierē simul & Apostolis operabatur ipse Patris Verbum. Et quia tanta ac occulta ratione filiā tradiderat Satanæ in vexationem carnis, quasi accepta inde occasione, tuxta quod omnia bonis cooperantur in bonum, matri ac discipulis ereauit meritum vir- 1. *Tim.* 5. tutis. Nam *qui suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidē negauit, & est infideli deterior.* Hoc pro matre & filia. Pro discipulis autē ac ma- 1. *Ioa.* 3. tre, *Qui videris aliquem in necessitate positum, & clauserit viscera sua ab eo, non est charitas Patris in eo.* Dum igitur illis meritum acquirimus, & filia tandem sanitati redditur, & fus damnū est, cui a Dño *Psalm.* 103. illuditur, sicut scriptū est. *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei.* Si enim hoc prouenire inde præscisset, puellā vexare vtique noluisset: nisi quòd enim sicut excæcauit, ita & cibū aut malitia. Patet itaque pietas Dei nostri: quæ vtique merita nobis quasi extorquet à nobis, nec foris occasionem operis parat, & intus affectum creat. Dum enim quod foris præcipit, ac bilem intus, vt faci- 1. *Cor.* 15 amus, facit, sicut dicitur, *Non ego, sed gratia Dei mecum*, quid nisi nobis merita creat, quibus ipse præmia retribuat? In eo nimirum quod facit sine nobis, non inuenit, vnde retribuat nobis: tametsi q facit, fiat pro nobis. In quo licet non intercedat meritum, patet tamen cōmodum. Quod verò sine illo faciamus, semper meretur sui pretium, cùm non possit esse nisi malum. Sine illo quidem actio nulla fieri nouit, nec tamen nisi bonum per illum fieri manifestum est. Sicut autem per aliquē sæpe facit bonum, quod ipsi neq. q̄ prodest: ita & per illum facit nonnūquam quis, quod ipsi meritum ad præmium pertingens non est. Illa ergo sola cōparant meritum pertingendi ad æternitatis præmium, quæ nobiscum perseuerauerint facit Deus, & vt cum illo faciamus, facit. Quorum omnium tamquam fundamentum prima est fides: quam vtiq, non sine nobis creat in nobis. Nemo enim credit inuitus. Omnipotens & benignus Deus suauiter nos intus cogit, & quò vult, sine violentia volentes trahit, diuidēs inter nos in nobis: vt quod nolumus, libenter velimus: & quod volumus, potēter nolimus. Demus igitur, dilectissimi, libentes totum Deo: quandoquidē nihil nostrum est, sicut *Cypria. lib. de Ora. Do.* beatus ait Cyprianus. Ipse enim, attestante Pro- *Isai.* 26. pheta, *omnia opera nostra operatus est nobis*: sicut operaens est nos, & non ipsi nos. Sed nec sic operatur nos, aut nostra, vt homo artifex, qui eū perfecerit operis quidpiā, ab operando cessat, ac permanente opere in aliud intendit. Imò sicut anima operatur vitam in corpore, vel æqualitas sanitatē, aut sol diem, aut exterior lux in oculo visionem. Haud enim hæc tanta operantur, vt remanente opere discedant, aut discrescentibus ipsis opera maneant: sed sic, vt cùm perfecerint, semper faciant: & cùm non fecerint, ac se subtraxerint, nusquā sit omne quod fecerint. Ita actum Deus in omnibus, quæ operatus est vt sint, assidnè cōtinueque operatur, ne non sint, tuxta quod ipsa, per quam omnia sunt, veritas ait. *Pater meus vsq; modò operatur, & ego operor.* Sicut ei ita ab eternitate habet esse omne q est, ita subuncta eternitate sunt nec non potest esse, quidquid ea est. Si autem hæc essentia, nec ipsa essentia esse potest: quæ mouet sine ipsa est, quidquid ab ipsa est? Omnia igitur vt sint, sēper esse egent: ipse autem solus sibi sufficiens est, qui omnia sua est, & alio a se non eget. Eius itaque sempiterna ac incommutabili essentia, id est ipso qui est, semper operante, sunt, quæcunque sunt, tantùm, tunc, ac tāctu: quantū, quasi ou, & quamdiu ipse tū operatur. Eius æterna sapientia, id est ipso qui est, qui sapiēs est, semper operante, sapiunt, quicūque sapientes sunt, tantum, tunc, tamdiu, & tantū: quantùm, quando, quādiu, & qualiter ipse tū operatur. Eius æterna bonitate ac caritate, id est ipso qui est, quo bonus est, semper operante, boni sunt, qui vere diligunt, tantùm, tunc, tamdiu, & tantū: quantū, quasi ou, quando, & quamdiu ipse tū operatur. Sic itaque Deus in omnibus, & omnib⁹, quæcunque omnino aliquid sunt: quia sine illo sicut facta mens nihil, sic sine illo factum manet nihil: aut sicut Ioe quod ab illo accepit, nihil omnino potest facere. Quis enim habeat, quod ab illo non accepit? Quis sine illo facere quid poterit? Dū facere autem per se possunt, quæ ab illo mutabilis natura facta sunt: ipso tamen permittente: qui, sicut eam agit volens, sic nihil permittit inuitus: sicut sine causa nihil agit, sic sine causa nihil permittit: cuius iudicia sæpe occulta, semper iusta. Operante itaque creatrice essentia, & illuminante sapientia, & inflammante charitate, ac conformante virtute, creatura in nobis essentia, sapiētia, charitas, virtus: vt sit nobis, sciamus, velimus, possimus. Hæc igitur omnia per ipsam charitatem nostram a suo quatenus ipse Deus, in nobis formatam, ad ipsum conuersa, bonos nos interim ac religiosos hic faciunt. Cum autē se plenè conuertent ad nos, nosque perfectè sapient ad se, vtique efficient beatos: vbi æternum, q ipse in æternum faciet, merito, æternum soluet, quod ipse est, præmium. Semper enim merebimur diligi pleniè, perfectèque, qui semper sic diligere. Interim autē qui plus diligit plus diligitur: quia qui plus diligit, plus diligit. Ipse nos, vt diligamus, diligit: & cuius sicut partitus mensuræ fidei, sic & dilectionis, sic sapientiæ, sic virtutis: penes se vtique habens id, iuxta quod partient, gemoe, Sola tamen supradictorum, id est essentiæ, sapiētiæ, charitatis, virtutis, charitas videtur hic cōparata præmium: cetera verò, nec tamen sine illa, quæ nūquam excidit, spectare magis creduntur ad præmiū. Semper enim esse, perfectè sapere, plenè posse, & in his charitatis suauitate delectari, quid *Perfecta pœnis* nisi beatæ vitæ est præmium? Videlicet cuius est *pro. & pro* bene viuere meritum. Bene autem, nisi charitate, *mia, bene vi* qua Deus amatur, haud viuitur. Ipsa autem non *uere meritū* nisi tunc & tantùm, quando, & quantùm à charitate, qua nos prædiligit Deus, creatur & formatur in nobis, habere potest à nobis. Ipsū ergo Deū Patrem per Filium in Spiritu sancto, totis & intimis ac indeficientib⁹ cordium affectib⁹, ab ipso ad hoc ipsum præuenti rogemus, ipsū ei tribuentes, vt per suam caritatē creando diffundat. & diffundendo creet in nobis eā caritatē, quæ super omnia diligat Deum Trinitatem, & pptere ipsum proximum: in quib⁹ cōsistit omne meritū, q pertingat ad æternitatis præmiū: quod ipse præstet, Amen.

Deus continuè operatur conseruādo quæ fecit. Ioa. 5.

Deus est quasi, Exod. 3.

Ioa. 6.

Quomodo Deus nos cogat.

Sermo

Oportebat, Catissimi, hodierno sudore hetterni oos laboris recompensare dispendiũ. Prolixior enim sermo hesterous sit ut sciris hurã nobis laboris quasi furatus est, ait quidaõ, detinuit sermone diem, sed oobis sit uiooe detentis elapsus est dies. Vude quia fere iam nihil lupereest horæ, & plenum laboris pensum soluimus, fere nihil dicamus. *Non sum missus nisi ad oues*, ait Dominus *qua perierunt domus Israel.* Breuiter dici potest, quia & hora breuis est, quibus promissus, illis missus. Abrahæ, inquit, dictę sũt promissiones & semini eius. Temporaliter facta promissio tempore soluitur suo, & ludæis ex ludæis, sicut scriptum est. Quoniam ex ludæis talus est. Ipsi enim de ipsis natos in carne Christus, missꝰ in fine temporis, quibus promissus ab initio temporis, aoie omoia tempora prędestinatus. Iudæis & gentibꝰ prædestinatus, de solis Iudæis ex proximo in carne natus, secundum carnalem nativitatem illis exhibitus, quibus per temporalem vocem promissus. Veruntamen si altiùs elevata mente verborum mysterium contemplari delectat, ncquaquã nobis per gratiam verbi, cuius ipsa sunt verba, deesse poterunt. Scripium est enim; *Cùm elevarentur animalia de terra, elevabantur pariter & rota. Sequentes ea* Facilè enim verba per Spiritum sanctum edita ad sensum spiritualem sequentur. Israel ergo quoniam vir videns Deum ioterpretatur, mens rationalis rectè accipitur. Domus itaque Israel illas continere mentes rectè intelligitur quatum numerus diuina prædestinatione ad ipsom videndum ab æterno electus est. Ius prælcitor. Igitur nonagioia nouẽ ouibus huius domus in monte visionis & dilectioois proprij pastoris, ideſt Verbi Dei late spatiantibus & absque terrore cubantibus in pascuis pinguibus herbarum semper vitentium, descendit pius pastor à Patre, cùm venit tempus misericordi, misericorditer missos in tempore: sed in æterno prædestinationis verbo, vbi simul & semel omnia locutus est Deus ab æterno promissus, vna quærere, quæ perierat: illi in tempore missus, illi ab æterno promissus: illi natus, illi datus, cui ab æterno prædestinatus. Ista est vna ex Iudæis & Gentibus, in Iudæis & Gentibos Vna mysteraliter, multa personaliter. Multa per carnem naturaliter, vna per gratiam spiritualiter. Ouis denique vna & plures. Propter quod qui vnã venit quærere, quæ perierat; missus est ad oues. quæ perierunt domus Israël. Non ad hœdus, sed ad oues: virque ad solas, & ad omnes. Nam sicut Angeli refugæ, tamquã hœdi ab ouibus, id est à sanctis Angelis olim exierunt, sed non erani ex eis: ita & ex his ovibus quæ erraoerant, muliæ exierunt, sed oon erani ex eis. Ouibos quidem per coodicionẽ par natura, & propter inobedieoriam similis corrupiela: sed prædestinatis specialis est gratia. *Sine pœnitentia*, ait Apostolꝰ. *sunt dona & vocatio Dei.* Manet igitur in ouibus suis, id est Angelis & homioibus domꝰ Israël, quaoiùm ad pasturis pertinet prædestinationem & notitia, numeru integra, & electionis charactere immobilis, habens fundamentum hoc, Novit Dominus qui sunt eius: & custodiam fidelem, & fortem: generatio enim cæleſtis seruat eos. Nemo autem alienorum hac in sorte iungere se poterit illis. Cererùm alpeis ad sacramentorum pascua aut non aggreganiur, aut certè super numerũ multiplicantur Quod autem suum novit pastor ille, non est, qui ei de maou possit eruere. Cogi omnium ooo valet potentia, nec fallì sapientia, nec abiicere charitas. Vude & fidenter loquitur, dicens. *Omne quod dedit mihi Pater, non perdam ex eo.* Item, *Quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quẽquam.* Horiunco tamen & misericordabili iudicio ad tempus de suis cum eis suis hic misceri & errare permittit, qui in moltibus alias à tõ mixtioi e alienatuoi sctuaiur. Ab his igitur segregãdas & reliogenuas æterna praedestinatione promissus, noua inc arioatione missus dicit. *Non sum missus nisi ad oues, qua perierunt domus Israel.* Missus est itaque, tamquam illuslis veritas, errantibus via, o oriuus vir., latuis sapieotia, infirmis medicina, captiuis redemptio, semclitis resectio: & io omnibus his missus ad oues, quæ pesierunt, ne pereoni, domus Israel. Missus deoique, tam quam anima in corpus mortuum, vt eius aoioiuu calefacta reuiuiscreot membra, fieiereique in veteribus membris oova vita, in carnalibus membris vita spiritualis, in terrenis mẽbris vita cælestis, reiurrectione vioeltrei ptima. Vude dicitur. *Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei, & qui audierint, vivent.* Hinc etiam de ouibus dicitur. *Vocem meam audient, & alienum non sequentur* Aut fortasse magis propriè dici poterit missus, tamquam in corpus tantum & absque capite capui desuper immissum; vnde sensum & motum acciperet: quod ipsum quasi de roide. quod primuoi omoium ei caiut in corpore, vitalem spiritum aliqoatenus habeat, quod tamen sine capitis beneficio oec illuminari ad sensum, nec moueri ad virtutem vllatenꝰ potuit. Sicut enim asseuerant talium curiosi, vitalis spiritus in aoimalis corde nascitur, & inde in totum corpus vita diffuoditur: sensus autem de anteriori parte capitis, & motos de posteriori. Quasi ergo in homine, qui semiviuus relictos est, qui & ipse est ouis, quæ petierat, vitalis ioerat spiritus de statu primæ conditionis, id est voluntas rationalis, aut libertas naturalis: quæ à Christo Dei sapieotia & virtute illuminari posset ad sensum, & moueri ad virtutem. Missus est itaque Christꝰ sua ipsius prædicatione priùs sensificans ad fidẽ: & sui Spiritus missione postea mooens ad virtutem. *Sedete*, inquit, *in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.* Ex ipso enim est oatotæ rationali, vel rationi naturali, ad operationem bonam, sẽsus & motus, veritas & virtꝰ. Fides interim, spes, & charitas, sine qnibus desipere & languere, illudi phantasiis potuit, ac insanis falsis oblectari: sioe ipso etenim oon nisi oihil facere potuit, qui ad oves missus, eis dixit. *Sine me nihil potestis facere.* Sine ipso sola erat, & solùm cadere poterat libertas naturalis, cui dicitur. *Va soli: quia cùm ceciderit, non est qui sublevet eum.* Missus est ergo pastor pius, qui quod coofractuoi erat, solidaret, & qood debile, confortaret. Confractũ autem & debile liberum hominis erat ai bitrium: quod olim supra se oitens, infra se ruit: & se ferre noo valens, se io se à se oppressit, ac confregit: cõfractum autem à se, ac per hoc debilitatum in se, surgere non potuit per se. Consolidarum tãdem, & confortatum per fidem. & charitatem ipsius Christi, ac per hoc fœtatum, quoniam nonduoi omnino pingue & valiouin, donec simul cum nonagiota nouem in pascuis pinguibus collocetur, io vinis portat. *In sinu suo*, inquit, *levabit agnos, fatas ipse portabit.* Missus est itaque propter hæc animia, & alia, quæ multiplicitet utet

Matth. 15.

Ezech. 1.

1. *Ioan. 6.* Et 18.

Matth. 15.

Ioan. 5.

Ioan. 10.

Spiritus vitalis. sensus, & motus vbi.

Luc. 24.

Ioan. 15.

Eccle. 4.

Isai. 40.

2. *Timo. 2.*

possunt multa adoues, quæ peccarunt, quantùm ad vitæ suæ modum, & errotis meritum, domus Israël. Exhibita est tandem, ab æterno præparata gratia, multiphariè rebur & verbis olim præfigurata: ne perirent, quos electio perire non sinit, & naturalis libertas saluare nequit. Sed dum hæc, quasi secreta, secretè & familiariter discipulis respondit, festinans mulier aduenit, & adorauit quē & nos adoremus. & ut nos ad sequentia illuminare dignetur, exoremos, eum Patre & Spiritu sancto vnum & verum Deum. Amen.

OBSERVATIO

Sententia, quam hic docet Isaac, de electione ac reprobatione ante prævisa opera, fuit olim, & est adhuc multorū: quædam tamen tndubitata adducenda sunt, quæ opus nostræ salutis in potestate nostra statuunt. Primùm, vult Deus omnes salvos, neminēque, id est ne vnum quidem, perire,
1. *Tim.* 2. antecedente scilicet voluntate, & quantū in se est.
2. *Petri* 3. Nullum ergo illa antecedente voluntate a salute excluſit, siue posituè, siue negatiuè. Christus itē pro omnib⁹ mortuus est, etiā pro iis qui pereunt:
2. *Cor.* 5. vt Apostoli tradunt, Pontifice sque aduersus Ian-
2. *Petri* 2. senū dicentes. Ad quid autē passus esset pro iis,
Rom. 14. quos Deus saluos non vellet? Quid eis profuisset eius passio? Quòd si se à salute excludunt, sibi imputent, non Deo. Item Deus inuitat homines ad salutē, quasi in eorum potestate esse dicit. *Ante*
Eccli 15. *hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit, dabitur ei.* Item. *Venite ad me omnes Si vis*
Matth. 11. *ad vitam ingredi, serua mandata.* Illuderetur ei his
Et. 19. verbis, qui non posset ad cælū peruenire. At impossibilis est salus ei, qui non fuit illa antecedenti electione comprehensus. Quomodo enim nō vocatus ist ūperet in cœtum Beatorum: non inuitat⁹ ad nuptias Agni venire⁹: ordinē à Deo constitutū
Aug lib 83 quæstionum muta et Au ti S. Augustinum. *Ad cœnam, quam Dominus in Euangelio dicit præparatam, nec omnes qui vocati sunt, venire voluerunt... qui noluerunt venire, debent sibi tribuere, quoniam ut venirent vocati in eorum erat libera voluntate.* Non ergo excluſi à cœna cælesti antecedenti Dei decreto. Idem alibi Inducit Christum iudicē reprobos sic alloquentē.
Serm. de Symb. *Pro vobis hoc latus apertum est, & noluistis intrare.*
Prosp in re- S. Prosper ait reprobos ideo nō fuisse prædestina-
sponſ ad Ca- tos, quia futuri mali ex voluntatia præuaricationa
pita Gallor. præscii sunt. Idem. *Quia hoc, scilicet malū, ipsos*
cap 3. *voluntaria acturos defectione præuidit, ideo inprae-*
In 7. Sentē- *destinationis forte illos non habuit.* Mitto alis innu-
tia sub fin. me a Quæ in contrarium prolata sunt, in tractatu de Præscitia & prædestinatione solvuntur.

Sermo 4. In Dominica 2. Quadragesimæ

Matth. 15. NOn est, *bonum sumere panem filiorum & dare canibus.* Sicut heri sermone tractauimus, sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei, vnde quod ad eius iocommutabilem prædestinationis pertinet veritatem, qui semel filij, numquam non fuerunt: nec vnquam filij, qui semel non fuerunt. Quantùm verò ad operta iustitiæ, huc iustitiam operum, & de non filijs filij, & de filijs non filij exciſſim fiunt. Qui autem vere filij, & qui nō filij, penes patrem verum, apud quē non est trāsmutatio, nec vicissitudinis obtumbratio: & numerus & ratio est. Nouit enim, quid in vnigenito suo inconmutabili verbo semel ipsum perfectum, & simul & semper gignendo dixit, & dicēdo genuit: vbi simul & semel omnia statuit. Quotum quidem sic nihil omnino præterire potuit: quomodo nec ipse falli potuit, qui non tam futura prævidit quæ faceret, quàm præfecit futura, quæ facta videret. Non enim ideo fiunt, quia futura erant, aut fieri debuerant, quæcumque fecit: sed ideo futura erant, fierique debuerant, quia is ea facere debuit. Vnde nec futura erant, nisi quæ *Voluntas Dei rerum principium.*
voluit, & hæc quia voluit: qui sicut velle quod vult nunquam cœpit: sic nolendo ipsum terminare non poterit, aut volendo quod non vult, mutare quod voluit: aut de recenti consilio superadditio primæ voluntatis, quod antea noluit. Consilium enim eius in æternum manet: & cogitationes cordis eius in generatione & generationem. Omnipotens autem potest omnia, sed veritas seipsam negare non potest: nec sapientiam fugere potuit, quod postea remiscri debuisset: nec charitas agere pœnitentiam, quod postmodum eorrexisset. Sicut igitur quod factum videtur, non quia fieri debuit, effecit: sed quia præfecit, fieri debuit: sic nimirum quod bonum esse dicitur, non tam quia bonum est, id facit, & diligit: quàm ideo bonum est, quia id facit ipse, & diligit. Ab ipso etenim tanquam ab efficienti principio, fieri, & bonitatem habere necesse est, quicquid in rebus factum, & bonum est. Hinc est, quòd exultans in spiritu, qui perfectè nouit Patrem filius, eique de operatione sua confitens ait. *Confiteor tibi, Pater,* *Matth.* 11. *Domine cæli & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis.* Cui⁹ operationis quasi causam assignans, subintulit. *Ita Pater, quoniam sic placitum fuit ante te.* Credam⁹, fratres mei, credamus obsecro, fetui filio de Patre suo: Pater enim omnia quæ facit filio ostendit, & sine ipso nihil omnino facit: imò per ipsum omnia facit: qui cum factore Patre à Patre eadem, & similiter omnia factor filius facit. *Ita*, inquit, *Pater,* *Ibidem.* *quia sic fuit placitum ante te.* Hæc est tota principaliter factorum omnium ratio: hæc primaria & principalis euentorum causa. Post hanc, sub hāc causam p in am, & maximā, suboriri ab hac plurimæ possunt diuersorum effectuum diuersæ causæ. *Vltra Dei* *causa quærendam non est.* Qui autem ante hanc causarum causam aliam ipsius causam quærit: hic vltra, vt dicitur, Deum ratiocinando pergit. Quod ergo placitum est ante Patrem, hoc bonum, & non nisi bonum, & solum hoc in rebus bonum: & ideo bonum, quia placitum: non ideo illi postea placitum, quia priùs in se, aut à se, aut per se bonum. Quod autem non placitum, non bonum, & non nisi non bonum, & solum id non bonum: ac ideo non bonum, quia non placitum. Bonum igitur, & solum, & totum, quod est beneplacitum: & ideo bonum, quia illi beneplacitum. Quoniam ergo, dilectissimi, quomodo qui bonorū nostrorum non eget, bona quæ facere putamur acceptet, prorsus ignoramus: verum in omnibus digni simus amore, vel odio, eū tanto tremore & trepidatione dubitamus: quæ si tamen bona esse, quia illi grata, nosse aliquomodo poterimus: quibus tamen vtilia, quibus profutura, quibus bona esse debeant, nobis, an alijs fortasse, quomodo scimus? Alto enim & occulto iudicio, qui stultus est, sensit sapienti, stultus autem vt luna mutatur: & qui dum erescendo profecit, subitò decrescendo deficit. Sapiens verò vt sol permanet: & qui perseuerauerit, sine dubio saluus erit: & nō solùm alijs, sed & sibi laborauit. Et quod fecit non simpliciter bonū, quia placitū: aut extraneis tantū, sed sibi bonum: quia in hoc Deo placuit,

Nonnumquam enim in conspectu superni iudicis placitum est, quod ab aliquo fit, nec tamen in hoc ipso placet ille, qui facit: neque semper quod simpliciter est bonum, id vniuersaliter bonum: non enim omne quod bonum est, omnibus bonum est. Quare nec mulieri dictum est, Non est bonum eanibus, tolli panem filiorū, & dari illis: sed simpliciter, *Non est bonum, sumere panem filiorum, & dare canibus.* Siquidem tam bonum esset canibus, si id fieret, quam filiis malum. Similiter non omne quod malum, omnibus malū: sed simpliciter malum, quod non est Deo placitum, sicut simpliciter bonum, quod bene placitū. Non est ergo bonum, id est placitū Deo, sumere gratiam prædestinatorum, paucumque ecclesiam, eum dumtaxat, qui non potest communicari alienis, sed est eis quasi suus proprius, & dare non prædestinatis, & ab æterno reprobis, sed in tempore malis: nec tamen ideo malis, quia reprobis; nec vtiq; ideo prius reprobis, quia postea malis: iustè tamen tunc reprobatis, quando volūtate, aut opere malis. Sic tamen, si fieri posset, istis id esset bonum, quomodo illis malum. Vnde manifestū est, non omne bonum omnibus esse bonum; esse autem aliquid alicui malum, sed ina peruersitate: nec omne malum omnibus malum: esse quidem aliquid alicui bonum, sed diuina bonitate. Nec omne quod alicui bonum, simpliciter bonū esse: sicut nec omne quod alicui malum, statim malum. Sunt etenim bona bonis bona, sicut mala malis mala. Et sunt bona malis mala; sicut mala bonis bona. Nec tamen vnquam mala bona, aut bona mala. Sunt & fortasse bona bonis mala, sicut & mala malis bona. Simpliciter autem semper bonum, quod Deo placitum, & ex eo bonū, qui per se, & in se, & non alio à se semper ipsum summum bonum: sicut scripsit est *Nemo bonus, nisi vnus Deus.* Simpliciter autem non bonum, quod illi non placitum, cuius placitum non ex alio bono bonū, sed est ipsum bonum. Vnde necessariò, quod illi non cooooenit, à bono disconuenit, ac per hoc malum sit. Eia, fratres, in tanta rerum multiplicitate, & vicissitudinū varietate, qua nec sibi ipsa multiplicitas cōstare permittitur (nequaq; enim bona ipsa vel mala omnib⁹ semper vniformiter mala vel bona dignoscuntur) videte, quo, & quantùm oporteat nos dubios semper fore, & timoratos, circumspectos, ac solicitos; ne quæ desideramus tanquam bona, sint nobis mala: aut quæ hodie bona, eras mala; aut quæ cauemus ac fugimus, quasi mala, sint nobis bona: & quæ hodie mala, eras bona. Videte quoque, quoniam non solùm quid agamus, verum etiam quid oremus, aut opremus, sicut oporter, uescimus. Ad hæc tamen, Spiritum, qui scrutatur, non loquendo, sed penetrando profunda Dei, & sett omnem voluntatem, & beneplacitum Patris, secūdùm quod postulat pro sanctis, postulemus sēper iuuate infirmitatem nostram; vroon quod volumus, quia volum⁹; sed quod vult pater, quia vult pater; solum, & semper velimus: potius expectātes abeo, quid velit, & illud amantes; quàm desistentes, quid ipsi velimus; & id desiderantes, dicentes ei, à suo Verbo edocti. *Fiat voluntas tua in cœlo & in terra.* Et illud. *Non quod ego volo, sed quod tu vis.* Cui beatus pater Augustinus in confessionibus suis religiosè loquens ait. *Optimus minister tunc est, qui non intendit à te audire, quod vult: sed hoc potius velle, quod à te audiri.* Sed uictius, quod vult quare oramus, quando etiam noti is nec o oraotibus fiet? Imò, quod non vult, quare orabimus: cùm vobis, non dico orantibus, sed precordia orando rumpentibus, nullatenus hei? Si tamen hodiusse tertianus sermo non excidisset, nequaquam præsens vos ista quæstiūcula contubare potuisset. Plurioa etenim volt, quæ nisi per otationē tamen dare non vult. Nihil verò, quod non vult fieri, potest aliquomodo omnino obtineri. Nec tamen semper stultè, vel impiè rogamus, quod non vult: nec semper piè aut sapienter, quod vult. Sed de his superiùs copiosè dixisse nos, meminisse debetis. Verūtamen quoniam eius velle sæpe oesemus, id semper orare debemus, quod pietati magis concordare videbimus. Nec tame absolutè, sed sicut ipsius Sapientiæ fortiam habemus, quæ ait ad Patrem. *Si possibile est*, vel, *si vis, transeat à me calix iste*, & similiter vbique oicētes *Abba pater, non quod volo sed quod tu vis.* Nam qui uouit, Deum aliquid velle, & vult eum postea idem nolle, quomodo erit pium? Imo Deum omnino incommutabilem pro nostra adimplenda voluntate velle mutare, quomodo erit pium? Imo Deum omnino incommutabilem pro nostra adimplenda voluntate velle mutare, quomodo non erit sacrilegum? Ego omnino talem Deum nolo, quem à veritate sui veritate meus mihi mutet affectus: sed cuius mea veritatis mei vanitate commutet effectus: noo qui incboet propter me, quod huc vsq; noluit, velle; sed qui me propter seipsum faciat, quod semper voluit, velle. Doctor & Dominus meus Iesus Christus, verus Deus, verus Sacerdos, verū sacrificium, qui se sibi & Patri & Spiritui sancto pro nobis hostiam & oblationem effecit, non nisi quod Pater voluit, & pro quibus ipse patet voluit, Patrem orauit, dicens. *Pater sancte, serua eos, quos dedisti mihi de mundo.* Ij sunt, dilectissimi, pro quibus adhuc assistens vultui Patris, interpellat, sempiternum habens sacerdotium, qui non prohibetur morte permanere, sempiternum offerens sacrificium. Non enim vocem aut voluntatē muravit, vt pro alijs bic rogasset, & pro alijs ibi interpellet. Huic tamquam summo sacerdoti, sanctorum ibi chorus, locum quasi supplensidiotæ, super hac oratione respondet, Amen: nihil ei contrarium, vel abeo diuersum sentientes aut volentes; quippe quem ibi nec obscurat ignorantia, nec confundit affectus. In ei⁹ eteoim sanctalnce, sicut veracitet quid velle debeāt, sancti vident, sic in ipsius virtute fortiter quod debere se vident valent. Quibus clarissimis pro parvitate nostra concordantes omne quod facit Deus amemus, & vult quia vult velimus, nihil de corde nostro nobis rettnētes, ad omnia Amen & Deo gratias respondeamus omnium actori & rectori Deo: cui honor & potestas in omnibus, & super omnia in æternum & vltra Amen.

Matth. 15.

Prædestinatorum gratia.

Simpliciter bonum est, quod Deo placitum.

Marc. 10.

Rom. 8.

Matth. 6.

Multa vult Deus dependenter ab oratione.

Matth. 26. Marc. 14.

Ieuan. 17.

Sermo 4. in eadem Dominica.

Matth. 15. NOn est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus. Hodie Dilectissimi adiuuante nos Deo probi fuimus. Horæ enim adhuc aliquid supererat & ecce iam diurni laboris pensum pleoè soluimus. Vnde ad id quod hesterno sermone minus persoluimus, accingier nunc operæpretium est. Sicut igitur eurim tetigimus, in sacro eloquio aliter secundum prædestinationis veritatem, & aliter secundùm virtutem qualitatem filij dicuntur. Aliter quoque super filios hominum sæpe indictum est diuinum secundum ipsius cōsilij

propositum, aliter secundùm operationis humanæ meritum. Nam secundùm opus iustitiæ, aut iustitiam operis, de malo fit bonus, & de bono malus: de filio canis, & de canefilius. Hebræi enim propter legislationem & testamentum, ac promissa Dei ad illos, communia quoque sacramenta, & obedientiam mandatorum, olim filij appellati sunt: è contrario sine his universi Gentiles canes. At vbi ex eis filij à prædestinatione alieni, mentiti Deo in vetustatam reuersi sunt, & claudicauerunt a semitis patrum suorum, qui proposito filij erant: fient ablatum est ab eis regnum Dei, ac translatũ ad Gentes, ita & nomen. Vnde consequenter psalmus. *Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me. Propterea confitebor tibi in nationibus, Domine.* Sicut ergo qui prius canes, nunc filij: sic qui antè filij, postmodum canes appellati sunt. *Circumdederunt me,* inquit, *canes multi,* &c. Nec solùm canes, sed etiã serpentes sicut scriptum est. *Acuerunt linguas suas, sicut serpentes.* Quinimo ad cumulum ignominiæ dicti ali quando filij Dei, audiunt à vero, natiuali, & vtico filio Dei, qui vtiq; Patrem singulariter nouit, & facies suos ex nomine cunctos, *Vos ex patre diabolo estis.* Quoniam tamen temp⁹ est omni rei sub sole, & ab illo quasi puncto, vbi omnia simul sunt, legitimo tractu ordinis linea vniuersitatis educitur, vt non simul ac confusè, sed suo singula ordine fluant: non est bonum etiam, id quod fieri dum est, fieri, nisi quando, & quomodo oporteat fieri. Vnde Moyses de Amorrhæis, culpis suis exigentibus expellendis, sed necdũ ad debitam plenitudinem peruentis, ait. *Nondum completa sunt peccata Amorrhæorum.* Ideo quidem nondum poterant expelli, vt introducerentur filij Israël. Sed nec in Ægypto expectare debebant Hebræi, cùm Ægyptiorum peccata iam matura essent ad vltionem. Vnde io defecto annis quadraginta vagati sunt. Simile huic & illud est, quod de quibusdam ait Apostolus. *Vt compleant peccata sua semper* Et illud. *Qui in sordibus est, sordescat adhuc:* ac è cõtrario, *qui iustus est, iustificetur adhuc* Nihil ergo temere, nihil casu, nihil cõsu è, nihil sine ratione, nihil sine causa, quantũ ad superni Rectoris moderamen attingit, in rerum omniũ varietate contingit. Tollendus quidem erat panis à generatione pernersa, ac infidelibus filiis, & donandus canibus, qui circuirent ciuitatem: sed nondũ erat bonum, quia nondum erat faciendum. Nondũ occisores Prophetarum Dñm Prophetarum occiderant: nondum sibi caput præmortua membra absciderant, quatenus ab eis vita & sensus priorꝰ aufugeret: nondũ ab eis spiritus aufugiens Centurionem replcuerat, vt palam exclamaret *Verè filius Dei erat iste homo.* Nondũ igitur temp⁹ erat, vt audirent. *Vobis oportebat primùm prædicari regnum Dei: sed quoniam indignos vos iudicastis æterna vitæ, ecce conuertimur ad Gentes.* Antea quidẽ miræ, abhinc effectus. Ideo non fuit antea bonũ, quia postea loo tempore fuit bonum, sumere videlicet panẽ filiorum, & dare canibus. Hoc fortasse per Spiritum intꝰ illustrata mulier nouit, videlicet quòd per Christum, cui loquebatur, locorum filiatio ad Gentes foret transferenda. Vnde fidei deuotione ac desiderio rei impatiens instat, & sacramentum ante tempus reuelat, dicens. *Etiã Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum* Hinc est, quòd audit. O *mulier magna est fides tua,* quæ desiderio feruẽtata, angustũ pectus superexcrescens, intra secreti sui claustra se minimè cohibet. Hinc Isaias femineũ pectus virili continentia vincens, clamat. *Secretum meum mihi: secretum meum mihi.* Et vtique iuxta historiæ fidem legitima vtitur parabola dicens. *Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* Christus enim, dum Scripturarum panem filiis, docendo, ac sanitates operando fregit: etiam ante passionem nonnullæ beneficiorũ micæ ad canes defluxerunt: & ne longè petamus exemplum: ad hanc ipsam, quam lo labio linguæ vertamus, Chananæam, ciuitatemque filiã. Ipsi enim dicitur, *Fiat, sicut petisti:* quia magna est videlicet fides tua, qua petisti. Qui enim potest omnia credere, potest omnia impetrare: omnia enim possibilia tuo credenti. Ideo sæpius nõ impetramus: quia in postulatione hæsitamus. Fidei etenim satis magnæ nihil est nimis magnũ Comparata quippe grano sinapis etiã mõtes transfert. Fides tamen, quod in præsenti occurrit, quatuor modis dicitur magna: scilicet scientia, aut fiducia, aut deuotione, aut constantia. Prima est, quæ illuminata facie mẽtis magna est, ac potens reddere rationem omni potenti de ea, quæ in nobis est, spe: & ad destruendam omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Christi. Hæc in B. Paulo Apostolo excellentissimè claruit: de qua etiam sic loquitur. *Si habuero omnem scientiam, & nouerim mysteria omnia, &c.* Secũda potens est magna, non tantùm in sermone & scientia, sed etiam in virtute: secundùm quam signa ac prodigia facilè fiunt. De hac etiam idem Apostolus sic ait, *Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam.* De hac etiam alibi. *Alij datur fides in eodem spiritu.* Et Iacobus. *Nihil* inquit, *hæsitans in fide.* Tertia magna est & potens, ad cõpunctionẽ & lacrymas, ad totius mundi huius fastidium, & desiderii facies Dei. Secundùm hanc suspiram Propheta ait. *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte.* Et alibi *Tibi dixit cor meum, ex quo fuit te facies mea: faciem tuam Domine, requiram.* Ista est, quæ in silentio monachorum suaui susurro ore ad os loquitur ad Dñm, tamquam vir ad proximum suum. Vnde os eorum sanctũ est, & labia munda, propter secretionem Dñi, quem frequentant Propter cui⁹ mũditiæ desiderium elongantes se de medio populorum immunda labia habentium, fugerunt omnia mundi huius oblectamenta, ac mundi manent in solitudine. Quarta potest & magna tam sæuientẽ quàm blandientem fortiter & constanter vincere mundum. De hac beatꝰ Ioannes ait. *Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra.* Prima vincit mundum ratiocinando, secunda mira faciendo, tertia fugiendo, quarta debellando. Verũtamen iuxta quam specie mulieris huius fides dicta sit magna, ipse nouit, qui quod foris laudauit, intus formauit. Nos autem credimus, propter quꝰ ipse locorꝰ est, qui nec fallit, nec fallere potest. Cæterùm, si ad altiora libet sursum renocare sermonem, vt intelligantur filij sancti Angeli, spiritusq; iustorum, qui ad mensam Verbi Dei admissi, in voce exultationis & confessionis epulantur in cõspectu Dei, & delectantur in lætitia, ebrijam ab vbertate domus ipsius: ante cuius fores nos adhuc mendicantes ac expectantes excubamus: ego sim plicites quid inde nonnumquam mihi mecum ab altiore speculatione, imaginatiæ deuotioni diuinus effigiari solet, vna cum sermone breuiter narro. Esto igitur Dñs meus Iesus Christus ut quam paterfamilias in domo sua vnus cluuis cum amicis

Defilis fit canis, de cane filius. — *Deut. 32.*

Psal. 17. — *Psal. 21.* *Psal. 139.*

Ioan 8. — *Gen. 15.*

1. Thessa 2. *Apoca. 22.*

Mat. 27. *Act. 13.*

Mat. 15.

Isa. 24.

Mat. 15.

Fides quatuor modis magna dici potest.

2. Cor 13.

2. Cor 12. *Iac. 1.*

Psalm 41. *Psalm. 26.*

Quibus modis fides vincat mundum.

Filij Dei sancti sunt ad mensam epulantes admissi.

& puris suis epulatur, & eaulitate quietis ac
Luc. 11. securitate, sicut dicitur *Ah mihi molestus efficere ego & pueri mecum sunt in cubili.* Nos autē qui
adhuc peregrinamur à Dño nostro, vt ut ad conviuantiū diuitum fores, vt assolet, turba pauper ac
Mendici famem ad januam Dei & sanctorū epulantium facentes. vilis, infirma, & famelica, passim excubamus, clamamus nunquam Dominum, & Dominam, & siquos conuiuantium nouimus, appellamus: letigui ac famem quæ patimur, vt ad pietatē flectamus, cōmotemamus: in gulas quoque nostras cōmoditates, prout differre nos patimur, cæcitate videlicet, claudicationis, arthritis, contractionis, paralysis, aut lepræ, aut alterius mille, minimè reticemus: inuicem quoque nos ipsos, vt facilius clamemus, mouemus: impatientia sæpe victi, luxuriatis eos, qui intus sunt, aggrauamus, dum tibi indulgentius esse, alios ut cos securos accusamus: pauperum egestates aut non curantes, aut ignorantes, inexpertos, aut immemores, existimamus. Quid multa? Patientium impatientiā, qui pacem nobis habent, multa patientia patiuntur, donec tempus & hora legitima veniat, vt erogetur reliquia, aut intromittatur ad plenam refectionem nouimus. Sic quibusdā diuitibus facete quotidie nobis est: nisi fortè alicuius nimium improbi proteruia fædo affectus, & non eoquòd amicus eius sit, pater familias selectim ei quicquam tranlmiserit: sicut scriptū est. *Surge, & dabit tibi quotquot habet necessarios.* Sedneque hoc sic eo, quia dum fauis meo dicantes ac excubantes præstulantur pauperes, ipse nonnulli, vt nullius, aut honoratius, aut calidius sedeant, ab adītu se elungant: imò quādoque pro vilibus stramentis, aut quibuslibet quisquilis, lino paleis, aut huiusmodi, quod oculis pedib⁹ supponant, dirè inuicem contendunt, & pe cutiunt pugnis impiè. ita vt ad aures patrisfamilias ac simul accumbentium clamor ascendat, & bilē moueat, cùm mendicantib⁹ aut verecundiam, aut fastum afferat. Quid aliud est, rogo, tot igitur horum, maximè monachorū bodie contentiu, æmulatio, & prouocatio, pro terris, pratis, nemoribus, pratis pascuis, pro pecudibus: quibus nec terræ hominibus, nec homines terris, nec pascua pecoribus, nec pascua pecora sufficere possunt? Vtique in auribus meis sunt hæc, dicit Dominus exercituū. Nam quòd isti oculis hominū viluerint Religionis numen & opinio, potest hæc, qui nescit, nihil scit. Præterea timendum est, ne cùm venerit Dominus, vt alius interrogat aliquid erogat, alius verò semal introducat, isti ad contentiones ac iudicia sua longè absint: aut post contentiones ac iudicia periculosa sua adsint, ad vltionem potiùs quàm ad refectionē apparentes. Nam quòd dicunt, lex huiusmodi causā Dei agere, & proamore Dei, contra nos consilium Dei fratrem pro festuca intestata sic est triuulum, sicut à perfectionis professione alienū. Prudentem enim litigant, & suas causas, etsi nesciant, agunt. Nam quod omnium est, Dei est. Nonne Dei erit, frater, & Ecclesiæ ipsius, si illi dimittis, qui Religiosus est, vt tu: quemadmodum si illi extorseris id, pro quo cum eo contendis? Tantum est apud Deum, vni Ecclesiæ vel monasterio auferre, quod alteri conferas, vt eius debeat tua talis causa dici? Quare non etiam Dei causa est, quam ille defendit: ne hac perdat Deus, quod luctabitur illac: cùm Deus vtrobique possideat, cuius est orbis, & plenitudo eius: nec possit nunc luctari, vnde non pascatur? Nonne manifestū est, quòd pro sebominos litigant, vt palea pro frumentis pedibus aut conferuent, aut acquirant? Vbi præcepit Deus litē & contentionem fieri? vbi consuluit, aut edocuit, aut iudicasse? Sed permisit, inquiunt. Vtique adulterium, homicidiū, & cetera mala bonus bene permisit, sed malus malè fecit. Sed ad propositum reuertamur: vnusquisque enim eorum portabit, & pro se reddet rationem Deo. Sicut ergo cùm ego gaudeo, aut intromisit pro arbitrio suo, qui vult debuit, ac gratis tribuit, quibus voluit pater familias. qui minùs accepit, magis murmurat: ita & in nobis, cū minùs fratre suo quisque se humiliet, furat habere gratiæ, quasi piè contra patrem familias, sicut illi evangelici vinitores, murmuret, æmulatur ablatis inuidia charissimata malicia ac mœrore: bonus zelo zelans alterius fratris, aut in humilitate, aut in obedientia, aut in charitate, aut in oratione conuersantem. Qui autem in nouissimis omnino nihil consequentur, more eorū, qui bodie et stanni appellantur, & hac consuetudine vt timè nigri cernuntur, blasphemātes abrumpent, hinc que æterni celebrium iustas in æternum pœnas dabunt. Siquis verò lubrihor, ac ceteris magis improbus & amarus, (tales enim omnia vincit) per cācellos aut in olam aliquem se tungere poterit, is sub uenta nominatum suorum defluentes micas præbare habilis erit, ligurire quoque ac lambere nonnulla, quibus sicut adipe & pinguedine repleatur anima eius. Cùm tamen talis penes nos magnitudinis & dignitate ratus, aut fortè singularis iure habeatur: ibi tamen non homini, non latem cani, aut catulo, sed catello cūparatur. Qui enim minus est in regno cœlorum, maior est illo. Hinc David de mus illius nuptialis non solum familiarem, sed & thalami paranymphus, se non solum canem, sed & pulicem cum timore nominat. Sed neque talis propter imprudentiam tantùm, aut humilitatem, catello comparatur: verum etiam propter irrationabilitatem, pusillanimitatem, ac mutabilitatem. Brutum quippe, ac mutum, & irrationabilem, ac vilem, parulumque se agnoscit: quantumuis inter mortales aut sapiat, aut valeat, quisquis ad veram sapientiam, & dignitatē, ac magnitudinem regredi potis fuit. Ille verò citer quàm sint insipientia nuptiarum cognoscit, qui supra se ad diuina irrepere putat, qui tamen adhuc de terrena fatuitate insipientiam palatū gerens, nec plenè gustare potest, quæ ibi dulcia sunt: sient nec propter oculorum lippitudinem intueri, quæ lucida: quæ tamen audierit, aut senserit, sibi reddita eloqui minimè valebit. Inenarrabilia etenim sunt talia, & quæ non licet homini loqui. Sibi autem redditus, bonus adhuc est, qui ad talia sapius interim plus homine est. Hinc magnus ille fidei pater, & obedientiæ exemplar Abraham pulvis vocatur & cinis. Hinc Moyses pastor vltionem rubi eligens se & impedimenta linguæ agnoscit. Daniel quoque ægrotat, ac diu languet: Ezechiel in facie cadit, & ecce tore opus habet, vt super pedes stare possit: Ioannes Apostolus ac Evangelista timet, & magnus ille Theologus quasi mortuus ad pedes Iesu, quē plurimùm diligit, cadit: Petrus, & Iacobus, ac idem Ioannes, ad vocem de nube sonantis in terrā, ac velut ebrij aut amentes, quid loquantur, ignorant. Nostraque, qui ab hac lubrilitate & improbitate, sapientissima irrationabilitate, fortissimo languore, lubrimique casu longè adhuc sumus, cū pace & patientia, cōmunique conuersatione, præstabile mus cōmunem eleemosynā clamantes ad Dominum, ac Sanctos eius, vt nos aliquādo introuocant, nec interim reiunos à gaudia dimittant Dñi Iesu.

Sermo 1. in Dominica 3. Quadragesimæ.

Luc. 11. ERat Iesus ejiciens dæmonium, & illud erat mutum. Facile erat, dilectissimi, à Domino Iesu Christo dæmonium ejici, huic cuius permissione ac licentia non poterat in quęquam ingredi. Nihil enim est in omni multiplicitate naturæ, quod non per eum Pater, sicut creavit, sic & regat. Quando ergo, quare, & quomodo voluit, ingredi permisit: quando & cui voluit, ejecit. Qui ergo ibi corporali præsentia erat ejiciens dæmonium, is antea, ac postea, hodieque, sicubi fit, divina potestas per quos

Multis modis dæmones ejiciantur Deo tribente aut permittente. vult, aut Angelos aut homines, eosdemque aut bonos aut malos, quomodo vult, seu oratione, seu alia oratione, seu incantatione, seu herbis ac lapidibus, aut aliis aliisque modis dæmones ejicit. Est enim nullum est omnis potestas in cælo & in terra: quæ secundùm divinitatem à Patre semper habuit: secundùm humanitatem aliquando accepit. *Data*

Matth. 28. *est mihi*, ait, *omnis potestas in cælo & in terra.* Hæc autem vt vbique ac semper veracitèr credereturr, loco quondam & semel manifestè edocuit. Discipulis suis dederat potestatem super omnia dæmonia, & tamen attulit ad illos quidam filium suum dæmoniacum: quem curare, absente Iesu, non poterant. Quomodo ergo potestatè super omnia dæmonia habebant, si super illum non habebant: aut si habebant, quare non ejiciebant? Hoc utique quod prædiximus, corporalis eius hic absentia figurabat, ac discipulorum impotentia: quòd absque divinæ eius potentiæ præsentia, & cooperationis gratia nusquam aliquod ejici poterat. Vnde illis quærentibus, quare non possint illud ejicere, respondit.

Matt. 17. *Propter incredulitatem vestram.* Hoc enim aut nondum sciebant, aut sicut oportet non credebant. Hoc est etiam, quòd alibi, quasi nonnihil sibi arrogantes ad se revocat, dicens *Nolite in hoc*

Luc. 10. *gaudere, quòd spiritus vobis subiiciuntur, &c. Videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem.* Hæc ideo præmisit, ne quis sibi arrogare audeat quidpiam, aut in eo quod accepit stultè gloriari. Deus est enim, qui operatur omnia in omnibus, misericorditer ejiciens mala, & inferens bona: iustè aliquando auferens bona, ac inferens mala. Erat ergo Iesus, & vsquè hodie est ejiciens dæmonium. Roget dilectissimi, pro se quisque benignum Iesum, & hoc assiduè, vt suum à se penitus ejiciat, aut interim reprimat dæmonium. Nam cùm omnia nobis infesta sint dæmonia, & de damno nostro lætentur, cùm id aut egerint aut actum resciverint, & plurima circa plurimos tanquam vaga & accidentalia, vt decipiant, sæpe operia ingerant: vnusquisque tamen familiarem habet dæmonem, qui circa eum apprimè curiosus sit, qui eum vbique in omnibus observet, quem ignorare monachum omnino non oportet, scriptura non tacet. Ego enim meum optimè scio me, & cognoscere arbitror. Nihil mihi notius, quia nihil mihi noxius. Nihil familiarius, quia nihil frequentius. Quæ & cuiusmodi tentatio me læpius & acriùs vigeat, haud ignoro. In qua etiam parte facilius laboro scio. Vnde & exclamare me oportet, virum videntem infirmitatem meam, & agnoscentem hostem meum. Domine Iesu, qui solus potens es, *eripe inopem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem à diripientibus eum.* Eripe pauperem, & egenum de manu peccatoris libera. Eripe me de manu peccatoris & de manu contra legem agentis & iniqui. Cum enim, dilectissimi, hæc & his similia psallo, vtiq, secretò contra illum psalmum litigo. *Et illud*, inquit, *erat mutum.* Meum mihi loquacissimum est:

Quilibet homo suum dæmonem habet.

Psalm. 34.

Dæmon loquax quis.

& de mundi huius gloria, decore, ac deliciis, longissimas ac mendosissimas fabulas texit: de illis & illis mihi suspiciones suffurrat: mira promittit, mira minatur: multa me posse, quæ non possum, multa non posse, quæ possum, milies mentitur: mira de me bona & mala dicit dicitque: hic de scientia mea, nunc de religione, nunc de moribus, nunc de genere, nunc de gratia, nunc de eloquentia, nunc de elegantia, multa mecum concionatur. Quid multa? Ista sibi sæpe aures meas auellit & occupat, vt nec legere, vel audire legentem, mihi vacuum sit. Vodo & mihi loquēs, penitus mutum efficit, stupidum reddit ac surdum. Et hinc forsan mutus dicitur spiritus malignus, qui non cessat mala loqui: quia quos inuadit, mutos efficit à laude Dei, ac propriis officiis linguæ rationalis. *Si quis loquitur*, ait Apostolus

2. Petri. 4. Petrus, *quasi sermones Dei.* Hoc igitur officium rationalis linguæ agnosco. Nam loqui verba vana, vel mendacij, verba contentionis, aut detractionis, verba detractionis aut iactantiæ, cupiditatis & luxuriæ, aut etiā quamlibet scurrilitatē, quæ ad rem non pertinet: in quibus vniuersis lingua foris clamans & garrula in auribus hominū, aut totus dæmonis sui familiari colloquio, muta tamen est

Psalm. 31. Deo, sicut scriptum est. *Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.* Tribus igitur modis loquimur lingua sermones Dei: dum Deum laudat, & it cōsilio acculat, ac proximum ædificat. Qui autem ab his taceat, mutus est, quantumlibet clamet O Dñe Iesu, ejice dæmonium meū, & aperi labia mea ad humilē peccatorum meorum confessionē: vt os meum digne annuntiet laudē tuam: alioquin non erit decora laus in ore peccatoris. *Confessionem*, inquit, *& decorem induisti,*

Psalm. 103. Cōfessio enim decorat, decor laudat. Quòd si peccatorem, id est celans peccata, impiè laudare præsumo, statim dicit mihi Deus. *Quare tu*, id est talis *enarras iustitias meas*, qui taces iniustitias tuas &

Psalm. 51. *assumis testamentum meum per os tuum*, nō confessione mundatum: ore autē confessio fit ad salutem? Confessio igitur mundat os, & contritio cor. *Tu*

Rom. 9. *verò adisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.* In sermonib' Dei præcedit peccatorum *Confessionis peccatorum necessitas.* eōfessio: sine qua nec decora est, quæ sequi debet laudatio, nec idonea proximi ædificatio. Qui enim Deum ordinatè laudare desiderat, primò ei de apertis ad os aperit, sicut obstinatio claudit. Qui verò proximum erudire cupit, nonne ad pœnitentiam eum, & confessionem prius instruit? Sic enim prædicationes suas inchoarunt Sapientia, & Sapientiæ Præco, dicentes. *Pœnitentiam agite: appropinquabit*

Matth. 3. *enim regnum Dei. Et omnis populus*, inquit, *exibat ad Ioannem, & baptizabantur ab ipso, confitentes peccata sua.* Apostoli quoque Petri tale inuenti fuisse consilium. *Agite pœnitentiam, & baptizetur unusquisque vestrum.* Iacobi autem edictum

Act. 2. est. *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Hic ergo, quem diximus, ordo est sermonis Dei. Quòd si abscondens tanquam aurum peccata tua, & putrescendo generi immundo volueris, & prævaricans ordinē sermonum Dei, ad eius laudes prorumpis,

Iac. 5. audis, vt dictum est. *Quare enarras iustitias meas,*

Psalm. 51. *& assumis testamentum meum per os tuum* impurum? Si verò ad docendum proximum: arguit te Apostolus, dicens. *Qui alios doces, teipsum non*

Rom. 2. *doces*: qui prædicas, confitendum, non confiteris, *qui præcipis, non furandum* confessionē, *furaris?* Proinde, frater, aut ab omnibus bonis tace, sicut dæmonibus iussit Iesus, vt taceant de eius laude,

& præsentia: sunt enim mala confitere, vt digne admittaris ad laudem & prædicationē. Os tuum abundauit malitia, abundet iustitia. Principium verò iustitiæ peccatoris, confessio peccatis: sicut scriptum est. *Iustus imprimis accusator ipse sui*: secundò laudator Dei, tertiò doctor proximi. Prima itaque pars iustitiæ est confessio. *Et lingua tua concinnabat dolos*: eos igitur fatearis sine dolo, si vult exire de peccato: sicut scriptū est *Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus.* Si tu tibi imputes, non imputat tibi Deus. Si accusas & reteges, remittit ipse ac tegit. Beati verò, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorū tecta sunt peccata. *Sede ante patrem tuum, aduersus fratrē tuum loquebaris.* Sede ante patrem tuum, aduersus teipsum confitere. *Aduersus fratrem matris tuæ* Ecclesiæ, *ponebas scandalum*: aduersus fratrem matris tuæ carnalis, id est teipsum, pone scandalū, verecundiam, ac iudicium, quia hæc fratri tuo fecisti. Alioqui qui modò tacet, & auscultat, expectans, vt dicas prius, & iustificeris, ac præoccupes facie ei⁹ in confessione, arguet tein extremis, ac dicet. *Existimasti iniquè, quòd ero tui similis*: tacuisti, tacens sed nūquid semper tacebo? Nequaquam *ero tui similis*: neque si tacueris, neque si dixeris. Nā si tacueris, nō tacebo: si dixeris, non dicam. Si nō pepercris, denudabo: si nudaueris, operiam. Si accusaueris, excusabo: si excusaueris, accusabo. Nō ergo eto tibi similis: quia si liberaueris, condemnabo: si condemnaueris, liberabo. Hæc est, dilectissimi, in confessionis humilitate vtilitas, vt Iudicem habeat excusatorem, vt forte habeat indultorem. Quæ agnoscens callida fraudulentia, cùm per delectationem peccati in consensum animi semel inepserit, statim super cor nostrum oris claudere tentat: & ne per confessionem aliquando extrahi valeat, cupiditatis, timoris, ac pudoris vinculo linguam ligat. Hæc enim tria sunt, quæ confessionem impediunt. Sed in Dñe Iesu, qui aperis, & nemo claudit, qui in hoc apparuisti, vt solues opera diaboli, eiice à me fetuo tuo omnem delectationem peccati, vt inde contrito pœniteā: meliori cupiditate, furtiori timore, prudētiori pudore solue mihi vinculum linguæ: vt confitendo loquar nihil mutus, sic vt admiscētur turbæ, non solùm hominū, sed & Angelorum, ac etiam dæmonum. Spectaculū enim facti sumus mundo huic, Angelis, & hominibus, bonis ac malis. Fac ergo vt admirari super sermone serui tui, non solùm oris, sed operis: nam etiam opera verba sunt. Loquatur obsecro, humilitatem serui tui, sublimitatem tui, vtilitatem proximi: & hæc omnia ure, corde, opera. Non erubescat cōfiteri vultu aure, ne confundetur coram multis in facie. Ne timeat quasi perditus perdere, quod non potest non perdi: ne perdat, quod in æternum potest custodiri. Non vereatur quasi vitā, decidere à spe, quæ sæpe fallit, ne verè decidat à re, quæ semper reficit. Nec iam stulti sunt, aut mali, quos præfecisti nobis, Domine, sapiens, & bone, vt aut nesciant, aut negligant cōpati infirmitatibus nostris. Sed dum à stulto & mutu opprimimur: stultè nimirum ac malè de prudētibus & bonis suspicamur. Iden eiice à nobis spiritum hunc pessimum, ac mutum: tu Domine, qui es Patris Verbum, vt per virtutis ac veritatis verbum recipiam⁹ laudis & confessionis verbum: qui cum Patre & Spiritu sancto vivis & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Prouer. 18. *Psalm. 49.* *Psal. 31.* *Psalm. 49.* *Confessio iudicem habet excusatorem.* *2. Cor. 4.*

Sermo 2. in Dominica 2. Quadragesimæ.

IN Beelzebub principe dæmoniorū eiicit dæmonia. Sicut videtis, carissimi, vrget nos malitia diei, vt non possimus prolixiore sermonem extendere. *Sufficit*, ait Saluator, *diei malitia sua.* Sed his temporibus periculosis non sufficit dies malitiæ suæ: dies enim mali sunt. Habent ergo, dilectissimi, proprium hunc pessimi mores, & affluenti inuidia, vt alterius laudem, dum possint, dissimulent: cum autem euidentia superati, non possunt, aut minuant, aut peruertant. Hinc est, quòd exultante turba, præ deuotione, & admiratione de operibus Christi, Scribæ ac Phariszi tempori aut dissimulant, quod verum sciunt: aut minuunt, quòd magnum; aut peruertunt, quod bonum. Quoniam enim locum dissimulantes, dicunt multum ac mirabilium signorū effectori. *Quod tu signum facis, vt credamus tibi?* Hic autem quod impudenter negare nequeant, magnè deceptum, quærentes signum de cælo: vt si illud terrenū ac vile sit: & peruertunt, dicentes. *In Beelzebub principe Dæmoniorum ejicit dæmonia.* Hæc est illa, dilectissimi, in spiritum Dei blasphemia, quæ quos semel occupat, æternis reatus vinculo ligat. Non quòd ne getui pœnitenti, si signos pœnitentiæ fructus fecerit, omnia dimittit; sed quòd deprimente tantæ malignitatis mole, nullatenus ad condignam pœnitentiam resipiscere valeat, cui indulgentia fieri debeat. Alio enim iustoque Dei iudicio, qui manifestè intelligens gratiam Dei, & operationem Spiritus sancti in fratre tuo, eùm negare non possit, stimulatus inuidia peruertere & calumniari non veretur, & asserere, impudenter maligno spiritui, quod vetatite nouit esse Spiritus sancti; ita ab ipso spiritu gratiæ cui contumeliam facit deseritur, vt obtestante eum & exclamante propria malitia, nunquam pœnitere velit, vt veniam consequi possit. Quid enim grauius, quàm vt ob inuidiam fratris, quem præcipitur vt seipsum diligere, quis bonitatem Dei, quam supra se debet amare, blasphemare præsumat: & manifestati contumeliam facere, dum homini cupit detegere? Omnium igitur custodia, faciem mei, corda nostra custodiamus ab hac malitiæ pestē, id est odio sanctitatis alienæ, quam si diligimus, diligendo & nostram facimus. Hæc est illa viperea mater, quæ monstrum peperit in mundo. Inuidia enim diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Ipse omnium, sicut primus superbus, sic & primus inuidus: qui sicut de seipso genuit arrogantiam, sic simul cum ipsa & de ipsa genuit inuidentiā. Haud enim fuit arrogans, & postea inuidus, sed omnino simul: quia arrogans inuidus, arrogans autem nemo non inuidus. Inuidum ergo arrogantem esse necesse est, alterum consequens, alterum necessarium, vtrumque verum. Arrogantia verò appetitus est propriæ gloriæ, inuidia odium alterius. Est præterea alia, quæ dici potest animalis, & terrena arrogantia: cupido scilicet rerum temporalium, quæ sui generis sibi pariter filiam, id est inuidiam carnalem, aut sæculatem: nam qualis mater, talis & filia: præcedit autem parens & proles, spiritualis tunc nequitiæ in cœlestibus. Itaque dilectissimi, qui omnia cupit exercere inuidia, omnia se privet arrogantia. Nihil enim est in omni vitiorum generatione prava atque peruersa, quod sic aduersetur charitati Dei & proximi, quēadmodum vtriusque generis arrogantia & inuidentia. Vnde sicut hæc summum vitiorum, sic & illæ profundum vitiorum. Verumtamen, sicut scriptum est, sapientia semper vincit malitiam. Sed sicut charitas

Luc. 11. *Blasphemia in Spiritum sanctum irremissibilis.* *Sap. 2.* *Superbia inuidiam generat.* *Sap. 7.*

patiendo, charitas enim patiens est, & omnia sustinet: sic sapientia ratiocinando: nam & ipsa verbum est. Sed quoniam Dominꝰ Iesus vtrumque substantialiter, id est caritas ac sapientia est, calūniam patienter audit, & calumniā sapienter concludit: iuxta prolatam olim de ipso prophetiam.

Psalm. 71. *Saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.* A dæmone quippe paupertē oppressum saluauit, & calumniantem Phariſæum acutissimè

Mat. 12. confutauit, dicens. *Omne regnum in seipsum diuisū desolabitur.* Ac si diceret. Ego propter hoc veni, vt destruam ab hominibus regnum diaboli, & ædificem in hominibus regnum Dei. Si autem vt ab

Galat. 3. hominibus Satanas Satanam eiiciat, effeci, ꝓculdubio propositū obtinui. Diuisus enim in temetipso est aduersarios: diuisionem autem sequetur desolatio: vnde eius regnum in se diuisum necessariò desolabitur, desolatum verò diſſipabitur, ac ruet. Sicut enim concordia & consilio maxima crescunt, sic discordia ac desolatioꝰ maxima deterontur. Idcoait, Veniens in mundum, inter dæmones ipsos, litem carnem & spiritum, dæmones quoque ac homines, & ea ipsis hominibus inter filios tenebrarū ac filios lucis, non missi pacem, sed gladium. Et Paulus Phariſæos & Saducæos eōt a se perniciter vultos sapienter à seipsis diuisit: vt quorum concordia facilè perire poterat, diuisione euaderet. Capot ergo victoriæ est, aduersum se conspiratorum separare concordiā; ac discordiam immittere hostibus, summa prudentia. Ceterùm mentitam esse malitiam, probat dicens. *Si in Beel*

Mat. 12. *Zebub eiicio Dæmonia, filii vestri,* scilicet Apostoli ex Iudæis, *in quo eiiciunt?* si ego principem habeo: ipsi quem habent, qui similiter demonia eiiciunt? Non enim sicut plura in homine vno possunt esse dæmonia, ita & vnum in pluribus. Ideo ipsi iudices vestri erunt veraces, qui de semetipsis nunc sciunt, vos accusatores esse mēdaces. Itaque si Satanas Satanam eiicit, non potest stare regnū eius: sed oportet illud cedere regno Dei, quod prædico. Sin autē non in Beelzebub, sed *in digito Dei eiicio*

Ibidem *dæmonia*, tunc omnino *peruenit in vos regnum* eius. Ante me quidem stare non poterit, quod diutius est, regnū diaboli: sicut ante me ac meos nec ipsi diaboli. Igitur siue sicut mentimini, siue sicut verum est, eiicio dæmonia, victa est vtique Satanas, vincenturq; qui de eius sunt regno: & qui contra me cum illo ab vnitate ac veritate dispergūt: vincent autem, qui mecum sunt, & mecum ad vnitatem ac charitatem colligunt. Siquidē regnum diaboli cupiditas est, quæ destruetur: at regnū Dei charitas, quæ numquam cadit. Si ergo adeo fortis sum, vt principet etiam principi dæmoniorū, ita vt ad nutum imperiom in suos sæuiat, & propriū regnum, ac domesticam familiā dissipet; vos qui estis, qui resistere præsumitis? Quòd autem eum vicerit, ac in eum potestatem habeat, sic probat. *Cùm fortis armatus &c.* Ac si diceret. Si princeps ille ob peccati infirmitatem in homines in peccato natos fortis antea, in pace ac subiectione quieta suos possedit: ego autem absque omni peccato conceptus, natus, conuersatus, ac per hoc dæmone & homine fortior, superueniens, oppressorem alligaui, ac ditinni meæ subiugaui, oppressum liberaui: nec solùm diripui, sed sicut dictus, vt meo præcepto ipse eiiciat, effeci: quare vos dæmonūs obstinatiores resistere conamini? Videtis, dilectissimi, sapientes in astutia sua comprehendi, à sapientia malitiam manifestè vinci: & quoquo se vertat peruersitas, afferdonib⁹ veritatis includi. Nos vè ò benignū Iesum humili supplicatione postulemus, vt euellatur à nobis omne genus dæmoniacum eiicere, linguā ab omni impedimento confessionis soluere, voluntatem quoque & affectionē ab omni mundi huius concupiscentia, rationē ab omni ignorantia, libertatem ab omni difficultate: vt veriimos, sciamus, ac valeamus cum illo sēper hic esse, & cū illo colligere: donec ab ipso ad ipsum tandem colligamur, atq; ad patres occisos: quorum Regulas ac Institota sequentes, ꝓfectò ab eis filij agnoscemur, ac colligemur ad cōmunem omnū patrem Deum: qui cognoscetur tunc à minimo vsque ad maximū, reuocante eum vniuersis vnigenito suo: qui cum eo & Spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia sæcu. sæc. Amen.

Sermo in die Paschae.

Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite. Verè, dilectissimi, vt beatus ait Gregorius, conclusit Dei pietas nostrā duritiam, quia etiam omnem pietatē exuperauit humanam. Magnum quippe pietatis ac humani fœderis vinculū inter virum ac mulierem. Siquidem propter hanc *Coloss 3.* relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt iā non duo, sed vna caro. Hanc tamen manifestè mira circa nos diuina elementia tā mirabiliter, quàm misericorditer coiunxit. Propter ꝙ contigit Scriptura. *Si mulier dimiserit virum* *Ierem. 3.* *suum, & recedens duxerit alium, numquid reuertetur ad eum vltra? Numquid non contaminata & polluta erit mulier talis? Non reuertetur, quia fornicata est, & polluta, & hoc fortasse semel. Tu autem,* sequitur Scriptura, ad animam sub lodæ specie loquens, *Fornicata es cum amatoribus multis, & tamen reuertere ad me, dicit Dominus.* Euangelium quoque ob similam fornicationē separandos coniuges patitur. Dei pietas, post mille fornicationes corporis & animæ, auersas flebiliter reuocat, quasi post tergum clamans, reuertentes leniter amplectitur, ac osculo oris sui sancti suauiter osculatur: manentes verò introducit in cellam vinariā, vbi ab vbertate domus suæ inebrientur, inebriatas, & à carnis sensu præ vini fortitudine alienatas introducit in cubicolom: vbi lævam ponens sub capite illius, dextra eam amplexatur: vbi ipsa carne dormiens, sed corde vigilans, dicat. *Ego dilecto meo, & dilectus meus* *Cant. 2.* *mihi: inter vbera mea commorabitur.* Est etiam secundom humanæ pietatis fœdos inter parentē ac prolem, quod nihilominus excellit ea, quæ Dei est ad animam rationalem, pura, gratuita, ac præueniens pietas, teste Scriptura, quæ dicit. *Si potest* *Isai. 49.* *mulier oblivisci infantem suum vt non misereatur filio vteri sui:* quod est vtique tam crudele, tam inhumanum, tam bestiale, vt etiā furiarum eacedat duritiam, sicut scriptum est. *Sed & lamiae nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos. Et si illa* *Thren. 4.* *poterit oblivisci, ego tamen non oblivisear tui, dicit Dominus.* Nos quidem eum, nos, heu miseri! aut facilè obliuiscimur, aut superbè contēnimus: ipse verò ea sua pietate, quæ est Ipse, obliuiscentiom sui prè meminit, & contemnentium sedulꝰ exstitit, non rogantium coram gerit. Sicut enim cùm nemo adhuc esset, nemo rogsoit, nemo merere potuit, vt crearetur: sic cùm omnes sub peccato malè essent, nemo mereri potuit, nemo exaudiri debuit, vt redimeretur. Quis hoc vnquam vel rogauit, vel excogitare præsumpsit, vt filium suū Deus traderet, ne servus malꝰ & nequam periret? Tertium denique, ennuè fortissimū, quò est humanæ dilectionis vinculū, inter corꝑ & animam: nemo

enim

enim potest seipsum vlla ratione non amare. Vnde & non deserenda, magis quàm præcipienda, diuinis luctis visa est ista in homine tuipsius dilectio. Hoc ergo superemminens & superabundans diuina miseratio in semetipso vinculum, ne quid excellentissimæ caritati, qua nemo maiorē habet, vt animā suam ponat quis pro amicis suis, deesset, tam fortiter, quàm misericorditer pro nobis

Mat. 26. rupit. *Pater, inquit, si possibile est, transeat à me calix iste. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Quid magis, rogo, caimante le potuit Deus,

Eximietas Christi. quàm vt homo fieret: homo, quàm vt moreretur: Deus dominus, quàm vt seruus efficeretur: servus, quā vt tui pitet moreretur? *Turpi*, inquit,

Sap. 2. *morte condemnemus eum.* Innocens inter iniquos reputatus est: pius traditus est in manus impiorū: tradidit tamen gratis in mortem animam suam: & cum sceleratis reputatꝰ est. Passus est ergo impia pius ab impijs, operator pia. Quæ tam mira pietas, nisi quòd diuina: nisi fortalle cò mirabilior, quò diuinior, qui facit mirabilia solus, vtiq; præ omnibus mirabilis ipse solus? Quid multa? Nescite me fateor, vtrum magis mirandumve dicenda sit mira, quàm diuina. Quid enim mirū, si Deꝰ pijssimus: & quomodo, vt sic dicatur, non mitissimus, quòd erga inimicos & impios tā pius est? Quod totum similiter admirans Apostolus, ait.

Rom. 5. *Cùm adhuc inimici essemus, vt quid pro impijs mortuus est?* Impietatem tamen pietatem decuit, mira pietatis dedisse indicia. Christi ergo mors & resurrectio, quæ pro nostra morte & resurrectione facta sunt, sicut scriptū est; *Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostrum*; nisi simplex esse non possunt: nostra vero mors sicut dupla, ita & dupla resurrectione eget. Mors itaque prima est animæ, quādo propter inobedientiæ malum à vita sua Deo

Mors prima anima qua. deserituit: quam absorbet per resurrectionē vita, qua iustus ex fide viuit. Manente enim corpore mortuo propter peccatum, viuit tamen spiritus propter iustificationem: cùm se per obeditionem subdit Deo, sicut scriptū est *Nonne Deo*

Psalm. 61. *subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meū.* Sicut enim cùm recedit à Deo, recedit à vita, & incidit in mortem primam; ita cū accedit ad Deum, accedit ad vitam, & inuenit resurrectionem primam. *Beati*, inquit, Apostolus Ioannes, *qui*

Apocal. *partem habent in resurrectione prima: non enim lædet eos mors secunda.* id est corporis, quia nō mittet eos ad mortem tertiam, quæ est animæ simul & corporis æterna: quin potiùs iuuabit liberās, & educens è corporis carcere: donec reddant ad id quod seminatum est animale, & resurget spiritoale, ad corpus configuratum corpori claritatis Christi, quæ est resurrectio secunda, regenerans totum simul hominē ad vitam. Dilecta autem illa, & benedicta saluatoris anima, quæ venit soluere, quæ non rapuit; quamuis propter alienum peccatum infima, contra proprium tamen confirmata, sicut scriptum est, *In te confirmati sumus ex vtero*; sicut in peccati mortem nequiuit cadere, ita nec de peccato in iustitiæ vitam resurgere. Semel enim verbo vitæ vota, sicut personali vnione, ita & iustitiæ dilectione indissolubiliter adhæsit, præ omnibus exultas & dicens.

Psal. 72. *Mihi adhærere Deo, bonum est.* Et illud. *Qui adhæret Deo, vnus spiritus est.* In Christo igitur, quæ ex anima rationali, & carne humana subsistit, homo, & ex Deo & homine subsistit Christus, quasi quædam ligamina duo sunt, & habitus dicuntur. Habitus enim alter est diuinitatis & humanitatis, vinciens Christū, secundum quod Mediator est Dei & hominum, essentiam, prorsus insolubilis; qui nec morienti nec resurrectionem admittit. Nunquam enim semel assumpta à diuinitate humanitas diuortium passa est, nec repudij libellum accepit; sed manet sacramentum huius beneficij coniugij, venerabilium quoque nuptiarum & immaculati thori magnū & æterni, habens auctoritatē & munimen hoc. *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Habitus autē carnis & animæ, solam ligans humanitatem, nullo quidem peccati sui superdicto solutionem meruit; attamen vt nos solutos à funibus peccatorum, qui nos circumplectebantur, absolueret, & religatos à Deo, à quo soluti eramus, religaret, mirabilis factus est tā hoc, & mortem suscepit, & resurrectionem inuenit: habens à diuina misericordia & patientia promissionem hanc. *Soluite templum hoc, & in triduo reædificabo illud.* Vos

Ioan. 2. soluite: ego reædificabo. Ego qui ædificaui vestrum, reædificabo meum. Vos qui solutionem meruistis vestri, soluite meum. Soluite non merito iniquitatis meæ, nec imperio potestatis vestræ: sed positione voluntatis meæ. *Nemo enim*

Ioan. 10. *tollit animam meam à me; sed ego*, cùm volo, *pono eam, & iterum*, cum volo, *sumam eam* Ipse nimirū se suscitare potuit, qui sola carne mortuus viuit. Itaque secūdùm hanc habitum solū, & potuit, & voluit mori, & resurgere Christus; in quo sicut dictum est, & dormitans humanitas inseparabilis personali copula adhæsit, & à delectatione & amore Verbi nullo peregrino amore animā ad pūctum ablcessit. Viuit itaque mortuus, qui obijt viuus, in vno eodemque tempore viuus & mortuus. Viuit ex virtute humanitas cum diuinitate: viuit ea charitate cum Dei Verbo anima rationalis Mortua est sola separatione animæ caro; & eiusreceptione sola resurrexit. Siergo, dilectissimi, consurrexistis in anima intetim sola cū Christo resurgēte in carne sola; quæ sursum sunt quærite, intentione & desiderio animæ, vbi Christus est in dextera Dei sedens, etiam corporē. Nihil enim quæ sursum sunt, quærunt deorsum; quales sunt, qui dignitatem & gratiam, sufficientiam & delectationem quærunt in terrenis. Isti sunt, qui statuerunt oculus suos declinare in terram: quæ-

Quinam quærūt quæ deorsum sūt qui quæ sursum. rentes summa in imis. Alij autem quæ deorsum sunt, quærunt sursum; id est in virtute vanā gloriam, in sapientia jactantiam, in veritate cutiositatem, ad extremum in studio spirituali, & habito religioso emolumentum aliquod temporale, vel laudis, vel dignitatis, vel pecuniæ, vel licentiosæ libertatis. Alij quæ deorsum sunt, quærunt deorsum, terrena videlicet in terrenis, & in carnalibus carnalia: qui omnes omnino quæ super terrā sunt sapiont, & nō quæ sursū. Alij verò quę sursum sunt quærunt sursū, id est in veris vera, in spiritualib⁹ spiritualia, in cœlestibus cœlestia, & in diuinis diuina, sapientes quæ Dei sunt, & in nouitate vitæ ambulāres: complantati similitudini mortis Christi, dum peccato & carni & mundo mortui sūt: congruati resurrectioni Christi, dū alienati à prioris corruptelæ, & sensualitatis vita, in carne quodammodo supra carnem degunt: conlidentes quoquecum eo in cœlestibus, dum eorum regnes & conuersatio in cœlis est: & cōtegnantes illi, dum omnia sua ad spirituale profectum celeritate compellunt. Præcipua quæ cœlestē remunerationē quærunt in actibus terrenis,

Vnia cum verbo nunquā soluta fuit.

Mar.

profectò laudabiliter rũma quærunt in imis: sicut reprehensibiliter ima in summis, qui terrenum in spiritualibus. Minùs quidem ab his reprehensibiliter adhuc agunt, qui ima quærunt in imis: omniũ verò laudabiliꝰ, qui lomma in summis: quæ est, dilectissimi, professio, & propositũ vestrum: quod in vobis adimpiere dignetur is, cuius resurrectionem colimꝰ, & imitamur quoad possumus: sine quo nihil, & io quo omnia possumus, Christus Dominus: qui cũ Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, per omnia sæc. sæc. Amen.

Sermo 2. in die Paschæ.

Psal. 2. DOminus dixit ad me, Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quæritit, carissimi, quare beatꝰ Paulos, cùm de resurrectione ioqueretor, huius versiculi testimonio vsꝰ sit: quippe qui magis natali, quàm resurrectioni congruere videtur. Nos autem ipsam resurrectionẽ natale dicere non dubitamus: maximè quia à Saluatore eam dici te-

Resurrectio natalis est. generationem nun ignoramus. Si enim regeneratio dicitur resurrectio prima, quæ est animæ: cur non regeneratio dicetor & secunda, quæ eti corporis? Resurrectio itaque Christi cùm non possit esse nisi vna, resurrectionũtamen nostrarum, quæ duæ sunt, primam significat, teste eodẽ Apostolo

Rom. 6. vbi ait, *Quemadmodum Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus:* secundam initiat, vnde & dicitur primitiæ dormientium Christus. Sunt itaque hominũ tres quodãmodo natiuitates, duæ resurrectiones.

Tres hominum natiuitates, duæ resurrectiones. Nascimur enim homines de homineꝰ per homines carnaliter, caro de carne: quæ natiuitas vbi resurrectio dicatur, non occurrit. Renascimur de Deo dij per spiritum spiritualiter, vbi q nascitur de spiritu, spiritꝰ est: & hæc est resurrectio prima, natiuitas secunda: regenerahimur aotem de corruptis incorruptibiles, de mortuis immortales, de terræ pulnere in cælestem qualitatem: quæ est natiuitas tertia, resurrectio secunda. Primam natiuitatem ignorauit Christus, secundam suscepit de Virgine, tertiam de sepulchro. Quales enim renascimur de fonte, talis nat⁹ est Christus ex Virgine: qualis regeneratus est Christus de tumulo, talem renascemor in futuro. Et hic est stat⁹, ad quẽ fact⁹ est homo: nec antea erit humo consummatus, donec perficiatur in eo, ad quod fuit inchoatus. Tunc enim generatos propriè dicetur, cùm fuerit pergenetatus: tonc factus, quãdo cõpletus. Interim verò duabus primis natiuitatibus generatur & fit, qui in tertia tantùm generatus est, & factus. Vnde in die resurrectionis suæ coogroè ac subtiliter dicitur genitus Christus, tamquã in die perfectionis & consummationis suæ pergenitus.

Luc. 13. Vnde & ipse dicit. *Hodie & cras sanitates perficio, & tertia die consummor.* Sicut igitor primo homini, anteqoam nascererur, præparaoerat Deus, vnde sustentaretur: sic secundo, antequam renascereturi, præformauit, quo pasceretur. Ideo ante resurrectionem suam vnicam, quæ figora est nostræ primæ, & exempiũ secundæ, die videlicet cænæ, panem & vinum vertit in sacramentum corporis sui & sanguinis. Sicut enim de vetere homine novum hominẽ creaoit, ita & de veteris cibo vetcri nouo homini escam nouam transformauit. *Ecce,*

Apocal. 21. inquit, *nona facio omnia.* Noua creatora, noua esca: noua vita, noua natiuitas: nous mors, noua resurrectio. Sicut enim primùm homo factꝰ in animam vioentẽ necesse habet alimonia, ne cadat à vita, sed per eam sustentetur, & crescat, ac conhoretur in ea: non vt aliam vitam sumat per alimoniam, sed ne pereat ab ipsa per indigentiam: sola enim anima vitã dare potest, sed sola retinere non potest. Sic & noua creatura in Christo, antequã perficiatur secunda resurrectiooe in spiritũ viuificantem, post primam regenerationem opus habet alimonia, qua viuat in ea, & crescat, ac corroboretur, qua regenerata est vita: nõ vt post baptismi gratiam, aliã sumat vitam, sed ne per indigentiam perdat acceptã. Ad eamdem enim vitam regeneramur & pascimur sacramentis diuersis: in qua tamẽ non perficimor, donec tertiò nascamor io spiritum viuificantem, in quem natus est, siue factus de sepulchro Christus, sicut ait Apostolus:

Secundus homo factus est in spiritum viuificantem. *1. Cor. 15.* Tunc enim immediatè ac sufficiẽter viuet de anima solã caro tota: immediatè ac perfectè de Deo solo anima tota: vbi nec caro indiga erit alimentis, nec anima sacramentis. Tunc verè, securè, & plenè aodituri sunt, quotquot filij Dei sunt, Filius meus es tu, quia ego hodie genui te, quia pergenoi te. Io principio inchoaoi, vbi dictũ est, *Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam.* *Genes. 1.* In medio reparaui: vnde dictum est, *In medio annorum vinifica illud.* *Habac. 3.* In tertio consummaui, vnde dictum est hic, *Ego hodie genui te.* Hodie talem te genui in statu tertio, propter quem te creaui in primo: & viuificaui in secundo. Primò creaui in animam vioentẽ, secundò reformaui in spiritum viuificantem, tertiò consummaui in spiritum viuificantem, qui camẽ viuificet sine alimento, & ipse de facie mea viuat sine sacramẽto. Hæc est gratia, hic froctus resurrectionis secundæ: in qua partem nemo habebit, qui nõ fuerit particeps primæ: participa verò esse nõ potuit resurrectionis, nisi qui fuerit mortuus: mortit quoque esse nõ potuit, qui non fuerit passionis. Si etgo comparimur, & commorimor, conresurgemus, & conregnabimus: q ipse præstare dignetur, qui viuit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum amen.

Sermo in Ascensione Domini.

Ioann. 3. NEmo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo. Hæc sunt, fratres mei, illa cœlestia ad credendom difficilia, ad intelligendum difficiliora, ad explicandũ difficillima. *Si terrena* inquit, cœlicus Magister, *dixi vobis, & non creditis; quomodo si cælestia dixero vobis, credetis?* Cæstis cælestia suhtiliter loquitor: & terrenos terrena taidè creditz & qui magister poteat esse camalium, cœlesti disciplinatui non sufficit. Nobis verò Dilectissimi, quib⁹ olim conuersatio in cælis est, cælestia non debent esse incognita. Ignominiosum, quippe nimis est, ea ignorare, in quibus habitas; stultum aotem, habitare vbi ignoras. Filium igitur hominis similiari humiliatione seipsum designat. Solus enim Dei Filius de cælo descendit, proprio tam voluntate, quàm potestate: vnde diabol⁹ pulsus cecidit, bonus Angelus prælatæ potestati parens ad tempus recedit. Sed quomodo Filius hominis inde descendit, vbi nullos hominum vnquam fuit? Nũquid Filius hominis non homo? Tametsi non filius hominis omnis homo, omnis tamen filius hominis homo. Quomodo ergo Filꝰ hominis iode descendit, vbi nec oatus est, nec adhuc ascendit? An forte sic natos est in cælo filios hominis, qui mademodom Dei filios in terra: sic vtique corporalis filios hominis, quo alicubi ullocalu filius Dei: sic temporalia æternus, quomodo æterna temporalia

Ibidem

Filium hominis humiliatione se Christus appellat.

Sed esto, quæ mira sunt, ideo mira sunt, quia vn' idēque ante te & post se, prior ac posterior seipso: minor quoque & maior, factus à se, factor sui, tetvus ac dominus: vnus idēque est Deus & homo: vna persona, duæ naturæ: vel potiùs in duab' naturis trei subsistentiæ Secundùm hominem ascēdit Deus, qui secundùm Deum descendit homo. Filius hominis, qui secundùm Dei filiū simul est in cælo, & in terra, omnino vbique, ac veraciter nusquā, Deus homo, totum hoc egregie personalis vnionis admirabilis ratio: ac cælestia cælestib' cælestia, tāquam spiritualibus spiritualia, vel etiam diuinis diuina cōparans, hæc omnia diiudicat. Veritatem quæ vultis descensionis Filij Dei, si singularitas est ascensionis eiusdem filij hominis: aut vbi nos positurus est, qui post positis omnibus cum arctiùs sequimur? Qui in terrenum fugimus, mundū contemnimus, quò ituri sumus, si in cælum non ascendimus? In cælū verò nemo ascendit, nisi qui de cælo descēdit. Itaque aut inde descendimus, & adhuc ibi sumus, & Filius ille hominis ibi sumus: aut nequaquam eò ascendemus, & vbi volumus, esse non possumus: & sic certè mirabiliores omnibus hominib' facti sumus. Verumtamen, dilectissimi, vim verborum, & libertatem spiritus in eloquio diuino attendentibus facilè occurrit, filium hominis aut filium Dei, aut verbum Patris, aut Christū, aut si quo simili sermone designatur is, qui ista loquitur cælestia, nō simplicem habere rationem, nec secundū voiformem acceptionem pronuntiari. Dicitur enim Christus aliquando ipsa simplex natura, quæ nec coepit, nec desinit, nec mutari, aut moueri potest; quæ de solo Patre cum Patre, id est Patre: nec ipse qui pater, nec aliud quàm pater est: semper est: iuxta quod loquens ipse Iudæis dicit. *Principium qui & loquor vobis.* Et alibi. *ego & pater unum sumus.* Ipse etenim filius Dei & homo sic suos vn', non vnum, quemadmodum ipse & Pater vnum, non vnus. Hic duæ naturæ, vna persona: ibi duæ personæ, natura vna. Similiter quoque, *Antequā Abraham fieret ego sum,* & alia exacuta, quæ nisi propter hunc seorsum vera esse non possunt, & ad proprietatem superioris naturæ pertinentia licet indifferenter de ipso, qui superior, vt diximus, & inferior est seipso, pronuntientur. Ex regione autem his ipsis connunquam designatur, quæ nisi propter inferiori naturæ pronuntiari veraciter nequaquam possunt de persona: vtpote miseratio paulominor ab Angelis, & Nativitas temporalis & similia. Nonnulla quoque pro anima sola, & nōnulla pro carne sola: aliqua autem pro vtraque simul, id est humanitate totā, sed solā dicuntur: aliqua verò pro tota simul Christi persona, id est diuinitate simul & humanitate: vt cùm mediator ab Apostolo dicitur Dei & hominū, homo Christus Iesus: Media. ois liquidē ostēsa vtroque tenet vtrumque esse non potest. Sed in his omnib' quid emolumenti miseris hominibus, si sic descendit de cælo hominis illius diuinitas, vt cum illa sola ascendat Dei illius humanitas? Vnde & cogimur aliam adhuc ea his quæ posita sunt, elicere intelligentiam: vbi Christi, vel filij hominis nuncupatione non solū totus, aut pro parte, vel partibus, Christus, sicut supra positum est intelligatur: ipse denique de cælo oriturus inexpugnabilis persecutor ait. *Saule, Saule, quid me persequeris?* qui dictus est aliquādiu, *Infirmus fui, & visitastis me.* Et hæc quatione, nisi propter vnitatem sponsi & sponsæ, vel capitis & corporis? Sicuti vnius hominis caput & corpus, ipse vnus homo: sic filius ille Virginis, & electa eius membra, ipse vnus homo & vnus hominis filius. Totus, inquā tertia, & integer Christus caput & corpus: liquidem omnia simul membra vnum corpus, quod cum suo capite vnus homo filius: qui cum Dei filio vnus Dei filius, qui & ipse cum Deo vnus Deus. Ergo & totum corpus cum capite hominis filius & Dei filius, & Deus. Vnde est & illud. *Volo, Pater, vt sicut ego & tu vnū sumus, ita & ipsi vnum sint nobiscum.* Itaque secundū hunc in Scripturis seorsum celebrē, nec sine capite corpus, nec sine corpore caput: nec fiet Deo caput & corpus totus Christus. Caput siquidem mulieris vir, caput viri Christ', caput Christi Deus. Caput igitur, mediante viro, mulieris Christus: caput viri, mediante Christo, Deus. Caput ergo mulieris, viri, & Christi, Deus. Itaque & omnia cum Deo vnus Deus: sed Filius Dei cū Deo naturaliter, & cum ipso filius hominis personaliter, cum quo iunum corpus factam̄taliter. Solus itaque descendit de cælo filius hominis, propter diuinitatem, sed non totus, propter humanitatē: qui solus & totus ascēdit, propter capitis ac corporis vnitatem. Nemo ergo ascendit, nisi ille solus & totus, qui descēdit solus, & non totus. Si quādo pauper pascitur, Christus pascitur, quo quando pauper ascendit, Christus quo ascendit? Quod Deus coniunxit, homo non separet. Sacram̄tum hoc parvum est in viro & femina, magnū autem in Christo & in Ecclesia. Quo ergo si loqui posset pes meus, sicut lingua, hoc diceret, quod dicit lingua, Ego videlicet sum Isaac, sic fidelia & rationabilia Christi membra dicere se veraciter possunt hoc, quod est ipse, etiā Dei filiū, ac Deum. Sed quod ipse natura, hoc ipsa consortio. quod ipse plenitudine, hoc ipsa participatione: denique quod Dei filius generatione, hoc eius membra non solùm constitutione, vt Moyses Deus Pharaonis, aut tantū nuncupatione, vt dij multi, & domini multi: sed adoptione, sicut scriptū est. *Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater.* Iuxta quem spiritū dedit eis protestatem filios Dei fieri, vt selectim doceantur ab eo, qui primogenitus est in multis fratribus, dicere. *Pater noster, qui es in cælis.* Et alibi. *Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum,* &c. Cùm unomnū sit cōmunis pater & Deus conditione, ooster tamen specialis est gratuita adoptione, qui & ipsius vnigeniti singulari generatione. Generatio itaque sui, nativitas Christi, secundū quod à principio Dei filius est, & secundùm quod in fine filius est hominis, & in mysterio caput & corpus vnus Christus est, trina quodam modo intelligatur, necesse est. Prima igitur de Patre sine matre, secunda de matre sine patre, tertia secūdùm substantiam nec de patre nec de matre, secundū verò sacram̄tum de Deo Patre per Spiritum sanctū, & de Ecclesia virgine matre. Quoniam sicut de vtero Virginis natus est hominis filius caput nostrū, ea renascimur de fonte baptismatis, filij Dei, corpus suum. Et sicut ille absque omni peccato, sic & nos in remissionem omnium peccatorum. Sicut enim totius corporis omnia peccata super lignū in corpore eius portauit: sic spirituali corpori, vt nullū ei peccatū imputetur, per regenerationis gratiā donauit, sicut scriptū est *Beatus vir, cui nō imputauit Dominus peccatum.* Beatus iste vir Christus procul dubio est: qui secundùm quod caput Christi Deus est, peccata remittit: secundùm quod caput corporis homo vnus est, nihil remittit: secundum verò quod capitis corpus plures, nihil

In Christo vna persona, duæ naturæ, tres substantiæ.

Ioann. 8. & 10.

Ioan. 8.

Fidelium membra Christi.

Exod. 7. 1. Cor. 8.

Rom. 8.

Matth. 6. Ioann. 20.

Ioann. 17.

Psal. 31.

Act. 9. Mat. 25.

imputatur. Iustus in seipso, & iustificans seipsũ ipse. Solus Saluator, solus saluatus, solus ascendens, sol⁹ descendẽs: qui dona cũ Patre tribuit, quę in hominibus ipse accepit. *Accepisti*, inquit, *dona in hominibus*; quia in corpore suo super lignũ pertulit, quod de eorpore suo per aquã abstulit. Iterum per lignũ & aquã saluans, agnus Dei, qui tollit quæ pertulit peccata mundi; sacerdos & sacrificium, & Deus, qui se sibi offerens, se per se sibi, sicut Patri, & Spiritui sancto, reconciliauit. *Psalm. 67.*

Prima ergo natiuitas æterna, vbi nascitur de Deo Deus; qualis patet, talis filius. Secunda temporalis, & breuis, vbi nascitur de homine homo; qualis matet, talis filius. Tertia temporalis & lõga, vbi quod nascitur de spiritu spiritus est; sicut quod nascitur de Deo Deus est, & quod nascitur de carne caro est. Ista ergo Christi natiuitas, vel vita, vel mors, vel resurrectio, vel ascensio, inchoata quidem, sed necdum completa est. Cum primu iustoi nchoatur, & cũ extremo consummatur; per omne verò medium actitatur, sicut eleganter ait quis, *Sub Noe, sub David, sub Christa sacra fuere.* Hinc & Apostolus. *Omnes sub Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & eandem escam spiritualem manducauerunt, & eundem potũ spiritualem biberunt.* Hæc sunt ergo illa tetrena, sed tamen spiritualia, quæ tetrenus ideo nõ credit, quia carnaliter sapit, spiritualiter autem examinatur; & ideo illi stultitia est, vt nasci possit homo, cùm sit senex. Eleganter in aouquis illis literis, quarum ille magister fuit, qui oova noo credidit, hæc ipsa natiuitas commendatur. Nam sicut assuetant, qui talium cortoſi suor, tres sũt naturaliter & ad vitam nascentium differentes modi, id est aut præeuntium pedibus, iunctis ad latera brachijt; aut præcente capite, brachijs similitet dispositis, aut certè brachijt super præcedẽs ipsum caput cancellatis. Sanctus verò Iacob, vt eius singulari oatiuitate supra natutam auctor oaturæ aliquid significaret, exteoso præ capite brachio priotis plãtam manu complectens egreditur. Quid igitur hoc in loco Iacob, nisi Christum significat, nequaquam secundùm proptiam singulariter personam, sed secundùm hoc, quod vnus & totus Christus est caput & corpus? Quid brachium ante capor exorrum, nisi ptrorem electorum populum, ante Saluatoris tempor alem natiouitatem ipsius gtatia præuentum; quinque moodi ætatibus, tanquam manus digitis pti⁹ sęculum complectentem; aut etiam quinque libria legis carnalem popolum constringentem: teliquum autem corpus plenitudinem Gẽtium eum paucis ex Israël etedentibus, per vtrumque latus compaginatur: caput veto medium oascitur; coi tamen iam nato quod ante egressum fuerat brachium, suo eum reliqois membris subordinatur loco: vt ipse agnoscatur totius Ecclesiæ caput, cui data est omnis potestas in cœlo & in terra; cui etiam omne genu flectitur; babenti oomeo quod est supec omoe nomen? Non enim est aliud nomen datum homioibus sub cœlo, in quo nos oportcat saluari. Cuius diem sicut Abraham, ita & cæteri prioces sancti exultauerunt, vt viderẽt; viderunt, & gauisi suor; quem & nos dilectissimi in suæ claritatis regno obtingat videre, cum Patre & Spiritu sancto. Amen. *Christi multiplex nativitas.* *1. Cor. 30.* *Tres modi nascentium.* *Matth. 18. Philip. 2. Act. 4.* *Ioan 8.*

Sermo in die Pentecostes.

SPiritus sanctus, dilectissimi, hodie datur de cœlis; qui idem ab eodem, & ijdem datus est olim in terris. Et ideo quærendum videtur, quare hoc ille fecit, à quo sine rationabili causa nihil fieri potuit. Verumtamen is qui simul & semel plenitudinem illius, de quo concepiut est, Spiritus sancti accepit; quibus & quando, & quantũ voluit, distribuit. Vnde Apostolus. *Vnicuique nostrum data est gratia, secundum mensuram donationis Christi.* Qui ergo, vt sic dictum sit, mensuram, nec in persona, nec in tempore, nec in quãtitate erauit, nec in pleoitudine aut potestatis, aut virtutis, aut gloriæ sibi quemquam cœquauit. *Quis*, inquit, *in nubibus æquabitur Domino? aut similis erit*, secundùm æqualitatem, *Deo in filijs Dei?* Quis adoptat⁹ æquabitur naturali? quis multorum vnico? quis posteriorum primogenito? quis renatorum de gratia, nato de substantia? quis de profundissimis tenebris eturiorũ, nato in luce inaccessibili? Non enim sicut ali, de tenebris nascendo, vocatus est ad lucem: sed de luce lux natus spoote nascẽdo venit ad tenebras. Sicut scriptum est, lux luxit in tenebris, tenebræ verò eam non comprehenderunt. Nam qui cõprehenderuot, illuminati sunt, & tenebræ non remanserunt. Fuerunt enim aliquando tenebræ, nooe aotem lox io Domino: tenebræ autẽ erant super omnem faciem abyssi, & spiritus Domini fetebatur super aquas; & noo metgebaturio aquis, neque suffocabatur; sed continebat ab aquis aquas, & foucbat, & fœcundabat eas. Similiter autem super omnium hominum rorda, tenebræ erant ignorantiæ terum boriatum, & torpore difficultatis terum agendarum premebantur, mobili fluxu vagæ concupiscentiæ fluctuaotia, quousque à Christo per spiritum illumioatcotur ad scientiam; sicut ait, *Ipse inducet vos in omnem veritatem*, inflammatentur, & fœcundatentur ad virtutem. Vnde est *sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto*, soluerentur & liquefluereot tanquam aquæ viuæ salientes in vitam æternam sicut scriptum est, *Emittet verbũ suum & liquefaciet ea, flabit spiritus eius & fluent aqua.* Datus est itaque spiritus idem de altiori de cœlo ad virtutem; qui antea datus est in inferiora, dandus quandoque ex altissimis ad altissima. Datus ad potestatem in terra, vbi adhuc tegnaot principatus & potestates; datur hodie ad virtutem de cœlo, quia non restat colluctandum aduersùs carnem & sanguinẽ, sed aduersus principatus & potestates, aduersus rectotes teoebrarum harum, aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus; dandus demum post resurrectionẽ corporum, cùm tradiderit filius regnum Deo & Patri: cùm coacoabitur omois priocipatus & potestas, etitque Deus omoia in omoibus, ad gloriã & pacem, & ioconditatem, & lætitiam, & securitatem: sicut scriptum est. *Auferes spiritum eorum & deficient; & in pulverem suum reuertentur. Emittes spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Sit gloria Domini in sæculum, lætabitur Dominus in operibus suis.* Hoc est donum spiritus principalis ad confirmationem, post omnem infirmitatem: quem postulans propheta ait. *Spiritu principali confirma me*, qui iam accepetat Spiritum sanctum ad iustificationem, & spiritum rectum, ad correctionem. Spiritu enim recto dirigimur ad Deum: Spiritu sancto adhæremus illi: Spiritu principali non discedimus ab illo. Spiritu recto corrigimur à malo: Spiritu sancto corroboramur ad bonum: Spiritu principali confirmamur in illo. Spiritu recto declinamus à malo; Spiritu sancto facim⁹ bonum: Spiritu principali habita- *Ephes. 4.* *Psalm. 87.* *Ioan. 1.* *Genes. 1.* *Psalm. 47.* *Datus est multei modis Spiritus sanctus.* *Psalm. 103.* *Psalm. 50.*

tabi-

inhabitamus in sæculum sæculi. In terra igitur datur ad potestatem, de cælo ad virtutē: de præsentia Patris ad confirmationem. De potestate dicitur, quia insufflauit in eos, dicēs, *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remissa sunt eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Et alibi. *Dedit eis potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent.* Est ergo potestas in tribus: id est in eiiciendis dæmonibus, in curandis languoribus, in dimittendis peccatis: quartò quoq; in conferendis gratiis: quæ omnia, cùm magna sint, & diuinæ potestatis opera, sicut scriptū est; *Opera, quæ ego facio, facietis, & maiora horum* factis: tamen quodammodo exteriùs sunt, & exteriùs operantur, & communia esse possunt filijs & non filijs; fictis, & veris. Talia enim & Iudas cum alijs Apostolis creditur egisse: & in iudicio plurimi dicent, *Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo signa fecimus*: qui tamen audituri sunt verbū aspernum, *Discedite à me: nescio vos.* Benedictus autem Deus, qui dedit potestatem talem hominibus: sed virtute opus erat: vt qui potens est in alijs, furtis sit in seipso. Quæ vtilitas, quamvis magna potestas, per exorcismi gratiam ab alijs dæmonem eiicere; & per superbiam, aut inuidiam, aut iram, aut tristitiam, siue accidiam, aut auaritiam, aut ingluuiem, aut luxuriā, in se habitantem dæmonem habere; aut etiā pluribus per plurima vitia plenū esse? Quid prodest, alios posse peccata dimittere, & ipsum non posse peccatu resistere, aut de peccato exire? *Infirmatur*, ait Apostolus, *quis vestrum? Inducat super se Presbyteros Ecclesiæ, & orabunt pro infirmo*, cùm sint fortassis ipsi infirmiores, aut infirmitate dignitates: *& relevabitur ab infirmitate*: maximè ab illa, quā peccatum induxit: sicut de indignè cōmunicantibus Apostolus ait. *Propterea in vobis multi imbecilles, & dormiunt multi. Et si in peccatis sit, dimittentur ei*: & ab his sæpissimè, qui peccatis onusti intrabunt, ac sibi dimittere non possunt. Servus peccati dimittit peccatū: quàm gloriosus in potestate, tam ignominiosus in infirmitate. *Medice*, inquit, *cura teipsum.* Qui prædicas, non furandum, quare furaris? Qui alios doces, doce teipsum. Sed vt hoc possit, qui potens est, & furtis sit in seipso, qui potens est in alijs; opus est ope de cælo, ac supindui virtute ex alto, qui potestatem accepit in vno, sicut scriptō est *Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.* Gloriosè potens ad imperandum dæmonijs, sed vtiliter fortis ad resistendū vitijs. Petrus ex potestate miracula fecit: sed ex infirmitate ad ancillulæ vocem ejerare negauit. Hanc potestatem in Saluatore mirati Iudæi dicunt *Dic nobis, in qua potestate hæc facis.* Hanc potestatē in Apostolis videns Simon ille magus, audire meruit. *Pecunia tua tecum sit in perditionem* Non enim virtutē, qua forsis esset contra malitiam in cordibus, sed potestatem æmulatus est, qua gloriosus appareret in opere. Nōnulli hodie, vt plurimorum pace loquamur, contra Apostoli consilium, dicentis, *Æmulamini charismata meliora*, præferentes nimirū ea quæ virtutis sunt potestati, æmulantur magis minora, & minùs maiora: vel de accepta potestate in immensum gloriantes, & non acceptā per quæ sibi ambientes, potestatis auidi, virtutis securi, quærentes amplius esse sublimes, quam humiles; præesse quam prodesse, posse quam esse. Ad hanc enim potestatem pertinere dignoscuntur, quæ à Sacerdotibus vel Præsulibus aut Prælatis fiunt, benedictiones, consecrationes, ordinationes, exorcismationes, & omnium impositiones; prælationes, prædicationes, baptismationes, absolutiones, excommunicationes quoque, & maximè maxima potestas Eucharistiæ refectionis. In hæc ergo omnibus summopere tria attendenda putamus, ad quid, quales, quare accedant; ne aut humanum videlicet petatur, quod diuinū est; aut præsumant superbi, auari, immundi, quod humilium & sanctorum est; aut, vt breui absoluatur, corrigendi, quod correctorum esse dignoscitur aut in spiritualibus & cœlestibus terrenum quippiam, aut carnale meditentur. Hactenus autem de potestate diximus, pro qua de abutentibus ea dictum est. *Potentia potenter patientur tormenta, & fortioribus fortior instat cruciatus.* Et alibi. *Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles* Virtute verū quę adamini custodia datur, nemo abutitur. Virtus verò tota in veritate charitatis & charitate veritatis consistit: ratiōm ex veritate illuminās ad cognoscendum, quantùm ex charitate inflamans ad diligendū. Sicut enim sine charitate scientia it flat, sic sine scientia charitas obcrrat. Vt de veritas in Evangelio. *Cum hæc*, inquit, *fecerint vobis arbitrabuntur se obsequiū præstare Deo.* In Apostolo quoque confirmtles Ingens charitas ait. *Testimonium perhibeo illis, quod zelum Dei habent, sed non secundùm scientiam.* Scientia ergo, sed sine charitate, inflat; charitas verò, sed cum scientia, ædificat. Sed cum discipuli eum sanctitatis induerentur habite virtute ex alto, datus est eis in ignis charitate, & ardore Spiritus de cœlo, inducens ex claritate in omnem veritatem; conflagrans ex ardore in omnem charitatem. Exaruit ergo tunquam testa de molli luto virtus eorum; emicuit tanquam lucerna pedibus nostris virtus eorum. Hinc est etenim, quod qui in passione sua Dominum paulò antè tacuit & timidi omnes, aut defuerunt, aut negauerunt, modò disserti & feruidi dirunt. *Non possumus non loqui quæ audiuimus & vidimus. Vos ipsi*, inquiunt, *iudicate, vtrū obedire magis oporteat Deo, an hominibus.* O qui homines, sicut homines paulò antè timebatis, vnde tam subita vobis fortitudo; vt homines iam super homines amodo non timeatis? Qui paulò antè propter metū Iudæorum angusta & obscura rescludebamini domo, quomodo nunc eum tanta fiducia palam estis loquentes in templo? Verè sient scriptum est, *Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem.* Hæc est ergo, carissimi, hæc est mutatio dexteræ excelsi. Spiritus enim Domini ornauit hodie cœlos, & obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Totiensus coluber primis parentibus & parricidis nostris, quotiens nos occiderunt quàm genuerunt, tortitudinum omnium seminaria infixit. Eductus est ergo cum tortitudinibus suis coluber tortuosus, quia princeps huius mundi iectus est foras: & iam ad discipulos veniens, in eis etiam non habet quicquam. Totum enim Spiritus replevit orbem terrarum; & qui scientiam habet vobis, linguas ad omne genus verbi informat. Hinc est, quòd & totam domum replet, & linguæ figuram detulit, spiritus qui ratione præfata in igne venit. Nunc ergo iudicium est mundi: sicut fuit olim cæli. Sicut enim tunc proiecto Leuiathan, victo serpente tortuoso, purgatum est cælum: & spiritus Dñi, id est charitas Dei, ceu lentia ornauit cælos, id est Angelos in charitate confirmatos: ita & nunc

Ioann. 20.

Ioan. 14.

Matth. 7.

Iac. 5.

1. Cor. 11.

Luc. 4.

Psalm. 23.

Matth. 21.

Act. 8.

1. Cor. 12.

Ambitio regnitur.

Sap. 6.

Luc. 1.

Ioann. 16.

Rom. 10.

Act. 5.

Isai. 40.

Iob 26.

Sap. 1.

iudicato mundo, ac electo cum tortuudinibus luis diabolo, purgantur cœli, qui enarrant gloriam Dei: & caritate Dei diffusa per Spiritum sanctum in cordibus eorũ, replentur, ornantur, confirmantur, adeò vt foras mittatur timor, & cum fiducia loquantur verbũ Dei. Tortuudines enim, & anfractus serpentum sunt, timere non timenda, non timere timenda. Hoc veneno infect⁹ distabuit vsque ad crimen negationẽ Petrus. Similiter amare non amanda, & non amare amanda. Hoc quoque Iudas peccauit, tria sens sanguinem iustũ iniustè. *Fontes malorum quinam.* Hæc sunt ergo omnũ tortuudinum ac vitiorum origines ac fontes malorũ: quos cùm caritas exsiccat, totũ replet, totum possidet: & omnia cõtineus, in omnem scientiam veritatis inducit. Spiritus enim Dñi hodie replenit orbem terrarum: qui totus reprobaro mundo in maligno posito, in solis illis seminaliter exstitit, quos hodie Spiritus replenit. De his enim scriptum est. *Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur.* *Psalm. 92.* Firmatur enim virtute ex alto deadunato Paracleti, ne commouearor timore aut amore, vt peccare velit, qui confirmabitur adhuc de præsentia vultus paterni, vt nulla occasione peccare possit. Nunc autẽ totum replet charitas, omnia continet virtus, cuncta veritas illustrat per scientiam. Tunc verò erit omnia in omnib⁹ vnus Deus, fons indeficiens caritatis, virtutis, ac veritatis. Virtus ergo, quã caritas inflammat, & veritas illuminat, prudens, sobria, patiens, ac iustaest. Per prudentiam vitat temeritates, præsumptiones nouitatũ, fraudulenta consilia, & falsi nominis scientiam, astutias Satanæ, ac circumventiones malignantiũ. Et vt breviter dictum sit, draconem conculcat, & Satanam transfigurantem se in Angelum lucis sub pedibus suis conterit velociter. Per sobrietatem concupiscentiam carnis refrænat, ac internatum scatuziginem æstus refrigerat: ambulans super aspidẽ & basi lscum, dum per abstinentiam incentores voluptatis effugit, & paupertatis amore, auaritiæ ministros eludit. Per patientiam verò sustinet, vt neminem iam timeat: à timore inimicorum, qui occidunt corpus, & postea non habent, quid faciant, reputat: lachrymis & verberibus caperta, insuper & vincula, & carceres: lapidationes, sectiones, ac omnũ generum crudeliter exquisitas mortes fortiter superat: leonem conculcans, & omnem diabolicæ adinuentionis rabiem, tam pusillanimitatis videlicet spiritum, quàm tempestatis, magnanimitate triumphans. Per iustitiam verò omnibus æquitatem custodit, nullius personam accipit, quibus potest benefacit, omnibus bene cupit, sapientibus & insipientibus debitum solvit, omnes sicut se diligit, domesticorũ maximè curam gerit. Et qui per cætera dæmones vicit, per iustitiã Angelis interim similis existit, donec tertio dono sancti Spiritus æqualis esse possit. Ecce, dilectissimi, quales, & quàm fortes hodie fecit Spiritus secundo dono de alio, qui potentes fecit dono primo infimo: & factus⁹ est tertiò gloriosos in summo. Eia, dilectissimi, de potestate ac virtute, quod Dominus dedit, eò scrupulosiùs, quò minùs habemus, disputauimus. De gloria verò, cùm gloriosi erimus, eò erit facilis disputatio, quò felix possessio: quam nobis præstare dignetur Spiritus sanctus: qui cum Patre & Filio vivit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Virtutes Cardinales charitatis affectu.

Hebr. 11.

Sermo secundus,
In eadem solemnitate Pentecostes.

Comedite, amici mei: bibite, & inebriamini, carissimi. *Cant. 5.* De more post messes celebrãtur vindemiæ: & sacramentis cælestibus deseruire noscuntur temporum dispositiones. Facies quoque creaturæ illuminatur, ad faciem Creatoris contemplandam. A creatura etenim mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur inuisibilia Dei. *Rom. 1.* Seruit ergo mundus iste visibilis domino suo, id est homini, ad sustentationem: seruit quoque ad eruditionem. Pascit, erudit, instruit, & docet bonus seruus, si malum dominum non habet. Doctrina Dei fortis in creatura: imago Dei intrinseca anima: & inter hæc duo magna luminaria, luminare maius, & luminare minus, quæ præsunt diei ac nocti, quasi sine luce, tota die & nocte cæcus manu palpat. Stultus & miser, cuius oculi in fimbus terræ, vt non nisi tenebras videat, totum mundum cogit ventri & dorso deseruire: qui nescit, quare factus sit mundus. Existimat autem tam magnũ mundum fecisse Deum, ob tam modicum ventrem. O quàm pessimus ignis ventris! qui tanta consumit, & iterum dicit, Affer, affer. Quosdam, proh dolor! ad deditionem tantam venter compulit, vt colarum ab eis, tamquam sit Deus: & pro eius imperio contemnatur is, qui verus est Deus. Tales, dilectissimi, dum ipsi sedent comedere & bibere, & surgunt postea ludere, luget Apostol⁹, dicens. *Multi ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & fens dico: inimicos crucis Christi: quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum.* *Philip. 3.* Tales cùm audiunt ex Scripturis diuinis, quod modò proposuimus, *Comedite, amici, & bibite, & inebriamini, carissimi:* ac his similia, præter vsitatos sapores, & consueta salsamenta, nihil eis sapere potest. Vsus enim reddit magistrum, & consuetudo est altera natura. Tales cùm taliom â nobis, & ab aliis arguntur, Quare, inquiunt, fecit ea Dominus, nisi vt vteremur illis? Ergone omnium omnis vsus in ore? Verè ergo omnis labor hominis in ore eius. Nos autem, dilectissimi, quorum spiritus est Deus, sicut in rebus factis intelligibilia: sic & in verbis carnalibus spiritualia conspiciamus: maximè hodie Spiritu misso de cælo, ad spiritualia timanda inuandos nos diffidere non debemus. Superiori igitur solemnitate Paschali panem nostrũ de cælo messuimus: collectus est enim & excussus, dum captus ac flagellatus, multis quoque quæstionibus & exquisitionibus inter Iudæos ac Gentiles permolitus, igne tandem passionis, & clibano crucis es coctus panis, qui de cælo descendit, & dat vitã mundo. Hunc comedite, amici: quem præparauerunt inimici. Nam sicut alibi scriptum est, *Qui stultus est, seruiet sapienti.* *Prouer. 11.* Alij laborauerunt: in labores eorum introite. Comedite ergo, amici, & ideo comedite, vt sitis amici: qui enim contemnit comedere, nequaquam amicus poterit existere. Comedit Angelus, tamquam cluis ac domesticus, ore pleno, ac in voce exultationis & laudis ea adipe frumenti satiatur: comedat peregrinus & pauper homo pro suo modulo cum furfure florem: ne saltem non recreatus tali viatico, deficiat ab itinere inchoato. *Si dimisero* inquit, *eos omnino ieiunos, deficient in via: à longè enim venerunt,* *Marc. 8.* & sustinuerunt triduo, propter Trinitatis fidem. Infidelibus enim non creuit Ieius seipsum.

Messis spiritualis festo paschali.

Hodie igitur quaſi poſt talem meſſem ſimilem celebrātur vindemiæ. Poſt quinquaginta enim dies à ſancto Paſcha ſpiritꝰ ille paracletus, in quo eſt omnis ab opere malo, & in opere bono, ac ſuper omne opus in tranquillitate & pace, Sanctorum ſabbatiſmus, de plenitudine vitis veræ, cuius Pater agricola eſt, copiosè in diſcipulorū corda influxit: quorum mentium purgatiſſimas ac religatiſſimas à Dei Filio apothecas vino fœti & lætitiæ ſepleuit. Spiritꝰ etenim Dñi à Patre & Filio miſſus, repleuit orbem terrarum: totumque ſibi ſua fortitudine vendicans, memoriā, ſenſum, voluntatem, continuit omnia: eumque more vini fortiſſimi à ſemetipſo priuſus alienauit, ſcientiā, quā habuit vocia, edocuit: ita vt ſobriè ſobrios nō ſua moueretur, regeretur, loqueretur ſenſu & ſpiritu: ſed vini calore, odore, ac virtute omnia fierent. Meritò ergo Iudæi muſto madere putant, quos Spiritus repleuerat. Inebriati quippe erant, ſed ab vbertate domus Dei. Domus nimirū Patris Filius, & domus Filij Pater. *Neſcitis*, inquit *quòd Pater in me eſt, & ego in Patre?* Vbertas verò, ac plenitudo vtriuſque Spiritus ſanctus: torrens quoq; voluptatis eorum, vnde potati iſti etiam, & inebriati, in Patre & Filio fons indeficiēs vbertatis, profundis aperitur vluptatis, & ab illis torrens inundans gloriæ Gentium. Spiritus, qui nec vinū, nec aqua eſt proprietate, vtrumque dicitur ſimilitudine: vinum, quia inebriat feruore charitatis: aqua, quia refrigerat ab æſtu cupiditatis. Hanc deſiderans aquā Prophetа, ait. *Remitte mihi, vt refrigerer, priuſquā abeam.* Ad hanc invitabat, qui ſtans clamabat. *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat, & flumina de ventre eius fluent aqua viua. Hoc*, inquit Evāgeliſta dixit, *de ſpiritu, quem acceperant credentes in eum.* Ecce, quia non bibunt hoc vinū, ſine hanc aquam, niſi credentes in eum: ſicut non comedunt illum panem, niſi qui triduo ſuſtinent eū: ſuſtineamus, & comedam⁹: credamus, & bibamus: comedamus, vt amici efficiamur: bibamus, vt caritate cariſſimi fiāt inebriemur. Caritas etenim ſicut vinum miſcetur: maximè vbi ſapientia meſam ponit, vinum miſcet, & ad conuiuium paruulos vocat. Sola nāque imitatur humilitas ad eō conuiuium ſapientiæ, vbi panis eſt veritas, vinū caritas: charitas quoque velut aqua effunditur, vbi ad ablationē conceditur. Hic ordo nimirū congruꝰ eſt, vt acceſſurus ad meſam, priùs manus lauet. *Lauamini*, inquit, *mundi eſtote.* Et alibi. *Si lauerit Dominus ſordem filiarum Sion, in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris.* Hoc deſiderans Prophetа, otat. *Amplius lauame Domine, ab iniquitate mea, & à peccato meo mūda me.* Et alibi. *Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum, Domine.* Altare Dñi menſa eſt, vnde manducamus, & bibimus, carnem Chriſti, qui verè eſt cibus, & ſanguinem eius, qui verè eſt potus. Baptiſmꝰ ablui, altare paſcit: ſed ſine caritate, quæ fructꝰ eſt, neutrū proficit, Charitas ergo totum efficit, ſine qua non valet quidquid fit. Caritas ergo eſt aqua, quæ lauat: vinum, quod inebriat. Lauat à vitia, inebriat virtutibus. Laoat in quinatos amore huius mundi, inebriat mundatos amore Dei. Lauat ſordidatos amore ſui, inebriat purgatos amore proximi. Charitas autē ſpiritus eſt: quia ſpiritus eſt charitas. Itaque veritas cibat, charitas potat, virtus corroborat. Veritas Filius, caritas Spiritus, Patris virtus. Per veritatem & charitatē, quæ à nobis propter nos miſſæ ſunt, peruenimus ad virtutē, quando ad Patrem. Pater autem omnimodā col-

Poſt meſſem fit hodie vindemia,

Ioan. 14.

Pſalm. 39. Ioann. 7.

Iſai. 1. & 4.

Pſalm. 50. & 25.

Charitas eſt vinum & aqua.

latus eſt ſatietatē, ſicut ſcriptum eſt. *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* Satietas autem illa mitifica de vultu Patris perfectū robur conferet, omnem eſuriei & ſitis paſſionē auferet, ſicut ſcriptum eſt. *Nan eſurient, neque ſitient amplius.* Omne oblectamentū æternum illud conuiuium ſine faſtidio dabit, & ſine paſſione deſiderabit. Tunc ibi edemus & bibemus, ſicut hic promittit, qui nō fallit, Filius, cum ipſo ſuper menſam ſuam in regno Patris ſui, in ſublimi illo altari, in conſpectu diuinæ maieſtatis: vernate lucidi, caritate feruidi, virtute valiti. Fortiter ergo de huius altaris lo ſeriosis participatione guſtemus eū Chriſto, quod pro nobis ipſe guſtauit: ſedentes ad menſam diuitis, qui pro nobis factus eſt pauper, præparemus ſimilia, vt eius paupertate ditemur, & eū ipſo fruamur diuitiis, cuius paupertatem non refugimus. Hilè comedentes ac bibentes frumentum electorum, & vinum germinans virgines, ipſumque ad nos inuitantes: vt, ſicut ſcriptum eſt, introeat ad nos, ac cœnet nobiſcum. Sed quoniā nos tepidi ſumus, ac tarè conuiuam aut facilè obliuiſcimur, aut contemnimus inuitare: ecce ad oſtium ſtat, & pulſat: & ſiquis aperuerit ei, intrat ac cœnat cum eo. Aperiamus illi, dilectiſſimi, & de noſtra copia nostra eius libenter ac deoctè reficiamus abundantiam, vt aliquando repleamur bonis domus Iuæ: ipſo præſtante, qui viuit & regnat Deus, per o. ſ. l. Amen.

Sermo 2. in eadem ſolemnitate.

Rom. 5.

CAritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Patū erat, dilectiſſimi, vt Dei filius nobis daretur, ſicut ſcriptum eſt, *Paruulus natus eſt nobis, filius datus eſt nobis*: niſi etiam Spiritus ſanctꝰ nobis donaretur. An & ipſe Pater aliquādo nobis donabitur, vt qui nihil ſumus, totum accipiamus: & qui totā humanitatē perdidimus, tota diuinitate donemur? Quia ſudium taljaꝰ Cæci eramꝰ nata eſt in tenebris lux, quæ nos illuminaret. Et hæc eſt Chriſti pro nobis de nobis in nobis natiuitas: quam acceperit pro nobis, contulit etiā nobis: & hic eſt Chriſti pro nobis baptiſmus: quaſi alia quædam natiuitas, qua naſceremur in illo, qui natꝰ erat in nobis: & ſicut ille in nobis, ſic etiam nos in illo: ille per Spiritum ſanctum hominis filius de Maria virgine: nos per eūdem Spiritum Dei filij de Eccleſia virgine. Setui mali eramꝰ ſub peccato: ipſe bene ſeruiuit pro nobis, obediens Patri in iuſtitia, obedientia ſua ſolvens debitū ubſequij noſtri. Et hæc eſt vita Chriſti pro nobis. Filij mortis eramus pro peccato: ſtipendia enim peccati mors: ipſe mortēs pro nobis, expiauit piaculum reatus noſtri: & hæc eſt mors Chriſti pro nobis. Ecce, dilectiſſimi, omnia vobis, quorū natiuitas fuit immunda, vita periuriſa, mors periculoſa, iam per gratiam Chriſti cōmutata ſūt in melius: ſicut habet Pſalmi titulus, *Pro his, qui commutabuntur.* Natiuitas enim iam ſancta, ſicut ſcriptū eſt, *Quod naſcetur ex te ſanctum*: vita iuſta, *Iuſtus*, inquit, *meus ex fide viuit*: mors victorioſa. *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Quid ergo, obſecro, ſi tāta nobis ſuperioribus ſolemnitatib⁹ gratiarum collatio cōſtat, quos erat huius hodiernæ celebritatis indulgentia? Quid deerat perfectè reconciliari, quod adhuc debuiſſet? Qui Filium nobis donauit: quomodo cum illo nō omnia nobis donauit? Nōne, ſiue Paulus, ſiue Cephas, ſiue Apollo, omnia noſtra ſunt, ſi nos Chriſti? Excepto quòd mundus iſte viſibilis eum omnibus elementis ſuis

Per ſpiritū ſanctum ſumus filij Dei

Luc. 1.

1. Cor. 15.

An ſpiritus ſancti miſſio neceſſaria. Ioann. 15.

Omnia vobis seruiunt. Hebr. 1. el cũta ipsa cũm omni plenitudine & ornatu suo nobis seruiunt: nõne Angeli omnes administratorij sunt spiritus, in ministerium missi, propter eos, qui hereditatẽ capiunt salutis? Parum est hoc. Deus Dei filius, & ipse homo hominis filius, non venit ministrari à nobis, sed ministrare nobis: ac dilectam animã suam ponere: quam dedit redemptionem pro multis. Quis vnquam vidit familiã? Dominus noster vbique est minister noster. Pro nobis nascitur, pro nobis viuit, pro nobis moritur, pro nobis resurgit, pro nobis ascendit: sicut scriptum est. *Si quominus dixissem vobis, Vado parare vobis locum.* Quibus locum aufert in mundo, locum parat in cælo, pro nobis iterũ venit è cælo. *Et iam*, loquit, *iterum ad vos, & accipiam vos ad meipsum.* Verè qui fecit nas, omnia facit propter nos: quare & nõs non omnia propter ipsum? Sed ecce iterum, quid opus erat hac solemnitate? Quid vltra hæc faciet alius Paraclatus? Iniuriam fecimus Deo: sed sicut vulgò dicitur, cecidũ ei festimus: caput querelæ sõlimus, vadimonque, vt dicitur, pro satisfacto dedimus: abstulimꝰ ei hominem, reddidimus ei meliorem: rapuimus seruum, soluimus filium. Quid amplius? Causã iniuriæ, quæ etiam addiuimus, contulimus: pro iudicio cuncta restituimus. Nonne hæc sufficere possunt? Vtique: sed redẽptionem, non ad gratiam: ad iustitiam, non ad amicitiam. Ecce fallas de præterito: quid facies de futuro, qui septies cadit in die? Cuius ab adolescẽtia sensus prona sunt in malum, quis seruabit eum in bonum: aut si ceciderit, quis leuabit eum? Væ soli: si ceciderit, nõ est, qui leuet eum. Audeo dicere, sine spiritu solus est Christus. Nam sine spiritu Christum solũ habens, solus est. Non enim sine causa post Christũ mittitur Spiritus. *Expedit*, inquit, vobis, vt ego vadam, alloqui Paracletus non veniet. Dicamus simpliciter, maximè propter simplices & illiteratos fratres, qui supra sermonẽ trium loquentes nõ intelligunt. Potens quisquam rationẽ ponit cum seruo suo. Accusatum de damno sibi illato conuincit, cõuictum tenet, arguit, suffocat, donec reddat nouissimum quadrantẽ, & de iniuria pœnam iudiciariam det. Quid ergo? Dimittitur, dicitur ei, Vade, & iam amplius noli peccare, ne deterior tibi contingat. Liber es: sed si inciderit in manus meas, non sic euades: horrendum est enim incidere in manus domini. Sed quis poterit ab occasionibus domini sui se seruus custodire? Quomodo poterit durare, si in omnibus vult eum dominꝰ suus obseruare, si nihil donare, si omnia imputare? Infelix seruus, cui dominus suus imputat omne peccatum. Ideo qui sapiens est seruus, postquam dõo suo omnia restituit, de cetero eius gratiam quærit, & amorẽ de reliquo, & bonam pacem de futuro: ne velit aduersùs eum occasiones quærere, accusatorẽ facilè recipere: & post omnia osculum, quasi caritatis & pacis signaculum, nõ prætermittit. Hæc est, dilectissimi, præsẽtia dei gratia. Conuicti iumus de rapina, & quod soluere non potuimus, soluit pro nobis Christus. Facti sumus liberi, sed nondum amici: euasimus de præterito, sed seruti non sumus de futuro. Et quis iterũ adversùs iustitiam eius stare poterit, si charitas eius nihil remittit: quis eum celare poterit, si charitas non operit? Hoc totum quod tam prolixè tractamus, cõsideratus Propheta Dauid, pauca absoluit *Psalm. 140.* *Ante faciem*, inquit, *frigoris eius*, id est ante ignorẽ flexibilis iustitiæ eius cuncta obseruantis ac imputantis, *quis sustinebit? Emittet*, inquit, *verbum suum* id est Christum, *& liquefaciet* id est soluet *ea.* Christ' cum omnia soluit: qui opera diaboli soluere venit, *Flabit*, inquit, *spiritus eius*: sicut hodie, *Act. 40.* cùm factus est de cælo sonus, tãquam aduenientis spiritus, id est venti, vehementis: & quæ soluta erat oratio per Verbum, fluent sine impedimento in vitam æternam. Datur itaque per Spiritum sanctũ gratia post iustitiam: & sic vnus qui dimissus est liber per Filium, efficitur hodie amicꝰ per Spiritum. Hodie post iustitiam de iniuria acceptam, osculatur Domiꝰ seruum, imò amicus amicum osculo oris sui. Si enim Filius os Patris rectè intelligitur, rectè Spiritus osculũ oris dicitur. Osculum ergo signaculum est in posterum dilectionis & charitatis. Charitas enim diffusa est in cor- *Rom. 5.* dibus nostris per Spiritum sanctũ, qui datus est nobis. Charitas omnia operit, nihil imputat, omnia portat, omnia excusat, omnia condonat. Septies in die cadit per seipsum iustificatus per Christum: septies in die exigitur per Spiritum. Itaque hodie dedit nobis Deus per Christum interpellantem pro nobis charitatẽ & amorem suum: vt sicut per Christum, in quo Deus ipse erat, reconciliauit si- *2. Cor. 5.* bi Deus mundum, non reputans ei præterita delicta, sic & per Spiritum, in quo etiam erat, confœderauit sibi reconciliatum, non imputans ei futura. Vnde & scriptum est. *Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum.* Per Christũ omnia condonat: per Spiritũ nulla imputat. Et forassis nõ omnibus, quibus omnia condonat, nihil imputat. Christus itaque mediator quodãmodo ad iustitiam: Spiritus ad amicitiam. Christus ad veritatẽ: Spiritus ad charitatem. Christus ad remissionem: Spiritus ad conseruationem. Christus ad indulgẽtiam: Spiritꝰ ad perseuerantiam. Christus ad absolutionẽ: Spiritus ad colligationem. Omnia tamen Christus, & omnia Spiritus indiuisè operantur. Omnia enim Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, simul & similiter operantur: qui sine confusione sunt vnũ, & sine diuisione tres. Filius tamen quodãmodo quasi propriam à Patre habet legationem, à quo solo mittitur: Spiritus quoque quasi suam ab vtroque, qui mittitur ab vtroque. Filius ergo quasi iratum placat Patrẽ, & inimicitias soluit: Spiritus quasi iustum temperat, quodãmodo mitigat, & ad amicitias nectit. Inter iniquitatem rei, & æquitatem Iudicis, Filius reconciliator, & aduocatus intercedit, infirmitatem reconciliari, ac maiestatem placari: Spiritus delinitor & Paracletus intercenit. Sicut enim aër iste fomentum quoddam, & quasi balneum est rerum viuentium: ex ipso, ac sub ipso contemperatus eis intolerabilem superioria elementi æstum fuæ naturæ suauitate, & gratia: sic & Spiritus sanctus super spirituales superfertur aquas, modus quodãmodo inter earum totpotem, ac supremæ æquitatis rigorem: protegens eas, & confouens, ac fœcundans sua charitate & gratia, ne prorsus absumantur, ac terra ficcitate tatificat. Quod considerans Propheta, ait. *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* *Psal. 142.* Tibi videlicet cælo & igni consumenti. *Velociter exaudi me, Domine*: immittendo Spiritum tuum: *quia defecit spiritus meus.* Et quia aëri spiritus assimilatur, charitas diffundi per Spiritum dicitur. Terra nimirum proprie deorsum tacet, ignis acutur sursum, aqua labitur, aër diffunditur: quod etiam in odotibus facilè dignoscitur. Dicunt etiam cælum esse volubile, & tanta velocitate ipsum, quod Aplanos dicitur, circumferri ab Oriente per Occasum in Orientẽ, vt suo in-

Iohan. 14. *Ibidem.* *Iohan. 16.* *Gratia aduentus Spiritussancti.* *Filius legatus Patris, Spiritussanctus vtriusque.*

inlætabili impetu cuncta in ferocia citissimè inuertisset, nisi opificis prouidentia septem stellarum, quas planetas vocant, obuio cursu, id est ab Occidente per Orientem in Occidentem tardatorq; quatenus sicut aër ab æsto, sic planetæ ab impetu firmamenti inferioribus munimini sint & turelæ. Quod totum huic assertioni facilè conguit; & à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta hic conspici possunt. Septiformis etenim Spiritus sancti gratia, qua nobis consulit, & paracletus præstat, obuio quodammodo motu, illam diuinæ velocitatis stabili motu simul cuncta lustrantis, & examinantis æquitate contemperat, & ne cum seruis suis qui non possunt respondere ei vnum pro mille, in cuius conspectu non iustificabitur omnis viuens, nec mundi sunt cœli; & qui in Angelis suis reperit prauitatem, in iudicium statim iocket, tetardat. Sola enim Dei benignitas, quæ nobis septemplicitet superfertur, eius nobis seueritatem tempetat, maiestatem inclinat, vltionem tardat: & dum se sibi, qui tam bonus est, quàm magnè; tam pius, quàm iustus, quodammodo ubijcit; peccator pœnitendi spatium inuenit; sicut ait Apostolus. *An ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Hanc bonitatem & magnitudinem simul considerans Prophetа, ait. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri.* Ex bonitate enim laudabilis & amabilis Deus; quantùm ex magnitudine & seueritate tertibilis. Qui considerat sine bonitate seueritatem desperat; qui sine seueritate bonitatem, è contrario in spe peccat. Ideo sicut ait Apostolus, considera bonitatem & seueritatè Dei: seueritatem in his qui perierunt, bonitatem in te, si permanseris in bonitate: alioquin & tu exscideris. Vestræ, fratres, exercitationi, qui debetis ex paucis pluta colligere, & ex tommatim tactis vel perstrictis magna elicere, telinquimus plaoctatum numero & ordini, spiritum gratias consertæ; quatenus sicut à luna ad Saturnũ gradatim ascenditor; sic à spiritu timoris inchoantes, qui multam habet cum ipsa luna similitudinem, quæ & infirma & gelida naturaliter est, & nocti præsidet, humoribus dominatur, & ex alio lumen mutuat; ad vsque spiritum sapientiæ, qui in senibus est, & maturos facit, graneſque & cœlo proximos, conferendo ascendatis. Aderit ipse spiritus intellectus, ne à veritate abtertetis; & cõsilij, ne aliò vanitate teuocemini; & fortitudinis, ne ppria infirmitate fatigemini; quod ipse præstare dignetur, qui cum Patre & Filio, de Patre & Filio, in Patre & Filio, vnus est vnus, & verus, omnipotens Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Motus planetarum septiformis gratia Spiritus comparatus.

Rom. 2.

Psal. 47.

Rom. 11.

Frivola expositio verborum Christi.

Ambros. in hymno.

Matth. 11.

Humillimus omnium sub limissimus.

Sermo 1. In natiuitate sancti Ioannis Baptistæ.

Matth. 11. *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Testimonium illud, Dilectissimi, Dñi & Saluatoris nostri de baptista suo Ioanne, adeo nos de excellentia gloriæ eius certos efficit; vt nõ dubitemus, eum nemine inferiorem, etsi non, vt quidam putant, omnibus superiorem. Nemini quidem, secundùm hanc veritatis attestationem, est in regno Dei secundus; nec tamen, quantùm hæc auctoritas habet, omnium primus. Si non habet maiorẽ, quis eum negare audeat, tametsi nec affirmare præsumat, non etiam habere æqualem? Nam quod non dixit verbo adhærentes, quod dixit, *Surrexit*, de prioribus illo Sanctis tantummodo intelligunt, neminem fuisse maiorem, non de futuris; sicut nouum, sic & stiuolum etedimus. Nemo enim Sanctorum sic expositum, nec ecclesia Christi hucusque audiuit. Beato tamen Ambrosio se munimur, quorum eius laude sit cecinit. *Maior Prophetis, & minor Angelis.* O vtinam addidisset, *solis.* Nec tamen dixit Apostolis, sed Angelis. Sed nec inquit Apostolis, sed prophetis simpliciter maior; & simpliciter Angelis minor. Nihil igitur agit exemplum, quod litem litteræ solut. Plurima ergo laude extollitur, qui inter natos mulierum nemini suppositur. Nam dum in hoc corruptibili agitur, quod animam coelesti desiderio iam leuem, & quodammodo euolare gestientem grauat; vbi terrena inhabitatio sensum, ab vno quod necessarium est, ad multa quæ continebant, quæ sollicitant, & eò sollicitant, quò turbant, deprimit; etiam tam maximus mortalium minor est minimo Angelorum. Vnde & de eodem Ioanne dicitur. *Qui minor est in regno cœlorum, maior est illo.* Cum autem è corpore mortis, & carnis caligine cæco, lucida & libera anima imperas euadet ad antas; haud inficiamur, plurimus laoctarum multa millia Angelorum transuolare. Beatus tamen, quẽ nobis opponunt, Ambrosius, quod dictum est, *Qui minor est in regno cœlorum, maior est illo* pro nobis facieos, he exponit. *Qui minor est, in oculis suis videlicet, id est humilior in regno cœlorum, hoc est Ecclesia præsenti, maior secundum eumdem intellectum est Ioanne.* Quod si omnium est Ioannes humillimus, omniũ vtique est etiam sublimissimus. Omnis enim qui se humiliat exaltabitur: & quãtùm se humiliat, tantum se exaltabit. Minimus ergo omnium, maximus est vniuersorum: & quò quisque maior est minimorum, eò minor est maximo. Præterea natiuitas illa eò plus cæteris sanctorum natalibus colitur, quòd sacramentalis & figuratiua esse dignoscitor. Sicut enim prædicatione, & baptisatione, & connectatione vitæ, & qualitate mortis, & miraculo natiuitatis, vox verbum præcinit, præcursor Dominum præcurrit, Propheta venturum prædicauit, plusquam propheta præsentem monstrauit, Angelus quem euangelizando designauit; neque hoc tãtum vitus in mundo, verum etiam mortuus in inferno. Natus ergo contra naturam, cum præfiguraut, qui nascituros erat supra naturam. Hic contra naturæ solitum: ille supra naturæ debitũ. Hic mirabiliter: ille singulariter. Huiusmodi exitietat antea exemplum: illius omnino nullum. Elizabeth sterilitas Mariæ virginitatẽ figurauit. Hinc granida sterilitas; hinc fœcunda virginitas. Vnum edidit anus; propter vnum, quem peperit virgo. Pater Ioannis supra ætatem vetulus: pater Christi in omni ætate nullus. Sicut enim sicotium genealogiæ Melchisedech in scripturis, *Genes. 14.* ineffabilitatem generationis Christi præsignat; *Hebr. 5.* sic & Zachariæ secretus, in Christo paternæ generationis defectum notat. Hic ergo genuit vetus; ibi nullus. Hic dono gratiæ genuit, qui naturã, inec gratiã quisquam genuit, vbi dator gratiæ, qui exactor naturæ, solus totum effecit. Sic nimirum decuit, vt in figura vbique minùs, & in veritate vbique magis inueniretur. Mane enim & vespere cotporibus suis longiores sunt vmbræ; meridie autem breuiores. Mane prophetia, vespere memoria, meridie Christi presentia. Ideo & Christo crescente Ioanne minui oportebat, Christumque morte exaltati, & Ioannem capite minui; Christũque crescente die nasci, & Ioannem

S. Ioannes nemini secundus; an omnium primus.

patiendu, charitas enim patiens est, & omnia tolerat: sic sapientia ratiocinandu: nam & ipsa verbum est. Sed quoniam Dominꝰ Iesus verumque substantialiter, id est caritas ac sapientia est, calūniam pateretur audit, & calumniā sapienter concludit: iuxta prolatam olim de ipso prophetiam.

Psalm. 71. *Saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.* A dæmone quippe pauperē oppressum saluauit, & calumniantem Pharisæum acutissimè

Mat. 15. confutauit, dicens. *Omne regnum in seipsum diuisū desolabitur.* Ac si diceret. Egu propter hoc veni, vt destruam ab hominibus regnum diaboli, & ædificem in hominibus regnum Dei. Si autem vt ab

Galat. 3. hominibus Satanas Satanam eiicist, effeci, procul dubiu propositū ubrinui. Diuisus enim in semetipsu est aduersarius: diuisionem sarem sequetur desolatio: vude eius regnum in se diuisom necessariò desolabitur, desolatum verò dissipabitur, ac ruet. Sicut enim concordia & consilio m unima crescunt, sic discordia ac desolatione maxima deteriuntur. Ideu ait, Veniens in mundum, inter dæmones ipsus, inter carnem & spiritum, dæmones quoque ac homines, & ea ipsis hominibus inter filius tenebriarū ac filios lucī, non misi pacem, sed gladium. Et Paulus Pharisæos & Sadocæus cór a se penitus vnitus sapienter à seipsis diuisit: vt quorum concordia facilè petire poterat, dissidiu euaderet. Caput ergu vitandæ est, aduersum se conspiraturum separare concordiā; ac discordiam immittere hostibus, summa prudentia. Cererùm mentiam esse malitiam, probat dicens. *Si in Beel*

Mat. 15. *Zebub eiicio Dæmonia, fili vestri,* scilicet Apostoli ex ludæis, *in quo eiiciunt?* si ego principem habeo: ipsi quem habent, qui similiter dæmonia eiiciunt? Nun eum sicut plura in homine vno possunt esse dæmonia, ita & vnum in pluribus. Ideu ipsi iudices vestri erunt veraces, qui de semetipsis nunc sciunt, vus accusatures esse mēdaces. Itaque si Satanas Satanam eiicit, nun potest stare regnū eius: sed oportet illud cedere regnu Dei, quod prædico. Sin aūtē non in Beelzebub, sed *in digito Dei eycio*

Ibidem *dæmonia*, tunc umnino *peruenit in vos regnum dei.* Ante me quidem stare nun potuit, quud diuisum est, regnū diaboli: sicut ante me ac meos nec ipsi diaboli. Igitur siue sicut mentimini, siue sicut vesom est, eiiciu dæmonia, vicꝰ est vtique Satanas, vincentorq; qui de eius sunt regno: & qui contra me cum illo ab vnitate ac veritate dispergūt: viceut autem, qui mecum sunt, & mecum ad vnitatem ac charitatem colligunt. Siquidē regnum diaboli cupiditas est, quæ destruetur: at regnū Dei charitas, quæ numquam cadit. Si ergu adeo fortis sum, vt principet etiam principi dæmoniorū, ita vt ad meum imperium in suus sæuiat, & proprīū regnom, ac domesticam familiā dissipet; vus qui estis, qui resistere præsumitis? Quūd autem eum vicerit, ac in eum potestatem habeat, sic probat. *Cùm fortis armatus &c.* Ac si diceret. Si princeps ille ob peccati infirmitatem in homines in peccatu natos fortis antea, in pace ac subiectione quieta suos possedit: ego autem absque omni peccatu conceptus, natus, conuersatus, ac per hoc dæmone & homine fortior, superueniens, oppressorem alligaui, ac ditioni meæ subiugaui, oppressum liberaui: nec sulùm diripui, sed sicut dicitis, vt meo præcepto ipse eiiciat, effeci: quare vos dæmoniis obstinatiores resistere conamini? Videris, dilectissimi, sapientes in astutia sua compreheudi, à sapientia malitiam manifestè vinci: & quoqu se vertat peruersitas, affectionibꝰ veritatis includi. Nos verò benignū Iesum humili supplicatione postulemus, vt dignetur à nobis omne genus dæmoniotum eiicere, linguā ab omni impedimento confessionis soluere, voluntatem quoque & affectionē ab omni mundi huius concupiscentia, tristitiā ab omni ignorantia, libertatem ab omni difficultate: vt venimus, sciamus, ac valeamꝰ cum illo sēper hic esse, & cū illo colligere: nunc ab ipso ad ipsum tandem colligamur, atq; ad patris nostros: quorum Regulas ac Institutа sequentes, *profectò* ab eis filij agnoscemur, ac colligemur ad cōmunem omoū patrem Deum: qui cognoscetur tunc à minimo vsque ad maximū, reuelante eum vniuersis vnigenito suo: qui cum eo & Spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia sæcu. læc. Amen.

Sermo in die Paschae.

Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite. Vere, dilectissimi, vt beatus ait Gregorius, concluſit Dei pietas nostrā duritiam, quin etiam omuem pietatē euperauit humanam. Magnum quippe pietatis ac humani fœderis vinculū inter virum ac mulierem. Siquidem propter hoc reliquet homu patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt tā duu duu, sed vna caru. Hanc tamen manifestè mira circa nos diuina clemeutia tā mirabiliter, quàm misericorditer euincit. Propter quod tenet Scriptura. *Si mulier dimiserit virum* *Ierem. 3.* *suum, & recedens duxerit alium, nunquid reuertetur ad eum vltra? Numquid non coinquinata & polluta erit mulier talis? Non reuertetur, quia fornicata est, & polluta, & hoc fornicatione semel. Tu autem,* sequitur Scriptura, ad animam sub ludæ specie luquens, *Fornicata es cum amatoribus multis, & tamen reuertere ad me, dicit Dominus.* Evangelium quoqoe ob sulam fornicationē separandos couiuges partitur. Dei pietas, post mille fornicationes corporis & animæ, aoetas flebiliter reuocat, quasi post tergum clamans, reuertentes leniter amplectitur, ac oscu'o oris sui sancti suauiter osculatur: manentes verò introducit in cellam vinariā, vbi ab vbertate dumus suæ inebrientur, inebriatas, & à carnis sensu præ vini fortitudine alienatas introducit in cobiculum: vbi lævam ponens sub capite illius, dextra eam amplexatur: vbi ipsa caute dormiens, sed cutde vigilans, dicat. *Ego dilecto meo, & dilectus meus* *Cant. 2.* *mihi: inter vbera mea commorabitur.* Est etiam secundum humanæ pietatis fœdus inter pareutē ac pulem, quud nihilominus excellit ea, quæ Dei est ad animam rationalem, pura, gratuita, ac prævenieus pietas, teste Scriptura, quæ dicit. *Si potest* *Isai. 49.* *mulier obliuisci infantem vterisui, vt non misereatur filio vterisui:* quod est vtique tam crudele, tam inhumanum, tam bestiale, vt etiā furiarum excedat duritiam, sicut scriptum est. *Sed & lamiae nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos. Et ipsi illa* *Thren. 4.* *poterit obliuisci, ego tamen non obliuiscar tui, dicit Dominus.* Nos quidem eum, nos, heu miseri! aut facilè obliuiscimur, aut superbè contēnimus: ipse verò ea sua pietate, quæ est ipse, obliuiscentium sui piè meminit, & contemnentium sedulꝰ existit, non rogantium curam gerit. Sicut enim eùm uemo adhuc esset, nemo sugauit, nemo mereri potuit, vt crearetur: sic cùm omues sub peccato malè essent, nemo mereri potuit, nemo exaudiri debuit, vt redimeretur. Quis huc vsquam vel rogauit, vel excogitare præsumpsit, vt filium suū Deus traderet, ne servos malꝰ & nequam periret? Tertium denique, eunoè fortissimū, quò est humanæ dilectionis vinculū, inter corpꝰ & animam: nemo

enim

enim potest seipsum vlla ratione non amare. Vnde & non oderanda, magis quàm præcipienda, diuinis literis visa est ista in homine tumefius dilectio. Hoc ergo supereminens & superabundans diuina miseratio in semetipso vinculum, ne quid excellentissimæ caritati, qua nemo maiorē habet, vt animā suam ponat quis pro amicis suis, deesset, tam fortiter, quàm misericorditer pro nobis rupit. *Pater*, inquit, *si possibile est, transeat à me calix iste. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Quid magis, rogo, caimanne se potuit Deus, quàm vt homo fieret: homo, quàm vt moreretur: Deus dominus, quàm vt seruus efficeretur: seruus, quā vt tui pitet moreretur? *Turpe*, inquit, *morte condemnemus eum.* Innocens inter iniquos reputatus est: pius traditus est in manus impiorū: tradidit tamen gratis in mortem animam suam: & cum sceleratis reputat' est. Pius est ergo impia pius ab impijs, operatus pia. Quæ tam mira pietas, nisi quòd diuina: nisi furtalle cū mirabilior, quò diuinior, qui facit mirabilia solus, vtiq; præ omnibus mirabilis ipse solus? Quid multa? Nescire me fateor, vtrum magis mirandve dicenda sit mira, quàm diuina Quid enim mirū, si Deus pijssimus: & quomodo, vt sic dicatur, non mitissimus, quòd erga inimicos & impios iā pius est? Quod totum similiter admirans Apostolus, ait, *Cùm adhuc inimici essemus, vt quid pro impijs mortuus est?* Imminebat tamen pietatem decuit, mira pietatis dedisse indicia. Christi ergo mors & resurrectio, quæ pro nostra morte & resurrectione actæ sunt, sicut scripti est; *Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram*; nisi simplæ esse non possunt: ostra vero mors sicut dupla, ita & dupla resurrectione eget. Mors itaque prima est animæ, quādo propter inobedientiæ malum à vita sua Deo defecit: quam absorbet per resurrectionē vita, qua iustus ex fide viuit. Manente enim corpore mortuo propter peccatum, vivit tamen spiritus propter iustificationem: cùm se per obedientiam subdit Deo, sicut scripti est *Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meū.* Sicut enim cùm recedit à Deo, recedit à vita, & incidit in mortem primam; ita cū accedit ad Deum, accedit ad vitam, & inuenit resurrectionem primam. *Beati*, inquit, Apostolus Ioannes, *qui partem habent in resurrectione prima: non enim laedet eos mors secunda.* id est corporis, quia nō mittet eos ad mortem tertiam, quæ est animæ simul & corporis æterna: quin potiùs inuabit liberās, & educens è corporis carcere: donec redeant ad id quod seminatum est animale, & resurget spirituale, ad corpus configuratum corpori claritatis Christi, quæ est resurrectio secunda, regenerans totum simul hominē ad vitam. Dilecta autem illa, & benedicta saluatoris anima, quæ venit soluere, quæ non tapuit; quamuis propter alienum peccatum infima, coorta propterium tamen confirmata, sicut scriptum est, *In te confirmati sunt ex vtero*; sicut in peccati mortem nequiuit cadere, ita nec de peccato in iustitiæ vitam resurgere. Semel enim verbo vitæ vnita, sicut personali vnione, ita & iustitiæ dilectione inseparabiliter adhæsit, præ omnibus exultas & dicens, *Mihi adhærere Deo, bonum est.* Et illud, *Qui adhæret Deo, vnus spiritus est* Io Christo igitur, qui ex anima rationali, & carne humana subsistit, homo, & ex Deo & homine subsistit Christus, quasiquædam ligamina duo sunt, & habitus diuersi. Habitus enim alter est diuinitatis & humanitatis, vinciens Christi, secundum quod Mediator est Dei & hominum, essentiam, prorsus insolubilis; qui nec morienti nec resurrectionem admittit. Nunquam enim semel assumpta à diuinitate humanitas diuortium passa est, nec repudij libellum accepit; sed manet sacramentum huius benedicti connubij, venerabilium quoque nuptiarum & immaculati thori magnū & æterni, habens auctoritatē & munimen hoc. *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Habitus autē carnis & animæ, solam ligans humanitatem, nullo quidem peccati sui stipendio solutionem meruit; attamen vt nos solutus à sumibus peccatorum, qui nos circumplexi erant, absolueret, & teligatus à Deo, à quo soluti eramus, teligaret, mirabili facie opertatione, & mortem effudit, & resurrectionem inuenit: habens à diuina misericordia & patientia promissionem hanc. *Soluite templum hoc, & in triduo reædificabo illud.* Vos soluite: ego reædificabo. Ego qui ædificaui vestrum, reædificabo meum. Vos qui solutionem meruistis vestri, soluite meum. Soluite non merito iniquitatis meæ, nec imperio potestatis vestræ: sed positione voluntatis meæ. *Nemo enim tollit animam meam à me; sed ego*, cùm volo, *pono eam, & rursum*, cum volo, *sumam eam* Ipse nimirū se tuleit. Is potuit, qui sola carne mortuus vixit. Itaque secūdùm hunc habitum solū, & potuit, & voluit mori, & resurgere Christus; in quo sicut dictum est, & diminitati humanitas inseparabilis personali copula adhæsit, & à delectatione & amore Verbi nullo peregrino amore anima ad pūctum abcessit. Viuit itaque mortuus, qui obijt viuus, in vno eodemque tempore viuus & mortuus. Viuit ex virtute humanitas cum diuinitate: vixit ea charitate enim Dei Verbo anima rationalis Mortua est sola separatione animæ eius; & eius receptione sola resurrexit. Si ergo, dilectissimi, consurrexistis in anima interim sola cū Christo resurgēte in carne sola; quæ sursum sunt quærite, intentione & desiderio animæ, vbi Christus est in dextera Dei sedens, etiam corpore. Multi enim quæ sursum sunt, quærunt deorsum; quales sunt, qui dignitatem & gratiam, sufficientiam & delectationem quæruot in terrenis. Isti sunt, qui statuerunt oculus suos declinare in terram: quærentes summa in imis. Alij autem quæ deorsum suot, quærunt sursum; id est in virtute vanā gloriam, in sapientia jactantiam, in veritate cortostitatem, ad extremum in studio spiritualis, & habito religioso emolumentum aliquod temporale, vel laudis, vel dignitatis, vel pecuniæ, vel licentiosæ libertatis. Alij quæ deorsum sunt, quærunt deorsum, terrena videlicet in terrenis, & in carnalibus carnalia: qui omnes omnino quæ super terrā sunt sapiunt, & nō quæ sursū. Alij verò quę sursum sunt quærunt sursū, id est in veris vera, in spiritualib⁹ spiritualia, in cœlestibus cœlestia, & in diuinis diuina, sapientes quæ Dei sunt, & in nouitate vitæ ambulātes: complantati similitudini mortis Christi, dum peccato & carni & mundo mortui sunt: consepulti resurrectioni Christi, dū alienati à prioris corruptelæ, & tenebrositatis vita, in carne quodammodo supra carnem degunt: consedentes quoque cum eo in cœlestibus, dum eorum regnies & conuersatio in cœlis est: & cōregnantes illi, dum omnia sua ad spiritualē profectum deferunt compellunt. Præterea qui cœlestē remunerationē quærunt in actibus terrenis,

Mat. 26. *Exinanitio Christi.* *Sap. 2.* *Rom. 5.* *Rom. 4.* *Mors prima animæ qua.* *Psalm. 61.* *Apocal.* *Resurrectio secunda.* *Psal 70.* *Psal. 72.* *Vnio cum verbo nunquā saluta fuit.* *Mat.* *Ioan. 2.* *Ioan. 10.* *Quinam quærūt quæ deorsum sūt qui quæ sursum.*

Sed esto, quæ mira sunt, ideo mira sunt, quia vnus idēque ante se & post se, prior ac posterior seipso: minor quoque & maior, factus à se, factor sui, seruus ac dominus: vnus idēque est Deus & homo: vna persona, duæ naturæ: vel potiùs in duabus naturis tres subsistentiæ. Secundùm hominem ascēdit Deus, qui secundùm Deum descendit homo. Filius hominis, qui secundùm Dei filiū simul est in cælo, & in terra, omnino vbique, ac veraciter nusquā, Dens homo, totum hoc exigit personalis vnionis admirabilis ratio: ac cælestis cælestibus cælestia, tāquam spiritualibus spiritualia, vel etiam diuinis diuina cōparans, hæc omnia docet. Veritatem quæ vultus descensionis Filij Dei, si singulariter ascensionis eiusdem filij hominis: aut vbi nos positorus est, qui postpositis omnibus eum arctiùs sequimur? Qui in terrenum fugimus, mundū contemnimus, quò ituri sumus, si in cælum non ascendimus? In cælū verò nemo ascendit, nisi qui de cælo descēdit. Itaque aut nec descendimus, & adhuc ibi sumus, & Filius ille hominis ibi sumus: aut nequaquam eò ascendemus, & vbi volumus, esse non possumus: & sic certè miserabiliores omnibus hominibus facti sumus. Vesumtamen, dilectissimi, vim verborum, & libertatem Spiritus in eloquio diuino attendentibus facilè occurrit, filium hominis aut filium Dei, aut verbum Patris, aut Christū, aut si quo simili sermone designatur is, qui ista loquitur cælestia, nō simplicem habere rationem, nec secundū vniformem acceptionem pronuntiari. Dicitur enim Christus aliquando ipsa simplex natura, quæ nec coepit, nec desiit, nec mutari, aut moueri potest; quæ de solo Patre cum Patre, to Patre: nec ipse qui pater, nec aliud quàm pater, semper est: iuxta quod loquens ipse Iudæis dicit. *Principium qui & loquor vobis.* Et alibi. *ego & pater vnum sumus.* Ipse etenim filius Dei & homo sic sunt vnus, non vnum, quemadmodum ipse & Pater vnum, non vnus. Hic duæ naturæ, vna personas ibi duæ personæ, natura vna. Similiter quoque, *Antequā Abraham fieret ego sum*; & alia sexcenta, quæ nisi propter hunc sensum vera esse non possunt, & ad proprietatem superioris naturæ pertinentia licet in differenter de ipso, qui superior, vs dicamus, & inferior est seipso, pronuntientur. E regione autem his ipsis nonnunquam designatus, quæ nisi pro inferiori natura pronuntiari veraciter nequaquam possunt de persona: vtpote minoratio paulominus ab Angelis, & Natiuitas temporalis & similia. Nonnulla quoque pro anima sola, & nōnulla pro carne sola: aliqua autem pro vtraque simul, id est humanitate totâ, sed solâ dicuntur: aliqua verò pro tota simul Christi persona, id est diuinitate simul & humanitate: vt cùm mediator ab Apostolo dicitur Dei & hominū, homo Christus Iesus: Media. or siquidē nisi ea vtroque inter veritumque esse non potest. Sed in his omnibus quid emolumenti miseris hominibus, si sic descendit de cælo hominis illius diuinitas, vt cum illa sola ascendat Dei filius humanitas? Vnde & cogimur aliam adhuc ex his quæ posita sunt, elicere intelligentiam: vbi Christi, vel filij hominis nuncupatione non solū totus, aut pro parte, vel partibus, Christus, sicut suprà positum est intelligatur: ipse denique de cælo olim increpans persecutorē ait. *Saule, Saule, quid me persequeris?* qui dictus est aliquādo, *Infirmus sui, & visitastis me.* Et hæc quæratione, nisi propter vnitatem sponsi & sponsæ, vel capitis & corporis? Sicuti totus hominis caput & corpus, ipse vnus homo: sic filius ille Virginis, & electa eius membra, ipse vnus homo & vnus hominis filius. Totus, inquit scriptura, & integer Christus caput & corpus: siquidem omnia simul membra vnum corpus, quod cum suo capite vnus bonus filius: qui cum Dei filio vnus Dei filius, qui & ipse cum Deo vnus Deus. Ergo & totum corpus cum capite hominis filius & Dei filius, & Deus. Vnde est & illud. *Volo, Pater, vt sicut ego & tu vnū sumus, ita & ipsi vnum sint nobiscum.* Itaque secundū hunc in Scripturis sensum celebrē, nec sine capite corpus, nec sine corpore caput: nec sine Deo caput & corpus totus Christus. Caput siquidem mulieris vir, caput viri Christus, caput Christi Deus. Caput igitur, mediante viro, mulieris Christus: caput viri, mediante Christo, Deus. Caput ergo mulieris, vir, & Christi, Deus. Itaque & omnia cum Deo vnus Deus: sed Filius Dei cū Deo naturaliter, & cum ipso filius hominis personaliter, cum quo iuncum corpus sacramentaliter. Solus itaque descendit de cælo filius hominis propter diuinitatem, sed non totus, præterquam humanitatē: qui solus & totus ascēdit, propter capitis ac corporis vnitatem. Nemo ergo ascendit, nisi ille solus & totus, qui descēdit solus, & non totus. Si quādo pauper pascitur, Christus pascitur, quō quando pauper ascendit, Christus non ascendit? Quod Deus coniunxit, homo non separet. Sacramentum hoc paruum est in viro & femina, magnū autem in Christo & in Ecclesia. Quo ergo si loqui posset pes meus, sicut lingua, hoc diceret, quod dicit lingua, Ego videlicet sum Isaac, sic fideliter & rationabiliter Christi membra dicere se veraciter posse hoc, quod est ipse, etiā Dei filiū, ac Deum. Sed quod ipse natura, hoc ipsa consortio. quod ipse plenitudine, hoc ipsa participatione: denique quod Dei filius generatione, hoc eius membra non solùm constitutione, vt Moyses Deus Pharaonis, aut tantū nuncupatione, vt dij multi, & domini multi: sed adoptione, sicut scriptū est. *Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater.* Iuxta quem spiritū dedit eis protestatem filios Dei fieri, vt selectim doceantur ab eo, qui primogenitus est in multis fratribus, dicere. *Pater noster, qui es in cælis.* Et alibi. *Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum,* &c. Cùm n. omnibus sit cōmunis pater & Deus conditione, noster tamen specialis est gratuita adoptione, qui & Ipsius virginei singulari generatione. Generatio itaque sui, natiuitas Christi, secundū quod à principio Dei filius est, & secundùm quod in fine filius est hominis, & in mysterio caput & corpus vnus Christus est, trina quodam modo intelligatur, necesse est. Prima igitur de Patre sine matre, secunda de matre sine patre, tertia secūdùm substantiam nec de patre nec de matre, secundū verò sacramentum de Deo Patre per Spiritum sanctū, & de Ecclesia virgine matre. Quo in spiritu de vetero Virginis natus est hominis filius caput nostrū, eo renascimur de fonte baptismatis, filij Dei, corpus suum. Et sicut ille absque omni peccato, sic & nos in remissionem omnium peccatorum. Sicut enim totius corporis omnia peccata super lignū in corpore carnis portauit: sic spirituali corpori, vt nullū ei peccatū imputetur, per regenerationis gratiā donauit, sicut scriptū est *Beatus vir, cui nō imputauit Dominus peccatum.* Beatus iste vir Christus procul dubio est: qui secundùm quod caput Christi Deus est, peccata remittit: eui, secundùm quod caput corporis homo vnus est, nihil remittitur: secundum verò quod capitis corpus plures, nihil

In Christo vna persona, duæ naturæ, tres subsistentiæ.

Fidelium membra Christi.

Ioann. 17.

Ioann. 8. & 10.

Exod. 7. 1. Cor. 8.

Rom. 8.

Ioan. 8.

Matth. 6. Ioann. 20.

Act. 9. Mat. 25.

Psal. 31.

imputatur. Iustus io seipso, & iustificans seipsũ ipse. Solus Saluator, sulus saluatus, solos ascendeus, sul° descendẽs: qui dona tũ Patre tribuit, quę in hominibus ipse accepit. *Accepisti*, inquit, *dona in hominibus*; qui in corpore suo super lignũ pertulit, quod de corpore suo per aquã abstulit. Iterum per lignũ & aquã saluans, agnus Dei, qui tollit quæ pertulit peccata mundi; sacerdos & sacrificium, & Deus, qui se sibi offerens, se per se sibi, sicut Patri, & Spiritui sancto, reconciliauit.

Psalm. 67.

Christi multiplex nativitas.

Prima ergo natiuitas æterna, vbi nascitur de Deo Deus; qualis patet, talis filius. Secooda temporalis, & breuis, vbi nascitur de homine homo; qualis mater, talis filius. Tertia temporalis & lõga, vbi quod oascitur de spiritu spiritus est; sicut quod oascitur de Deo Deos est, & quod oascitur de carne caro est. Ista ergo Christi natiuitas, vel vita, vel mors, vel resurrectio, vel ascensio, inchoata quidem, sed oecdum completa est. Cum primo iusto io neboatur, & tũ extremo cooconsummatori per omoe verò medium actiuatur, sicut eleganter ait quis, *Sub Noe, sub David, sub Christe sacra fuere.* Hior & Apostulus. *Omnes sub Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & eamdem escam spiritualem manducauerunt, & eumdem potũ spiritualem biberunt.* Hæc sunt ergo illa terrena, sed tamen spiritualia, quæ terrenus ideo nõ credit, quia carnaliter sapit, spiritoaliter autem examinatori; & ideo illi stultitia est, vt nasci possit homo, cùm sit senex. Eleganter io antiquis illis literis, quarum ille magister fuit, qui ooua non credidit, bæc ipsa natiuitas commeodatur. Nam sicut asseueraot, qoi ralium cortoli sunt, tres sũt naturaliter & ad vitam nascentium differentes modi, id est aut præcuntium pedibus, iunctis ad latera brachijs; aut præcunte capite, brachijs similitet disposítis, aut certè brachijs super præcedẽs ipsum caput cancellatis. Sanctus verò Iacob, vt eius singulari natiuitate supra naturam auctor naturæ aliquid significaret, exteoso præ capite brachio ptioris plãram maou complectens egrediotur. Quid igitur hoc in loco Iacob, nisi Christum significat, nequaquam secuodùm proprium singularitei personam, sed secondùm hoc, qood vnus & totus Christus est caput & corpus? Quid brachium ante capot exortum, oisi ptiorem electorum populum, aote Saluatoris tempotalem natioitatem ipsius gratia præuentum; quinque muodi ætatibus, tanquam manus digitis pri° sęculum complectentem; aut etiam quinque libris legis carnalem popolum constringentem: reliquum autem corpus plenitudioem Gẽtium eum paucis ex Israël eredeotibus, per vtrumque latos compagioatur: caput veto medium nascitor; coi tamen iam nato quod ante egressum fuerat brachium, suo cum reliquis membris subordinatur loco: vt ipse agnoscatur totius Ecclesiæ caput, cui data est omnis potestas in cœlo & io terra; cui etiam omne geno flectitor; habeoti nomeo quod est super omoe nomeo? Non eoim est aliud oomen datum homioibus sob cœlo, in qoo oos oporteat saluari. Cotus diem sicor Abraham, ita & cæteri priores sancti exultaueront, vt videret; videtunt, & gaoisi suot; qoem & oos dilectissimi io suæ claritatis regno obtingat videre, cum Patre & Spiritu sancto. Amen.

Tres modi nascentium.

Matth. 28. Philip. 2. Act. 4.

Iean 8.

Sermo in die Pentecostes.

SPiritus sanctus, dilectissimi, hodie dator de cœlis; qui idem ab eodem, & ipsdem datus est olim in terris. Et ideo quærendum videtur, quare hoc ille fecit, à quo sine rationabili causa nihil fieri potuit. Veruntamen is qui simul & semel plenitudinem illius, de quo conceptus est, Spiritus sancti accepit; quibus & quando, & quantũ voluit, distribuit. Vnde Apostolus. *Vnicuique nostrum data est gratia, secundùm mensuram donationis Christi.* Qui ergo, vt sic dictum sit, mentiuntur, nec in persona, nec in tempore, nec in quãtitate errant, oec in plenitudine aut potestatis, aut virtutis, aut gloriæ sibi qoemqoam coæquant. *Quis*, inquit, *in nubibus æquabitur Domino? aut similis erit*, secundùm æqualitatem, *Deo in filiis Dei?* Quis adoptat° æquabitur oaturali? quia moltorom vnico? quis posteriorom primogenito? qois recoatorum de gratia, nato de substantia? quis de profundissimis recebris etuiorũ, nato in lure ioaccessibili? Non enim sicut ali, de tenebris nascendo, vocatus est ad lucem: sed da luce lux natus sponte nascẽdo veoit ad tenebras. Sicut scriptum est, lux luxit in tecebris, tecebræ verò eam non comprehenderunt. Nam qui cõprehenderunt, illuminati sunt, & tenebræ non tenebrescent. Fuerunt enim aliquando tecebræ, nooe autem lux io Domino: tenebræ autẽ erant super faciem abyssi, & spiritus Domini fetebatur super aquas; & non mergebatur in aquis, neque suffocabatur; sed cuntinebat ab aquis aquas, & fouebat, & fœcundabat eas. Similiter autem super omnium hominum turba, tenebræ erant ignorantiæ rerum burarum, & torpore difficultatis terum agendarum premebantur, mobili fluxu vagæ cooeupiscentiæ fluctoantia, qoousque à Christo per spiritum illuminatecrur ad scientiam; sic ut ait, *Ipse inducet vos in omnem veritatem*, inflammarentur, & fœcuodarentur ad virtutem. Vnde est *sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto*, soluerentur & liquefierent tanquam aquæ vioæ salientes in vitam æternam sicut scriptum est, *Emittet verbũ suum & liquefaciet ea, flabit spiritus ejus & fluent aqua.* Datus est itaque spiritus idem de altiori de cœlo ad virtutem; qoi aotea datos est io inferiora, daodus quandoque ex altissimis ad altissima. Datus ad potestatem in terra, vbi adhuc regnant principatus & potestates; datur hodie ad virtutem de cœlo, quia oon restat colluctandum aduersùs carnem & sangoioẽ, sed aduersus principatus & potestates, aduersus rectores tenebrarum harum, aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus; dandus demom post resurrectionẽ corporum, cùm tradiderit filius regnum Deo & Patri: cùm euacuabitor omnis principatus & potestas, eritqoe Deus omnia io omnibus, ad gloriã & pacem, & ioconditatem, & lætitiam, & securitatem: sicut scriptom est. *Auferes spiritum eorum & deficient; & in pulverem suum reuertentur. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Sit gloria Domini in sæculum, lætabitur Dominus in operibus suis.* Hoc est donum spiritus principalis ad confirmationem, post omnem infirmitatem: quem postulans prophera ait. *Spiritu principali confirma me*, qui tam acceperat Spiritum sanctum ad iustificationem, & spiritum rectum, ad conuersionem. Spiritu enim recto dirigimur ad Deum: Spiritu sancto adhærentes illi; Spiritu principali recedimus ab illo. Spiritu recto corrigimur à malo: Spiritu sancto corroboramur ad bonum: Spiritu principali confirmamur in illo. Spiritu recto declinamus à malo; Spiritu sancto farim° bonum: Spiritu principali

Ephes. 4.

Psalm. 87.

Iean. 1.

Genes. 1.

Datur est multa media Spiritus sanctus.

Psalm. 103.

Psalm. 50.

iobabi-

inhabitamus in sæculum sæculi. In terra igitur dantur ad potestatem, de cælo ad virtutē: de præsentia Patris ad confirmationem. De potestate dicitur, quia insufflauit in eos, dicēs. *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remissa sunt eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Et alibi. *Dedit eis potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent.* Est ergo potestas in tribus: id est in eiciendis dæmonibus, in curandis languoribus, in dimittendis peccatis: quartò quoq; in confetendis gratiis: quæ omnia, cùm magna sint, & diuinæ potestatis opera, licut scriptū est; *Opera, quæ ego facio, facietis, & maiora horum* sanctis: tamen quodammodo exteriùs sunt, & exteriùs operantur, & communia esse possunt filijs & non filijs; fictis, & veris. Talia enim & Iudas cum alijs Apostolis ereditor egisse: & in iudicio plurimi dicent, *Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo signa fecimus*: qui tamen audituri sunt verbū abjectum, *Discedite à me nescio vos.* Benedictus autem Deus, qui dedit potestatem talem hominibus: sed virtute opus erat: vt qui potens est in alijs, fortis sit in seipso. Quæ vtilitas, quamvis magna potestas, per exorcismi gratiam ab alijs dæmonem eiicere; & per superbiam, aut inuidiam, aut iram, aut tristitiam, siue acediam, aut auaritiam, aut ingluuiem, aut luxuriā, in se habitantem dæmonem habere; aut etiā ploribus peccatorum plenū esse? Quid prodest, alijs posse peccata dimittere, & ipsum non posse peccato resistere, aut de peccato exire? *Infirmatur*, ait Apostolus, *quis vestrum? Inducat super se Presbyteros Ecclesiæ, & orabunt pro infirmo*, cùm sint fortassis ipsi infirmiores, aut infirmitate digniores: *& relevabitur ab infirmitate*: maximè ab illa, quā peccatum induxit: sicut de indigoè cōmonentibus Apostolus ait. *Propterea in vobis multi imbecilles, & dormiunt multi. Et si in peccatis sic, dimittentur ei*: & ab his sæpissimè, qui peccatis onusti incedunt, ac sibi dimittere non possunt. Seruus peccati dimittit peccatū: quàm gloriosus in potestate, tam ignominiosus in infirmitate. *Medice*, ioquit, *cura teipsum.* Qui prædicas, non furandum, quare furaris? Qui alios doces, doce teipsum. Sed vt hoc possit, qui potens est, & fortis sit in seipso, qui potens est in alijs; opus est ope de cælo, ac supindus virtute ex alto, qui potestatem accepit in voo. sicut scriptū est *Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.* Gloriosè potens ad imperandum dæmonijs, sed vtiliter fortis ad resistendū vitijs. Petrus ex potestate miracula fecit: sed ex infirmitate ad ancillulæ vocem ejulanter negauit. Hanc potestatem in Saluatore mirati Iudæi dicunt *Die nobis, in qua potestate hæc facis.* Hanc potestatē in Apostolis videns Simon ille magus, audire meruit. *Pecunia tua tecum sit in perditionem.* Non enim virtutē, qua fortis esset contra malitiam in corde; sed potestatem æmulatus est, qua gloriosus appareret in opere. Nōnulli hodie, vt plurimorum pace loquamur, contra Apostoli consilium, dicentis, *Æmulamini charismata meliora*, præterentis omnia ea quæ virtutis sunt potestati, æmulantur magis minora, & minùs maiora: vel de accepta potestate in immensum gloriantes, & non accepta peruersè ambientes, potestatis auidi, virtutis iecori, quæ reores amplius esse sublimes, quam humiles: præesse quam prodesse, posse quam esse. Ad hanc enim potestatem pertinere dignoscuntur, quæ à Sacerdotibus vel Præsulibus aut Prælatis fiunt, benedictiones, consecrationes, ordinationes, exorcisationes, & omnium impositiones; prælationes, prædicationes, baptisationes, absolutiones, excommunicationes quoquo, & maximè maxima potestas Eucharistiæ cōfectionis. In hæc ergo omnibus summopere tria attendenda putamus; ad quid, quales, quare accedant; ne aut humanum videlicet putent, quod diuinū est; aut præsumant superbi, auari, immundi, quod humilium & sanctorum est; aut, vt breui absoluatur, corrigendi, quod correctorum esse dignoscitur aut in spiritualibus & cœlestibus terrenum quippiam, aut carnale meditentur. Hactenus autem de potestate diximus, pro qua de abstentibus ea dictum est. *Potentes potenter patientur tormenta, & fortioribus fortior instat cruciatus.* Et alibi. *Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles* Virtute verò quę adauimi custodia datur, nemo abuitur. Virtus verò tota in veritate cbatitatis & charitate veritatis consistit: tantùm ex veritate illuminās ad cognoscendum, quantūmex chatitate inflamans ad diligendū. Sicut enim sine chatitate scientia inflat, sic sine scientia charitas obcrrat. Vt de veritas in Evangelio. *Cum hæc*, inquit, *fecerint vobis arbitrabuntur se obsequiū præstare Deo.* In Apostolo qooque consimiles logens charitatx ait. *Testimonium perhibeo illis, quod zelum Dei habent, sed non secundùm scientiam.* Scientia ergo, sed sine charitate, inflat; charitas verò, sed cum scientia, ædificat. Sed cum discipuli consummata mouerentur bobie virtute ex alto, datus est eis in ignis chatitate, & ardore Spiritus de cælo, ioducens ex claritate in omnem vcritatem; conflagrans ex ardore in omnem charitatem. Exaruit ergo tanquam testa de molli loto virtus eorum; emicuit tanquam lucerna pedibus nostris vittos eorum Hinc est ergo, quod qui in passione sua Dominum paulò antè tacuit & timidi omnes, aut defuerunt, aut negauerunt, modò diserti & feruidi dicuot. *Non possumus non loqui quæ audiuimus & vidimus. Vos ipsi*, inquiunt, *iudicate, vtrū obedire magis oporteat Deo, an hominibus.* O qui homines, sicut homines paulò antè timebatis, vnde tam subita vobis fortitudo; vt homines iam super homines amodo non timeatis? Qui paulò antè propter metū Iodæorum angusta & obscura colludebamini domo, quomodo nunc cum tanta fiducia palam estis loquentes in templo? Verè sicut scriptum est, *Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem.* Hæc est ergo, carissimi, hæc est motatio dexteræ excelsi. Spiritus eoim Domini ornauit hodie cœlos, & obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Tortuosus coluber primis parentibus & patricidis nostris, quæ nec occidentur quàm genuerunt, tortitudinem omnium seminatte infixit. Eductus est ergo com tortitudinibus suis coluber tortuosus, quia princeps huius mundi eiectus est foras: & iam ad discipulos vcotens, in eis etiam non habet quicquam. Totum enim Spiritus repleuit orbem terrarum; & qui scientiam habet vobis, linguas ad omne genos verbi informat. Hinc est, quòd & totam domum repleuit, & linguæ figuram detulit, spiritus qoi ratione præfata in igne venit. Nunc ergo iudicium est mundi: sicut fuit olim cæli. Sicut enim tunc proiecto Leuiathan, vicio serpente tortuoso, purgatum est cælum: & Spiritus Dñi, id est charisma Dei, replentes ornauit cælos, id est Angelos in charitate confirmatos: ita & nunc

Iohan. 20.
Iohan. 14.
Matth. 7.
Iac. 5.
1. Cor. 11.
Luc. 4.
Psalm. 23.
Matth. 21.
Act. 8.
1. Cor. 12.
Ambitie vgnitur.
Sap. 6.
Luc. 1.
Ioann. 16.
Rom. 10.
Act. 5.
Isai. 40.
Iob 26.
Sap. 1.

iudicato mundo, ac eiecto cum tortitudinibus tuis diabolo, purgantur cœli, qui enarrant gloriam Dei: & caritate Dei diffusa per Spiritum sanctum in cordibus eorũ, replentur, ornatur, confirmantur, adeò vt foras mittatur timor, & cum fiducia loquantur verbũ Dei. Tortitudines enim, & anfractus serpentum sunt, timere non timenda, non timere timenda. Hoc veneno infect° distabuit vsque ad etiam negationẽ Petrus. Similiter amare non amanda, & non amare amanda. Hoc quoque Iudas peccauit, traditus sanguinem iustũ iniustè.

Fontes malorum quinam.

Hæc sunt ergo omnũ tortitudinum ac vitiorum origines ac fontes malorũ: quos cùm caritas exsiccat, totũ replet, totum possidet: & omnia cõtinens, in omnem scientiam veritatis inducit. Spiritus enim Dñi hodie repleuit orbem terrarum: qui tunc reprobato mundo in maligno posito, in solis illis seminaliter extitit, quos bodie Spiritus replenit. De his enim scriptum est. *Etenim firmauit orbem terra, qui non commouebitur.* Firmatur enim virtute ex alto de aduentu Paracleti, ne commoueatur timore aut amore, vt peccare velit, qui confirmabitur adhuc de præsentia vultus patris, vt nulla occasione peccare possit. Nunc autẽ totum replet charitas, omnia continet virtus, cuncta veritas illustrat per scientiam. Tunc verò erit omnia in omnib° vnus Deus, fons indeficiens caritatis, virtutis, ac veritatis. Virtus ergo, quã caritas inflammat, & veritas illuminat, prudens, sobria, patiens, ac iustaest. Per prudentiam vitat temeritates, præsumptiones nouitatũ, fraudulenta consilia, & falsi nominis scientiam, astutias Satanæ, ac circumventiones malignantiũ. Et vt breviter dictum sit, draconem conculcat, & Satanam transfigurantem se in Angelum lucis sub pedibus suis comerit velocitet. Per sobrietatem concupiscentiam carnis refrænat, ac internarum scaturiginum æstus refrigerat: ambulans super aspidẽ & basiliscum, dum per abstinentiam sucentores voluptatis effugit, & paupertatis amore, auaritiæ ministros eludit. Per patientiam verò efficitur, vt neminem ism timeat: à timore inimicorum, qui occidunt corpus, & postea non habent, quid faciant, eripitur: lo dibria & verbera asperta, insuper & vincula, & carceres: Ispidationes, sectiones, ac omniũ generum crudaliter exquisitas mortes fortiter exuperat: leonem conculcans, & omnem diabolicæ aduentionis rabiem, tam pusillanimitatis videlicet spiritum, quàm tempestatis, magnanimitate triomphans. Per iustitiam verò omnibus æquitatem custodit, nullius personam accipit, quibus potest benefacit, omnibus bene cupit, sapientibus & insipientibus debitum solvit, omnes sicut se diligit, domesticorũ maximè curam gerit. Et quæ per cætera dæmones vicit, per iustitiã Angelis interim similia existit, donec tertio donò sancti Spiritus æqualis esse possit. Ecce, dilectissimi, quales, & quàm fortes hodie facit Spiritus secundo dono de alto, qui potentes fecit donò primo in imo: & factur° est tertiò glorioso in summo. Eia, dilectissimi, de potestate ac virtute, quod Dominus dedit, eò scrupulosiùs, quò minùs habemus, disputauimus. De gloria verò, cùm gloriosi erimus, eò erit facilis disputatio, quò felix possessio: quam nobis præstare dignetur Spiritus sanctus: qui cum Patre & Filio viuit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Pſalm. 92.

Virtutes Cardinales charitatis assecla.

Hebr. 11.

Sirmo secundus, In eadem ſolemnitate Pentecoſtes.

COmedite, amici mei: bibite, & inebriamini, cariſſimi. De more post messes celebratos vindemiæ: & sacramentis cælestibus deseruite noscuntur temporum dispositiones. Facier quoque creaturæ illuminator, ad faciem Creatoris contuendam. A creatura etenim mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur inuisibilia Dei. Seruit ergo mundus iste visibilis domino suo, id est homini, ad sustentationem: seruit quoque ad eruditionem. Pascit, arudit, sustinet, & docet bonus seruus, si malum dominum non habet. Doctrina Dei foris in creatura: imago Dei intus in anima: & inter hæc duo magna luminaria, luminare maius, & luminare minus, quæ præsunt diei ac nocti, quasi sine luce, tota die & nocte cæcus manu palpat. Stultus & miser, cuius oculi in finibus terræ, vt non nisi tenebras videat, totum mundum cogit ventri & dosto deseruire: qui nescit, quare factus sit mundus. Existimat autem tam magnũ mundam feciſſe Deum, ob tam modicum ventrem. O quàm pessimus ignis ventris! qui tanta consumit, & iterum dicit, Affes, affes. Quosdam, proh dolor! ad dedritionem tantam ventet compulit, vt colatur ab eis, tamquam sit Deus: & pro eius imperio contemnatur is, qui verus aſt Deus. Tales, dilectissimi, dum ipſi sedent comedere & bibere, & surgnnt postea ludere, luget Apostol°, dicens. *Multi ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico: inimicos crucis Christi: quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum.* Tales cùm audiunt ex Scripturis diuinis, quod modò proposuimus, *Comedite, amici, & bibite, & inebriamini, cariſſimi*: ac his similia, prætet vsitatos sapores, & consueta sallimenta, nihil eis sapera potest. Vsus enim reddit magistrum, & consuetudo est altera natura. Talea eùm talium à nobis, & ab aliis arguũtur, Quare, inquiunt, fecit ea Dominus, nisi vt vteremur illis? Ergone omnium omnis vsus in ore? Verè ergo omnis labor hominis in ore eius. Nos autem, dilectissimi, quorum spiritus est Deus, sicut in rebus factis intelligibilia: sic & in verbis carnalibus spiritualia conspiciamus: maximè hodie Spiritu misso de cælo, ad spiritualia timanda iuuandos nos diffidere non debemus. Superioti igitur solemnitate Paschali panem nostrũ de cælo messuimus: collectus est enim & excussus, dum captus ac flagellatus, multis quoque quæstionibus & exquisitionibus inter Iudæos ac Gentiles pertractus, igne tandem passionis, & clibano crucis excoctus panis, qui de cælo descendit, & dat vitã mundo. Hunc comedite, amici: quem præpasauerunt inimici. Nam sicut alibi scriptum est, *Qui flatulus est, seruiet sapienti.* Alij laborauerunt: in laboras eorum introite. Comedite ergo, amici, & ideo comedite, vt sitis amici: qui enim contemnit comedere, nequaquam amicus poterit existere. Comedit Angelus, tamquam ciuis ac domesticus, ore pleno, ac in voce exultationis & laudis ex adipe frumenti farsatur: comedat peregrinus & pauper homo pro suo modulo cum iustore florem: os saltem non recreatus tali viatico, deficiat abstinere inchoato. *Si dimisero* inquit, *eos* omnino *ieiunos, deficient in via: à longè enim venerunt*, & sustinuerunt triduo, propter Trinitatis fidem. Infidelibus enim non creuit letus seipsum.

Cant. 5.

Rom. 1.

Philip. 3.

Cant. 5.

Messis spiritualis sit in festo paschali.

Prou. 11.

Marc. 8.

Hodie igitur quasi post talem messem similes celebrantes vindemiæ. Post quinquaginta enim dies à sancto Pascha Spiritus ille paracletus, in quo est omnis ab opere malo, & in opere bono, ac super omne opus in tranquillitate & pace, Sanctorum sabbatismus, de plenitudine vitis veræ, colus Patris agricola est, copiosè in discipulorum corda influxit: quorum mentium purgatissimas ac religatissimas à Dei Filio apotbecas vino forti & lucido replevit. Spiritus etenim Dñi à Patre & Filio missus, repleuis orbem terrarum: totumque sibi sua fortitudine vendicans, memoriã, sensum, voluntatem, continuis omnia: eoque more vini fortissimi à semetipso prorsus alienaus, scientiã, quã habuit vocis, edocoit: ita vt sobriè sobrius nõ iam moneretur, regeretur, loqueretur sensu & spiritu: sed vini calore, odore, ac virtute omnia fierent. Meritò ergo Iudæi musto madere deputant, quos Spiritus repleuerat. Inebriati quippe erant, sed ab vbertate domus Dei. Domus nimirũ Patris Filius, & domus Filij Pater. *Nescitis*, inquit *quòd Pater in me est, & ego in Patre?* Vbertas verò, ac plenitudo virtusque Spiritus sanctus: totteos quoq, voluptatis eorum, vnde potati istt etant, & inebriati, in Patre & Filio fons indeficiẽs vbertatis, prodicipulis tottetus voluptatis, & ab illis totteos iocundans gloriæ Gentium. Spiritus, qui oec vinũ, nec aqua est propsietate, vttomque dicitur similitudine: vinum, quia inebriat feruote charitatis: aqua, quia refrigerat ab æstu copiditatis. Hanc desiderans aquã Propheta, ait. *Remitte mihi, vt refrigerer, priusquã abeam.* Ad hoc invitabat, qui stans clamabat. *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, & flumina de ventre eius fluent aqua viua.* Hoc, inquit Evãgelista dixit, *de spiritu, quem acceptur erant credentes in eum.* Ecce, quia non biboot hoc vinũ, siue hanc aquam, nisi credentes in eum: sicut non comedunt illum panem, nisi qui tiduo sustinent eũ: sustineamus, & comedam°: credamus, & bibamos: comedamus, vt amici efficiamur: bibamos, vt castitate castissimi facti inebriemur. Caritas etenim sicut vinum miscetur: maximè vbi sanctotia mẽsam ponit, vinum miscet, & ad conuiuium parvulos vocat. Sola nãque inuitatur humilitas ad cõviuium sapientiæ, vbi panis est veritas, vioũ caritas: charitas qooqoe velut aqua effonditur, vbi ad ablutionẽ conceditur. Hic ordo nimirũ congru° est, vt accessurus ad mensam, prius manus lauet. *Lauamini*, inqolt, *mundi estote.* Et alibi. *Si laueris Dominus sordem filiarum Sion, in spiritu iudicij, & spiritu ardoris.* Hoc desiderans Propheta, otat. *Amplius lauame Domine, ab iniquitate mea, & à peccato meo mũda me.* Et alibi. *Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum, Domine.* Altate Dñi mensa est, vude manducamur, & bibimus, carnem Christi, qui verè est cibos, & sanguinem eius, qui verè est potus. Baptism° ablui, altare pascit: sed sine caritate, quæ fruct° est, oeutrũ proficis, Charitas ergo iorum efficit, sine qua noo vales quidquid sit. Caritas ergo est aqua, qoæ lauat: vinum, quod inebriat. Lauat à vitiis, Inebriat virtutibus. Lauat inquinatos amore huius mundi, inebriat mundatos amore Dei. Laoat sordidatos amore sui, inebriat purgatos amore proximi. Charitas autẽ spiritus est: quia spiritus est charitas. Itaqoe veritas cibat, charitas potat, virtus corroborat. Veritas Filius, caritas Spiritus, Pater virtus. Per veritatem & charitatẽ, quæ à nobis propter nos missæ sunt, peroeniemus ad virtutẽ, quando ad Patrem. Pater autem omnimodã col-

Post messem fit hodie vindemia.

Ioan. 14.

Psalm. 39. Ioann. 7.

Isai. 1. & 4.

Psalm. 50. & 25.

Charitas est vinum & aqua.

latutus est satietatẽ, sicut scriptum est. *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* Satietas autem illa misifica de vultu Patris perfectũ tobos conferet, omnem esurici & sitis passionẽ auferet, sicut scriptum est. *Non esurient, neque sitient amplius.* Omne oblectameotũ ætetnom illod coouioiom sine fastidio dabit, & sine passione desiderabit. Tunc ibi edemus & bibemus, sicut hic promittit, qui nõ fallit, Filius, cum ipso ooet mensam suam io tegno Patris sui, in sublimi illo altari, in conspectu diuinæ maiestatis: veritate incidi, caritate fervidi, virtute validi. Interim etgo de huius altaris infectioris participatione gaudemus eũ Christo, quod pro nobis ipse gustaoit: sedentes ad mensam diuitis, qui pro nobis factus est pauper, præpatemus, simulq, vt eius participe ditemur, & cũ ipso fruamur diuitijs, cuius paupertatem non refugimus. Hic comedentes ac bibentes frumentom electorum, & vinum germinans virgines, ipsumque adnoo inoitantes: vt, sicut scriptum est, introeat ad nos, qe cœnet nobiscum. Sed quoniã nos tepidi lumus, aç raiẽ conuioam aut facilè obliuiscimor, aut contemnimus inoitare: ecce ad ostium stat, & pulsat: & siquis apetit ei, intiat ac cœnat cum eo. Aperiamus illi, dilectissimi, & de inopia nostra eius libentei ac deuotè refectamus abundaotiam, vt aliquando repleamur bonis domos ioæ: ipso præstante, qui vioit & regnat Deus, per o. s. l. Amen.

Apocal. 7.

Ioan. 14.

Sermo 2. in eadem solemnitate.

Rom. 5.

Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Patũ erat, dilectissimi, vt Dei filius nobis daretur, sicut scriptum est, *Parvulus natus est nobis, filius datus est nobis*: nisi etiam Spiritus sanct° nobis donaretot. An & ipse Pater aliquãdo nobis donabitur, vt qui nihil sumus, totum accipiamus: & qui totã humanitatẽ perdidimus, tota divinitate donemur? Quis audiit talja? Cæci eram°: nata est in tenebris lox, quæ nos illumioaret. Et hæc est Christi pro nobis de uobis io nobis natinitat°: quam accepit pro nobis, cootulit etiã oobis: & hic est Christi pro nobis baptismus: quasi alia quædam natioitas, qua oascetemur in illo, qoi nat° erat io pobis: & sicut ille in nobis, sic etiam nos in illo: ille per Spiritum sanctum hominis filius de Maria virgine: oos per eũdem Spiritom Dei filij de Ecclesia virgine. Servoi malt eram° sub peccato: ipse bene seruiuit pro nobis, obediens Patri io institia, obediẽtia sua solvens debitũ obsequij nostri. Et hæc est vita Christi pro nobis. Filij mortis eramus pro peccato: stipendia enim peccati mors: ipse mortiẽs pro nobis, expianit piaculum reatus nostri: & hæc est mors Christi pro nobis. Ecce, dilectissimi, omnia vobis, quorũ natiuitas foit immonda, vita peruersa, mors periculosa, iam per gratiam Christi cõmutata sũt in melius: sicut habet Psalmi titulus, *Pro his, qui commutabuntur.* Natiuitas enim iam sancta, sicut scriptũ est, *Quod nascetur ex te sanctum*: vita iusta, *Iustus*, inqoit, *meus ex fide vivit*: mors victoria, *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam, per Dominum nostrum Iesum Christum.* Quid ergo, obsecro, fiãta nobis superioribus solemnitatib° gratiarum collatio cõstat, quos erat huius hodiernæ celebritatis indulgentia? Quia deriat perfectè reconciliatis, quod adhuc debuissẽt? Quia Filium nobis donauit: quomodo cum illo omnia nobis donauit? Nõne, siue Paulus, siue Cephas, siue Apollo, omnia nostra sunt, si nos Christi? Excepto quod mundus iste visibilis cum omnibus clementis suis

Per spiritũ sanctum summus filij Dei.

Luc. 1.

2. Cor. 15.

An spiritus sancti missio necessaria. Ioann. 15.

Omnia ministeria sunt. Hebr. 1. el rerũ ipsa cũm omni plenitudine & ornatu tuo nobis seruiunt: nõne Angeli omnes administratorij sunt spiritus, in ministerium missi, propter eos, qui hereditatẽ capiunt salutis? Parum est hoc. *Matt. 20.* Deus Dei filius, & ipse homo hominis filius, non venit ministrari à nobis, sed ministrare nobis: ac dilectam animã suam ponere: quam dedit sedemptionem pro multis. Quis vnquam vidit fieri hæc? Dominus noster vbique est minister noster. Pro nobis nascitur, pro nobis viuit, pro nobis moritur, pro nobis resurgit, pro nobis ascendit: sicut *Ioan. 14.* scriptum est. *Si quemadmodum dixissem vobis, Vado parare vobis locum.* Quibus locum aufert in mundo, *Ibidem.* locum parat in cælo, pro nobis iterũ veniet è cælo. *Veniam*, inquit, *iterum ad vos, & accipiam vos ad meipsum.* Vere qui fecit nos, omnia fecit propter nos: quare & nos non omnia propter ipsum? Sed ecce iterum, quid opus erat hac solemnitate? Quid vltra hæc faciet altus Paracletus? Iniuriam fecimus Deo: sed sicut vulgò dicitur, tecũ ei fecimus: caput quereliæ sublimus, vsdiumque, vt dicitur, pro satisfacto dedimus: ablatum ei hominem, reddidimus ei meliorem: raptum seruum, solvimus filium. Quid amplius? Causã iniuriæ, querelam abstulimus, conuicti sumus, pro iudicio cuncta restituimus. Nonne hæc sufficere possunt? Vtique: sed ad redẽptionem, non ad gratiam: ad iustitiam, non ad amicitiam. Ecce iustus de præterito: quid faciet de futuro, qui septies cadit in die? Cuius ab adolescentia sensus pronus est in malum, quis seruabit eum in bono: aut si ceciderit, quis resurget eum? Væ soli: si ceciderit, nõ est, qui suscitet eum. Audeo dicere, sine spiritu solus est Christus. Nam sine spiritu Christum solũ habens, solus est. Non enim sine causa post Christũ *Ioann. 16.* mittitur Spiritus. *Expedit*, inquit, vobis, vt ego vadam, alioqui Paracletus non veniet. Dicamus simpliciter, maximè propter simplices & illiteratos fratres, qui supra sermonẽ trium loquentes nõ intelligunt. Potens quisquam ratione ponit cum seruo suo. Accusatum de damno sibi illato convincit, cõvictum tenet, arguit, suffocat, donec reddat nouissimum quadrantẽ, & de iniuria pœnam iudicialem det. Quid ergo? Dimittitus, dicitur ei. Vade, & iam amplius noli peccare, ne deterius tibi contingat. Liber es: sed si inciderit in manus meas, non sic euades: horrendum est enim incidere in manus domini. Sed quis poterit ab occasionibus domini sui se seruus custodire? Quomodo poterit durare, si in omnibus vult eum dominus suus obsecundare, si nihil donare, si omnia imputare? Infelix seruus, cui dominus suus imputat omne peccatum. Ideo qui sapiens est seruus, postquam dño suo omnia restituit, de ceteto eius gratiam quærit, & amorẽ de reliquo, & bonam pacem de futuro: ne velit aduersùs eum occasiones quærere, accusatorẽ facilè recipere: & post omnia osculum, quasi caritatis & pacis signaculum, nõ prætermittit. Hæc est, dilectissimi, præsentis dei gratia. Conuicti sumus de rapina, & quod soluere non potuimus, soluit pro nobis Christus. Facti sumus liberi, sed nondum amici: euasimus de præterito, sed securi non sumus de futuro. Et quisiterũ adversùs iustitiam eius stare potent, si charitas eius nihil remittit: quis eum celare poterit, si charitas non operit? Hoc totum quod tam prolixè tractamus, cõsiderans Propheta Dauid, paucis absoluit *Psalm. 140.* *Ante faciem*, inquit, *frigoris eius*, id est ante rigorẽ inflexibilis iustitiæ eius cuncta obseruantis ac imputantis, *quis sustinebit? Emittet*, inquit, *verbum suum* id est Christum, *& liquefaciet eos.* Soluet ea. Christ' enim omnia soluit: qui opera diaboli solvere venit, *Flabit*, inquit, *spiritus eius*: sicut hodie, *Act. 40.* cùm factus est de cælo sonus, tãquam advenientis spiritus, id est venti, vehementis: & quæ solutæ erant aquæ per Verbum, fluunt sine impedimento in vitam æternam. Datur itaque per Spiritum sanctũ gratia post iustitiam: & servus qui dimissus est liber per Filium, efficitur hodie amicus per Spiritum. Hodie post iustitiam de iniuria acceptam, osculatur Dominus seruum, imò amicus amicum osculo oris sui. Si enim Filius os Patris rectè intelligitur, rectè Spiritus osculũ oris dicitur. Osculum ergo figuraculum est in posterum dilectionis & charitatis. Charitas enim diffusa est in cor- *Rom. 5.* dibus nostris per Spiritum sanctũ, qui datus est nobis. Charitas omnia operit, nihil imputat, omnia portat, omnia excusat, omnia condonat. Septies in die cadit per seipsum iustificatus per Christum: septies in die erigitur per Spiritum. Itaque hodie dedit nobis Deus per Christum increpationem pro nobis charitatẽ & amorem suum: vt sicut per Christum, in quo Deus ipse erat, reconciliauit sibi Deus mundum, non reputans ei præterita delicta, sic & per Spiritum, in quo etiam erat, confœderauit sibi reconciliatum, non imputans ei futura. Vndè & scriptum est. *Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum.* Per Christũ omnia condonat: per Spiritũ nulla imputat. Et forassis nõ omnibus, quibus omnia condonat, nihil imputat. Christus itaque mediator quodãmodo ad iustitiam: Spiritus ad amicitiam, Christus ad veritatẽ: Spiritus ad charitatem. Christus ad remissionem: Spiritus ad conseruationem. Christus ad indulgẽtiam: Spiritus ad perseuerantiam. Christus ad absolutionẽ: Spiritus ad colligationem. Omnia tamen Christus, & omnia Spiritus indiuisè operantur. Omnia enim Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, simul & æquiliter operantur: qui sine confusione sunt vnũ, & sine diuisione tres. Filius tamen quodãmodo quasi proprium Patre habet legationem, à quo solo mittitur: Spiritus quoque quasi suam ab vtroque, qui mittitur ab vtroque. Filius ergo quasi iratum placat Patrẽ, & inimicitias solvit: Spiritus quasi iustum temperat, quodãmodo mitigat, & ad amicitias vocat. Inter iniquitatem rei, & æquitatem Iudicis, Filius reconciliatos, & aduocatus intercedit, iustitiæ reconciliari, ac maiestatem placari: Spiritus delinitor & Paracletus intervenit. Sicut enim aër iste fomentum quoddam, & quasi balneum est rerum viuentium: ex ipso, ac sub ipso contemperans eis intolerabilem superioris elementi æstum suæ naturæ suauitate, & gratia: sic & Spiritus sanctus super spirituales superfertur aquas, medius quodãmodo inter earum corporem, ac supremæ æquitatis rigorem: protegens eas, & confouens, ac fœcundans sua charitate & gratia, ne prorsus absumantur, ac terra siccitate fatiscat. Quod considerans Propheta, ait. *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* *Psal. 142.* Tibi videlicet cælo & igni consumenti. *Velociter exaudi me, Domine*: immittendo Spiritum tuum: *quia defecit spiritus meus.* Et quia aëri spiritus assimilatur, charitas diffundi per Spiritum dicitur. Terra nimirum propriè deorsum iacet, ignis aclitur sursum, aqua labitur, aër diffunditur: quod etiam in odoribus facilè dignoscitur. Dicunt etiam cælum esse volubile, & tanta velocitate ipsum, quod Aplanos dicitur, circumferti ab Oriente per Occasum in Orientẽ, vt suo in-

Gratia aduentus Spiritussancti.

Filius legatus Patris, Spiritussanctus vtriusque.

tolerabili impetu cuncta in ferocia ruiſſimè inuerteret, niſi opifici prouidentia ſeptem ſtellarum, quas planetas vocant, obuio cuiſu, id eſt ab Occidente per Orientem in Occidentem tardaretur; quatenus ſicut aër ab æſtu, ſic planetæ ab impetu firmamenti inferioribus munimini ſint & tutelæ. Quod totum huic aſſeruiunt facilè conſtruit; & à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta hic conſpici poſſunt. Septiformis etenim Spiritus ſancti gratia, qua nobis conſulit, & pacis eccleſiæ præſtat, obuio quodammodo motu, illam diuinæ velocitatis ſtabili motu ſimul cuncta luſtrantis, & examinantis æquitate contemperat; & ne cum ſeruis ſuis, qui non poſſunt reſpondere ei vnum pro mille, in cuius conſpectu non iuſtificabitur omnis viuens, nec mundi ſunt cœli; & qui in Angelis ſuis reperit prauitatem, in iudicium ſtatim iotret, retardat. Sola enim Dei benignitas, quæ nobis ſeptemplicitèr ſuperfertur, eius nobis ſeueritatem temperat, maieſtatem inclinat, vltionem tardat: & dum ſe libi, qui tam bonus eſt, quàm magnus; tam pius, quàm totus, quodammodo obijcit; peccatori pœnitendi ſpatium inuenit; ſicut ait Apoſtolus. *An ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Hanc bonitatem & magnitudinem ſimul conſiderans Prophetа, ait. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri.* Ex bonitate enim laudabilis & amabilis Deus; quantùm ex magnitudine & ſeueritate terribilis. Qui conſiderat ſine bonitate ſeueritatem deſperat; qui ſine ſeueritate bonitatem, è contrario in ſpe peccat. Ideo ſicut ait Apoſtolus, conſidera bonitatem & ſeueritatẽ Dei: ſeueritatem in his qui peccant, bonitatem in te, ſi permanſeris in bonitate: alioquin & tu exſcideris. Veſtræ, fratres, exceſitationi, qui debetis ex paucis pluta colligere, & ex ſummatim tactis vel perſtrictis magna elicere, relinquimus planerarum numero & ordini, ſpiritum gratias conferre; quatenus ſicut à luna ad Saturnũ gradatim aſcenditur; ſic à ſpiritu timoris inchoantes, qui multam habet eum ipſa luna ſimilitudinem, quæ & infirma & gelida naturaliter eſt, & nocti præſidet, humoribus dominatur, & ex alio lumen mutuat; ad vſque ſpiritum ſapientiæ, qui in ſenibus eſt, & maturos facit, graueſque & cœlo proximos, conferendo aſcendatis. Aderit ipſe ſpiritus intellectus, ne à veritate abcertetis; & cõſilij, ne alibi vanitate teuocemini; & fortitudinis, ne propria infirmitate fatigemini; quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre & Filio, de Patre & Filio, in Patre & Filio, vnus eſt vnus, & verus, omnipotens Deus; per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Metus planetarum ſeptiformis gratia Spiritus comparatus.

Rom. 2.

Pſal. 47.

Rom. 11.

Sermo 1. *In nativitate ſancti Ioannis Baptiſtæ.*

Matth. 11. Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Teſtimonium illud, Dilectiſſimi, Domini & Saluatoris noſtri de baptiſta ſuo Ioanne, adeo nos de excellentia gloriæ eius certos efficit, vt nõ dubiremus, eum omine inferiorem, etſi non, vt quidam putant, omnibus ſuperiorem. Nemini quidem, ſecundùm hanc veritatis atteſtationem, eſt in regno Dei ſecundus; nec tamen, quantùm hæc auctoritas habet, omnium primus. Si non habet maiorẽ, quis eum negare audeat, tametſi nec affirmare præſumat, non etiam habere æqualem? Nam quod non nulli verbo adhærentes, quod dixit, *Surrexit*, de prioribus illo Sanctis tantummodo intelligunt, neminem fuiſſe maiorem, non de futuris; ſicut nouum, ſic & primum credimus. Nemo enim Sanctorum ſic expoſuit, nec eccleſia Chriſti hucuſque audiuit. Beato tamen Ambroſio ſe muniunt, quem eius laude ſit eccinit. *Maior Propheta, & minor Angelus.* O vtinam addidiſſet, *ſolus*. Nec tamen dixit Apoſtolus, ſed Angelis. Sed nec inquit Apoſtolis, ſed prophetis ſimpliciter maior, & ſimpliciter Angelis minor. Nihil igitur agit exemplum, quod litem linitæ ſoluit. Plurima ergo laude exollitur, qui inter natos mulierum nemini ſupponitur. Nam dum in hoc eorum rubili agitur, quod animam eccleſiæ deſiderio tam leuem, & quodammodo euolare geſtientem grauat; vbi tertiana inhabitatio ſenſum, ab vno quod neceſſarium eſt, ad multa quæ conturbant, quæ ſolicitant, & eò ſolicitant, quò turbant, deprimit; etiam tam maximus mortalium minor eſt minimo Angelorum. Vnde & de eodem Ioanne dicitur. *Qui minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo.* Cum autem è corporea moſe, & carnis caligine cæcus, lucida & libera anima ſuperas euadet ad auras; haud inficiemur, plurimos ſanctorum multa millia Angelorum tantuolare. Beatus tamen, quẽ nobis opponunt, Ambroſius, quod dictum eſt, *Qui minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo* pro nobis faciens, ſic exponit. *Qui minor eſt, in oculis ſuis videlicet, id eſt humilior in regno cœlorum, hoc eſt Eccleſia præſens, major ſecundum eumdem intellectum eſt Ioanne.* Quod ſi omnium eſt Ioannes humillimus, omniũ vtique eſt etiam ſublimiſſimus. Omnis enim qui ſe humiliat exaltabitur: & quãtùm ſe humiliat, tantum ſe exaltabit. Minimus ergo omnium, maximus eſt vniuerſorum: & quò quiſque maior eſt minimorum, cò minor eſt maximo. Præterea natiuitas illa cò plus cæteris ſanctorum naralibus colitur, quòd ſacramentalis & figurativa eſſe dignoſcitur. Sicut enim prædicatione, & baptiſatione, & conuerſatione vitæ, & qualitate mortis, & miraculo natiuitatis, vox verbum præcinit, præcurſor Dominum præcucurrit, Propheta ventorum prædicauit, pluſquam propheta preſentem monſtrauit, Angelus quem euangelizauerat deſignauit; neque hoc tãtum viuis in mundo, verum etiam mortuis in inferno. Natus ergo contra naturam, cum præfiguravit, qui naſcitur vs etat ſupra naturam. Hic contra naturæ ſolitum: ille ſupra naturæ debitũ. Hic mirabiliter: ille ſingulariter. Huius tatum extiterat antea exemplum illius omnino nullum. Elizabeth ſterilitas Mariæ virginitatẽ figurauit. Hinc grauida ſterilitas; hinc fœcunda virginitas. Vnam edidit anus; propter vnum, quem peperit virgo. Pater Ioannis ſupra ætatem veiulus: pater Chriſti in omni ætate nullus. Sicut enim ſilentium genealogiæ Melchiſedech in ſcripturis, ineffabilitatem generationis Chriſti præſignat; ſic & Zachariæ ſenectus, in Chriſto paternæ generationis defectum notat. Hic ergo genuit vetus; ibi nullus. Hic dono gratiæ genuit, qui naturâ, nec gratiâ quiſquam genuit, vbi dator gratiæ, qui exactor naturæ, ſolus totum effecit. Sic nimirum decuit, vt in figura vbique minùs. & in veritate vbique magis inueniretur. Mane enim & veſpere eorporibus ſuis longiores ſunt vmbræ; meridie autem breuiores. Mane prophetia, veſpere memoria, meridie Chriſti preſentia. Ideo & Chriſto creſcente Ioannẽ minui oportebat, Chriſtumque morte exaltati, & Ioannem capite minui, Chriſtũque creſcente die natæ, & Ioannem

Meritus planetarum ſeptiformis gratia Spiritus comparatus.

Rom. 2.

Pſal. 47.

Rom. 11.

Frivola expoſitio verborum Chriſti.

Ambroſ. in hymno.

Matth. 11.

Humillimus omnium ſublimiſſimus.

S. Ioannes nemini ſecundus; an omnium primus.

Geneſ. 14. *Hebr.* 5.

minui oportebat: Christũque morte exaltari, ac Ioannem capite minui: Christum crescente die nasci, Ioannem decrescente, Præterea coniugiũ Zachariæ & Elizabeth, unde per naturam nullus, per gratiam tanto generatur: quod Ioannem quidem parit, & Christum promittit: aliud quoddam, ac secretius in hominibus coniugium mystice significat. Sicut enim exterius inter virum & mulierẽ notum illud ac visitatum est matrimonium, intus ac carnem & carnẽ, ꝙ nihil generat super carnem: sic interior in homine ac mulierem aliud datat inter carnem ac spiritum, generans in carne per spiritum. Adhuc quoque intimius & tertiũ in ipsa hominis ac mulieris anima rationali invenitur, totũ in spiritu, quod liberum arbitrium dicitur: ubi ratio est Zacharias, Elizabeth voluntas. Liberũ enim arbitrium quid aliud est, quàm libera cum ratione voluntas? Ex ratione arbitrium, ex voluntate liberum. Ratio itaque non solùm tamquã vir regere debet cordis affectum, ac omnẽ corporis & animæ motum: sed tamquam Dñi Sacerdos ad Sancta sanctorũ penetrare: ac revelata facie speculari, quod fas non est populis: & præstolantibus foris seusuũ & imaginationum turbis, intus revelatione erudiri. Voluntas verò animi, sive cordis affectus, debet obedire rationi, & tamquam mulier subdita esse viro: ac sine eius eõplacito nihil in subditia audere, nihil in extraneis præsumere: de viro tantùm fœcundari, adulterinos omnino horrere amplexus. Cõposita quippe interior domus tua est, si inconsulta ratione nihil præsumat affectus. Affectus quidẽ operi nomen imponit: ut secundùm ipsum dicatur opus bonum, aut pravum: affectũ ratio iure regit, sicut vir uxorem: ut secundùm rationẽ dicatur affectus lucidus, aut tenebrosus, illegitimus, aut illegitimus. Qui enim sapientes sunt, ut malũ faciant, inordinatam habent conscientiam: ubi ratio servit, & dominatur affectus: præit voluntas, ratio sequitur: vtiturq; ratione contra rationẽ cordis cõcupiscentia. Haud ita Zacharias iste, & uxor eius Elizabeth. *Erant enim ambo iusti, & proficientes in diebus suis*: sed sine fœtu, sed sine fructu. Ideo quippe magis sine fœtu, quia in diebus suis: ideo magis steriles, quia senes. Novitas quippe, vel nova, vel innovata, fructificat. Novitas nova in Virgine Christum parit, renovata in sterili parit Ioannem. Iusti tamen erãt, quia ordinati & compositi erant: sed fœcundi per se esse non poterant, quia de veruſtate veteris Adæ adhuc veteres erant. In philosophis olim & sapientibus huius sæculi, cõposita esse poterat, & ordinata interioris hominis domus; ubi nec eo fusè familia domesticorũ motuum perstreperet, nec irruptio peregrinorũ turbaret, nec mulier procax virum impeteret, aut blanda deciperet; sed fecunda æternitati, & quæ salutis præconem ederet, esse omnino non poterat. Liberum enim arbitrium sine quo nemo salvatur, in plurimis plurimùm valet; sed ad salutem absque Dei gratia in omnibus nihil valet. Gratiã & gloriam dabit Dominus: quia Ioannem sequitur Christi. Datur autem libero arbitrio, quia solum salvatur; sed ideo datur, quia sine gratia non salvatur. Liberum arbitrium suscipit gratiam, gratia præcurrit salutem. Liberum arbitrium nec quando vult, nec qualem vult, suscipit gratiam; nec Zacharias quando vult, aut qualem vult, generat prolem. Zacharias & Elizabeth nihil, etiã multùm conati, per se gignunt: quia ratio & voluntas in hominibus, etiam multo conatu, sine gratia nihil proficiunt. Visitat ergo quos vult, quando vult, & quomodo vult Deus per gratiam, Id est gratis dat gratiam, quæ prius promittat sanctæ cõversationis spe, & postmodum exhibeat beatæ visionis re, salutem. Ideo & Ioannes quibus voluit, & quando voluit, & quomodo voluit Deus, exhibitus est, & nascendo ac vivendo præcurrit & promisit Iesum, se tandem digito ostendit. De Zacharia quidem & Elizabeth, nec per naturam suam, sed Dei operatione Ioannes generatur: nec nisi de libertate arbitrij consensus bonus: nec sua tamen efficacia, sed munificentia Dei perficitur. Elizabeth domi est, aut fortè foris præstolatur eum populo, dum Zacharias ad Sancta sanctorũ ingressus Angelum cernit. Et Sara domi expectat, dum in fervore diei Abrahamam Angelus cecurrit. Populus quoque universus deorsum præstolatur, dum Moyses solus ad Dominum in montem ascendit. Sed ad hæc quis tam idoneus? Ubique viri, ubique Sacerdotes, ubique Prælati, relictis vanitatibus ac turbis, ad cælestia & sublimia soli aut ingrediuntur, aut occurrunt, aut ascendunt: sed in sancta sanctorum unus tantùm Angelus, nec sine timore multo conspicitur: in fervore autẽ diei, & in aeris libertate, & spatioso camporum cum fiducia & alacritate occurritur. In monte quidẽ cum Deo, tãquam à viro cum proximo suo, à Moyse sermo conteritur. Taceo, quòd etiam relictis discipulis Iesu ipse solus ascendit in montẽ loqui ad Patrẽ. Si autem ista volumus prosequi, nec nos poterimus sufficere sermoni, nec hora, ut scitis, sermocinanti. Ideo, quod ad præsentem solemnitatem attinuet, de Zacharia pauca persoluamus. Decimus enim hic quædã quasi fundamenta meditationis, & occasionẽ dedimus sapienti, ut sapientior fiat. Itaq; Zacharias Angelũ videt, & timet; promittentem audit, & diffidit: ideo silentio mulctatur usq; ad tempus promissionis solutæ. Ratio nãque humana, tùm de sacramentis cælestibus, & spõsionibus divinis ea audit, quæ non cõprehendit, miratur & bęsitat; ac quo fieri possit, investigat. Sed quoniam oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, ꝙ præparavit Deus diligentibus se: etiamsi credat, muta usq; ad visionẽ erit: & tunc cùm apparuerit quid erimus, (filij enim Dei sumus, sed nondũ apparuit, quid erimus) exultatione exultabit modo ineffabili, dicens, *Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ.* Interim autẽ ratio fide gignit, quod eloqui nequit: volũtas caritate concipit, quod oculo nõdum cernit: lõganimitate spes in utero mentis bajulat, quod videre desiderat, primitias Spiritus. Fructus enim spiritus caritas est. Io utero habens ingemiscit Elizabeth, & parturit usq; ad revelationẽ gloriæ filiorum Dei. Mulier quidem cùm parit, tristitiam habet: cùm autem peperit, gaudio gaudet: & in nativitate talia pueri multi gaudebunt. Gaudebũt interioris & exterioris hominis simul omnia: congloriabuntur & cõglorificabuntur. Interim ex parte cognoscit, & ex parte ꝓphetat Zacharias: cùm autẽ venerit ꝙ perfectum est, tunc cognoscet, sicut & cognitus est: solvetur que vinculum linguæ, & replebitur os eius iubilo, ad benedicẽdum Deum pro gratia, quæ nunc occultè agit in natura: quæ tunc manifesta erit, & cognita. Omnes enim à minimo usq; ad maximũ cognoscent gratiã & veritatem Dei in die illa: pleni gratia & veritate, exultatione & laude. Quod in nobis adimplere dignetur ipse Deus gratia: ut in manifestatione eius gaudeam⁹ ꝑ omnia sæcula sæc. Amen.

Liberum arbitrium quid sit.

Luc. 1.

Liberum arbitrium nihil valet ad salutem sine gratia.

Luc. 1.

Matth. 14.

Silentium Zachariæ quodammodo significat.

Luc. 2.

Ioann. 16.

Sermo 2. In eodem festo.

Ioann. 3. QVI habet sponsam sponsus est: amicus autem sponsi stat, & audit, & gaudio gaudet, propter vocem sponsi. Aliorum, dilectissimi, sanctorum aut abstinentiæ, aut sollicitudines, aut opera misericordiæ, aut virtutes signorum, aut huiusmodi, quæ ad faciem sunt, sanctimoniæ, eorum testimonio valent: in nonnullos autem Domini & Saluatoris promulgatur auctoritas: qualiter de beato Petro Apostolo dicitur. *Beatus es, Simō*
Matth. 16. *Bar-Iona, quia caro & sanguis non revelauit tibi; sed pater meus, qui est in cœlis. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* De eoapostolo quoque eius Paulo.
Act. 9. *Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filys Israël.* In beatū verò Ioannem plurima & prophetarum oracula, & ipsius per scripta veritatis testimonia coacernantur. Beatus etenim propheta Isaias de eo sic
Isai. 40. ait. *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini.* &c. Cui beatus Euangelista Marcus in Euāgelij sui exordio concinit. Ieremias quoque. *Priusquam te formarem in vtero, noui te; & antequam exires de ventre sanctificaui te: & prophetā in gentibus dedi te.* Sed nec hoc beatus Euāgelista Lucas prætermisit. Ipsa autem veritas, quæ nec fallere, nec falli potuit, de eo sic ait. *Inter natos mulierum*
Matth. 11. *non surrexit maior Ioāne Baptista.* Et alibi *Quid*
Ibidem *existis in desertum videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plusquā Prophetam. Hic est enim, de quo*
Malac. 3. *scriptum est. Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam,* &c. Aliâs quoque.
Ioan. 5. *Ipse erat lucerna ardens, & lucens.* Vnde & Dauid.
Psal. 131. *Parabi lucernam Christo meo.* Beatum itaque Ioannē nascendi miraculum, & vitæ singularitas, & qualitas mortis, Prophetarū quoque, vt diximus, oracula, ac ipsius veritatis testimonia, Ecclesiæ Christi cōmendarunt. Mecum ergo reputans, & conferens in corde meo hæc & his similia, de beato Ioāne sublimium testimonia sublima, & ipsius de seipso responsa humilia; liquidò colligo, quòd virtus in infirmitate perficitur: & eò quisque maximus à veritate appellatur, quò à semetipso minimus
Eccli. 3. æstimatur. *Quantò, ait Sapientia, magnus es, humilia te in omnibus*: & vtique quantò humiliaueris te, tantò maior eris in omnibus. O bona humilitas! Excelsus quidem Dominus; sed humilia respicit. O humilitas Deo amabilis! *Respexit, inquit,*
Luc. 1. *humilitatem ancillæ suæ.* Spiritus quoque sanctus non requieuit, nisi super humilem & mansuetū, & trementem verba Dei. Ideo beat⁹ iste Ioannes est, ac eò beatior, quò humilior: eoq; humilior, quò beatior. Cùm tanti ab hominibus pro verbo doctrinæ, & districtione virę haberetur, vt Christus putaretur; elegit, vt beat⁹ ait Gregorius, per humilitatem solidè subsistere in se, quàm per vanitatē opinionis vanæ inaniter rapi super se. Nō
Humilitas Ioannis. enim sicut pulvis erat, quem proiicit ventus à facie terræ. Quamvis autem vanitantium vento in cælū vsque raperetur, humidus tamen & gravis terræ adhęrebat: Illius sententiæ memor. *Terra*
Genes. 3. *es, & in terram ibis.* Vbi sunt, qui de nihilo inflātur, & de modico multùm rument: eò vanores, quò inaniores? Quid habes, tnecōparatione Ioannis, qui plus Ioāne gloriatus? aut si habes, quid habes, quod non accepisti? Aut quod accepisti, quare per inanem gloriam efflando, temetipsum evacuasti? Non enim qui inflatus est, plenus veraciter, sed inaniter tumidus est. Ergo Ioannem audiamus, quantò maiorem, tantò humiliora loquentē. *Non sum, inquit, Christus, non sum Elias,* Ioann. 1. *non sum Propheta.* Præco tum, *Vox clamantis sum in deserto; Parate viam Domino. Venit fortior me post me: cuius non sum dignus, procumbens solucre corrigiam calceamenti.* Et cùm multùm angeretur ab instantibus, in spiritu veritatis, & cordis puritate exultans, quod suprà posuimus, ait. *Qui habet sponsam, sponsus est.* Ac si diceret. Nec sponsam Ibidem. habeo, nec spons⁹ dici debeo. *Amicus autem sponsi stat, & gaudio gaudet propter vocem sponsi* Hoc etenim, si scire vultis, sum; & hoc facio: & ideo sū, quia facio: & ideo facio, quia sum. Sponsus, vt scitis, Christus est, sponsa Christi Ecclesia. Spōsus Verbum Dei est, sponsa anima fidelis. Sponsa igitur, sicut habet adolescentulas & amicas, sic & Sponsus paranimphos & amicos: de quibus ad
Cant. 8. sponsam loquens, ait. *Facies audire vocem tuam, amici auscultant* Amic⁹ ergo stat, & auscultat, & audit vocē, non solùm spōsi, sed & sponsæ. Nō enim potest sponsam contēnere, qui sponsum vo luerit audire: aut vtrūque audiet, aut vtrumque contēnet. Nemo potest alteri sine altero amicus existere. Quod Deus coniunxit, homo non separet. *Qui vos, inquit, audit, me audit: & qui vos*
Luc. 10. *spernit, me spernit. Qui verò me audit, audit eū, qui misit me.* Ecce per Christū quomodo iuncti sumus Deo: caput mulieris vir, caput viri Christus, caput Christi Deus. Itaque si sponsi cupimus esse amici, per ipsum Dei audiamus sponsam: & obaudiamus his, per quos loquitur ac iubet spōsa: id est Prælatis & Prępositis nostris. Nos enim qui subiecti sumus eis, tamquam mulier simpli-
Audienda est Christi sponsa Ecclesia. erter sumus: ordo autem Prælatorū quasi vir noster: qui nos regere, instruere, pascere, fœcundare, ac in omnibus, & ad omnia disponere debet. Caput quoq; nostrū est, & ipsius Christus, & ipsius Deus. Vnde per Prępositos nostros subditi sumus, adhærētesq; Christo ac Deo. Amicus ergo sponsi stat & audit: sponsus verò sedet ac docet. Magistrorum est siquidem loqui, & tuberę: audire autem & obedire discipulis conuenit, & cum hilaritate; quoniam hilarem datorem diligit Deus: & cum gaudio, sicut hic amicus sponsi audit, & gaudet; & hoc propter vocem sponsi. Multi ad multa quæ audiunt gaudent, sed non propter vocem sponsi. Multi ad multa quæ iubentur libenter obediunt; & non propter vocē sponsi. Cùm enim quod volunt audiunt, gaudent ꝓpter semetipsos, & in hoc iam receperūt mercedem suā. Et cū iubentur ꝙ desiderabant, libenter obediunt, sed ꝓpriis conuenientia: nec habent, quid à sponso expectent. Quod n. propter ipsum non fit, ab ipso remunerabile nō erit. Itaq; vox spōsæ omnis est institutio ecclesiastica: quā qui diudicat aut contēnit, amicus sponsæ esse nō poterit. Vox spōsæ sermo est & præcepta Prępositorū: quæ qui contemnit aut negligit, ad inimicitias erumpit: aut si tepidè, tardè, cum rancore cordis, & oris murmore perficit, necdū ad amicitias pervenit: nec n. gaudet ꝓpter vocem spōsę. Sponsus Verbū Dei est: vox eius omnis eventus. Quidquid enim in rēpore fit, ab æterno simul in Dei Verbo fuit. Nubis verò liber, vbi Angeli cernunt & legunt, *Liber diuina ordinatio nis nobis clausus.* clausus est: & solùm in exteriori legimus & discimus, quæ in interiori cōtinentur. Quod n. foris contigisse cernimus, intus dispositū fuisse cognoscimus. Omnia n. sic fiunt, vt facit aut permittit, siue cuⁿ dispositione nihil fit. Et vērus ergo rei foris est vox Verbi: ad quā non murmurat, qui ꝙ intus dispositum est, amat. O multa

verò quæ cõiunguntur, à bono dispulsa sunt, ac suo modo bene finuntur, propterea à bonis amãda sunt.

Summa Religionis & obedientia.

Summa ergo omnis Religionis & Obedientiæ, est amare, quod amat Deus, quia id amat Deus; odisse quod odit Deus, quia id odit Deus: velle quod vult Deus, quia id vult Deus: nolle quod nõ vult Deus. Hæc autem omnia cùm in rebus foris addiscimus, quasi per vocem Dei voluntatẽ audimus: & si amici sponsi esse volumus, etiãsi propter aliud in aliquibus dolemus, tamen propter vocẽ quæ nobis loquitur voluntatem sponsi, gaudeamus. Bonus est, inquit amicus quidam Sponsi, etiam de temporali incommodo suo sermo Dñi. Dominus est: quod bonũ est in oculis suis faciat. Vtique cum malo mali servi bonus est sermo boni Dñi. Si malum malè perdit, iustus est: & omne iustum bonum est: & quicũque non amat iustitiam, malus est, & hoc ipsum etiam bonum est. Si malo piè parcit, pius est, & unum piũ bonum est: & qui pietatẽ non amat impius est: & hoc ipsum etiam pium est. Si bonum bene remunerat, iustus est: si probat, & castigat, benignus est: & qui vtrumque non amat, malignus est, & hoc ipsũ iustè benignum est, ac benignè iustum est. Hæ sunt omnes viæ Dñi, misericordia videlicet & veritas: per quas inter filios hominũ graditur, occidendo & viuificando, percutiendo ac sanando, eleuando ac deprimendo, dando & auferendo, terrendo ac blandiendo: nihilque fortuitu, aut ipso ignorãte, aut nolente, aut non curante contingit: sed omnia bene per tempus regit, sicut ante tẽpora bene omnia disposuit: & in omnib⁹ propter eius dispositionem ac voluntatem gaudio gaudet, qui ab eo in nullo dissidet. Ea demum amicitia vera est, cum amico propter amicum idem velle, & idem nolle.

Quanam vera amicitia.

Amicus ergo sponsi assistit sponso, ac audit, obedire parat⁹ ad omnia: & gaudio gaudet in omnibus, propter voce sponsũ: quamvis propter aliud contristetur in plurimis. Hoc enim etiam habet vox sponsi: nam ipse sponsus aliquando icascitur, eũ tristatur, lacrymatur, ac dulet: in quibus tamen omnibus propter eum cui⁹ est Verbũ gaudet, qui cum gaudio proposuit sibi certamen currit. Vbi sunt, qui contra rerum eventũ murmurant, ac in Deum blasphemant: qui ipsius ordinationem non amant? Nonne si à Deo est, bene est: & si bene est, quid murmuras? Non possum, inquit, dãnum meum, aut amici mei amare iacturam. Sed neque Dei debes odire iustitiam, aut disciplinã. Vtique nec Deus cuiusquã diligit iacturam. Caritas enim non gaudet super iniquitate, sed suam amat veritatem, & tuam punit iniquitatem. Caritas autem congaudet veritati: cui si non congaudes, sine caritate es: ac per hoc sine Deo, & cũ diabolo, qui odit iustitiam, quæ ipsius condemnat malitiam. Hoc etenim est perpetuum eius peccatum, quod perpetuum merentur supplicium. Itaque in bonis quæ agit Deus, diligamus, dilectissimi, ipsum opus totum: quoniam à bono bonum est, ac bene fit, & ad bonum. In malis autem, quæ permittit bonus, etiam bene, & ad bonum diligamus, non malitiam quam odit Deus, sed causam quare permittit Deus. Permissio siquidẽ Creatoris est, malitia creaturæ. Hæc est, carissimi, pax bona, & trãquillitas cordis, stare in æquanimitate, & audire cum reverentia omnia quæ fiunt sub cælo, ac in omnibus benedicere omnia disponẽti: nolle mutari quæ bene fiunt, ac decori vniuersitatis cunctinunt: salus in omnibus charitate, quæ, vt dictum est, non gaudet super iniquitate, congaudet autẽ veritati. Quod in nobis operati dignetur, qui viuit & regnat Deus, per omnia sæcula sæc. Amen.

Sermo tertius in eodem festo

Psal. 131.

PArauí lucernam Christo meo, &c. Olim, dilectissimi, cernim⁹ vos plus solito repidos, & quasi acediosos factos ad audiendum: vnde & nos tepidiores ac imbecilliores, fateor, facti sumus ad loquendum. Attentio namque discipuli diligentiã adhibet doctori: & quò deuotiùs quisque auditur, eò studiosiùs loquitur. Sed quetimini, nos stilum nescitis qua ratione mutasse: & qui subtiliter solebam⁹ aut inuenire prius noua, aut eleganter innouare vetera: nunc cõmunia tantùm terimus, ac sermone trivij trita replicamus. Quomodo, inquiunt vestrũm nõnulli, demersus est humo iste: quo modo obscuratum est aurũ intelligentiæ suæ, mutatus est color purpuræ eloquentiæ suæ? Qui solebat mirabiliter multa dicere, singulariter maudita excogitare, obscura luculenter disserere, inuoluta distinctè diuidere, diuisa patenter exẽplis dẽclarare: qũ nunc omnia confundit, omnia permiscet, omnia vbique tangit, & nihil ad expectatum vsque finẽ perducit? Quomodo vinum eius mixtum est aqua, argentũ versum est in scoriam? Quomodo nunc aut silet, aut loquitur? Ecce silebimus, sed vobis: loquemur, sed non vobis. Curiosi auditores omnes vos estis: & ideo permutauimus dicendi modum, quia vos nõ potuistis curiositati vestræ mudũ. Noua tantùm captatis: at vnde noua iugiter cudimus? Antiqua, & quæ inueniri possunt in Scripturis, exsufflatis. Et quare libros transcribimus? Si dicimus, quod ante nos dictum sit, vel scriptum inueniri possit: nasicam vobis, aut bilem mouet: non quia non sit verum, bonum, ac congruũ: sed quia non est unum uino novum. Si dicimus quod dixit Augustinus, & Ambrosius, quod alicubi legitur, statim ad libros curritur; quod dictũ est, alteri ab altero ostenditur scriptum, & hac sola causa ab vtroque fastidimur. Ego ego fateor, in causa vobis ex parte sum huius insulẽtiæ. Ita enim vobis in talibus educauimus, ad talia assuefecimus, vt alium præter nos vix audire pulsetis: nec nos iam in alijs audire curastis. Quare igitur & nos, aut antè curiosi talia sectando fuimus: aut modo vilista relinquendo lucua facti sumus? Vtriusque rei ratio in promptu est. Emersernnt olim quidã, quorum nomina taceo, spectabilis ingenij homines, & exercitationis mitæ, qui scripturas sanctas non quidem vt hæretici pervertẽtes, sed earum legitimum sensum ad manum minùs habentes, ad sua studia elegantissimè accommodarunt: & de authenticis litteris non sine multorum admiratione, & plurima morum ædificatione, suauissimè, vt omnium pace loquamur, nugati sunt. Nihil autem contra fidem & veritatem, omnia ad vtilitatem & bonestatem vitæ, & morum, mirabili nouitate, vt scitis, & nos desciuisse quetimini, attraxerunt: & quod mirabile dictu est, inopia sensus sensatissimi facti sunt. Hos ergo secuti sumus, quia eos sequebatur mundus; omnis mundus abibat post eos, & æstimatione hominum nunquã sic locuti sunt homines. Qui sic non loquebatur, irridebatur, contemi ebatur, deserebatur. Ne igitur aut inuidia oblequi, aut inopia ingenij non sic loqui putaremur, animum appulimus: & vt scitis non omnibus in huiusmodi interieres fuimus: neque enim mihi cornea fibra est, ait poëta. Verùm nunc dicimus, quod ab initio concepperamus: sed nec vt dixim⁹ aut inuidiæ, aut miseriæ cotaremur: vtentes tempore

Curiosi auditores arguuntur.

Arguuntur qui Scripturæ alienũ sensum inducunt.

nunc vsque suppetissimus. Instabuot igitur tempora periculosa, & intrabunt subuersores veritatis, scripturarum dicta suis sentibus accomodates: quibus hæc nostra licentiosa libertas, fore poterit pernitiosa auctoritas. Quare non deserent nouitatis iux gratia Patrum veteres expositiones, si id ante eos confecit Ecclesia? Quomodo obijcietur eis, sic & sic exposuit Ambrosius, Augustin⁹, Hieronymos, Gregorios? Nonne inqoient, si sic alijs licuit: nobis quare non licebit? Nonne sicot ab istis ipsi audiuimos, & illi dictori sunt, Vbi spiritus Domini, ibi libertas: nō sumos addicti iurare in verba magistri? Huius simile, eadēqoe fere me tempestate, eiusdam nouæ militiæ obortom est monstrum oovom: cuius, vt lepidè ait quidā,

Ordo Templariorum. Ordo de quinto Evangelio est, vt lanceis ac fustibus iocredulos cogat ad fidem: & eos qoi Christi nomen non habent, hicenter expoliet, ac religiose trucidet: siqoi autē de eo in depopulatione tahū ceciderint, Christi Martyres noncopent. Nōne & isti fututo illi perditionis filio cōtra Christianos crudelitatis suæ auctoritatē ostituont? Quomodo obijcietur ei Christi mansoetodo, patientia, ac forma prædicandi? Quare non faciet libeoter, quod factuio reperit liceoter? Quomodo ooo dicet. Qualia fecit Ecclesia, talia facite illi? Quid igitur? Et hos cum alijs damnamus? Neotiosdamnamus, sed in hoc noo laudamus: nec quia fortasse omnino sunt mala, quæ agunt: sed quia fere malo-

Non damnatur ordo. sed direptiones, &c. rum occasiones qoeunt. Nam, qood miserabile est, omnia fere mala de rebus bonis inoleuerunot: ac vitotes vitia nutriunt, & ab alomnis fois iam gradibus culis effœtatæ absorbentur. Plotima igitur diligentissimæ, cautela opus est, ac circūspectione. Omnia enim sine boua, sine mala vētuta, ante se habent qoali matrices quasdā causas, quare veniant, ac præparatores quosdam, & qoasi ountios, modos qoomodo proveniant: ac signa quædā foi advētus, quando euenire debeant. *Parasti*, inqoit,

Psalm. 64. Et 131. *cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius.* Et si ꝙ potumus, *Paravi lucernam Christo meo.* Nihil n. frustra, nihil confusum, nihil subitum: multa tamen mortalibus suot occulta, alia manifesta. Vnde Apostoli de secundi aduent⁹ causa & modo edocti, de signis autem solicitl, dicunt. *Die nobis,*

Matth. 24. *quando hæc sicut, & quod signum aduentus tui?* Adventus itaqoe Christi in carnē causa, est humana miseria: præparatio, virginitas coniugata Mariæ: signū, stella de cælo, emanatio olei de ietra. Adventus Christi ad baptismū causa, humana ad Deum cōiunctio: præparatio, baptism⁹ Ioannis. Venienti enim luci præparabatur lucerna: vt mollitro tenebris educat, assuescetēt ex modico lumine magnum intueri. Dicitur ergo, cùm de Ioanne

Psalm. 131. prophetatur voce Patris. *Illuc producam cornu Dauid*, id est gloriā illius popoli, cuius Rex erat Dauid, producam vsque ad locutuam, quam paraoi Christo meo. Nam sicut ait ipse Christus, *Lex & prophetia*, io qoib⁹ erat gloria popoli illios, *vsque ad Ioannem*: qoem etiam ipse lucernam dicit ardeotē & lucentem: *superiusum*, id est Christum, coi paratut lucerna *efflorebit sanctificatio mea.* Ipse etenim solus sanctitatis fl⁹ & fructus, sanct⁹ sanctorū: sanctos, & sanctificans iplo: natos sanctus, generans sanctos. *Inimicos eius*, id est lucernæ, tāquam nimia lux, *induam confusione*: quia neglexerunt lucernæ alloescere, vt possent lumeo sustinere. Duo etenim sunt, quæ oculum à visione confundunt: nulla lux, & subita magna lux. Sed audiamus ex ipso Evangelio, quaten⁹ per Christum confudeiit Patet inimicos Ioannis, Christi, & Patris. Cùm interrogassent Pharisæi Iesum, de potestate eius, mirantes, iovidētes, indignantes, respondit. *Et ego interrogo vos vnum sermonem: quem* *Marc. 11.* *si dixeritis mihi: & ego dicam vobis, in qua potestate hæc facio.* Si enim suscipitis lucernam, offerdo vobis lucem. *Baptismus Ioannis de cœlo erat, an ex hominibus?* Et illi confusi, quos Deus sprevit, quia spreverunt lucernam eius: quoniam vetiatē fateri nolunt, & mentiri de lucerna temere oon audent, tecte mentiontur io caput soū, ac meotitur inqoitus sibi. Nam dicunt, *Nescimus.* Si enim dixissent, (qood verum erat) De cœlo: obiceretur eis, quare ei roo crederent, de luce attestanti. Sin autem dixissent, Ex hominibus, incidissent in manus turbæ, quæ eum, ꝙ verè erat, sicut Prophetā habebaot. Modicum istod, de taota vobis hodie solemnitate locuti, (io superiori quippe apologia boram impedimus) id dilectionē vestram exoratam simul & admoritā copimus in fine, quaten⁹ vt ait Prophetes, interrogetis de semitis antiquis, quæ sit via boua, & Sanctorō pedibus trita: ambulentiq; in ea. Curiositas enim matet est omnia vanitatis. Veritas oomnis solida, nec solùm antiqua, sed æterna. Præterea cū simplicibus sermocinatio nostra, maximè in his diebus solēnibus, cùm laicotum turba vndiqoe cogitur. Noo decsit forsan familiarior collatio: vbi vobilcum potetimos altios aliqoid, ac subtilius pertractari. Sermones verò isti solemnes, simplicibus simplices sunt, & pedestri sermone effusi. propter eos, qui nondum assumpsetunt pennas, sed pedites sequuntor ambulantē Iesum: cui cum Patre & Spiritu sancto, gloria & imperiū in omnia sæcula sæcul. Aoten.

Sermo 1. In natali Apostolorum Petri & Pauli.

Ecclı. 44. Hi sunt viri misericordiæ, *quorum iustitia oblivionem non acceperunt*: &c. Natale, dilectissimi, colitur Apostolorū Petri & Pauli: & isi is cōgroè dicitur mors talis natale, quæ gignit ad vitam. Vode & natiuitas, qua oati lomus ad mortē, *Mors sanctorum dicitur Natalis.* mors conveniotiùs diceretur, quàm natale. Incipimus enim mori, qoando nascimur: & vivere, quādo morimor. Vnde sicut vita ista dicitur mortalis, sic mors illa dici deberet vitalis. Quādio etgo hic vioim⁹, morimur: & quando vita defungimos, simul & morte priuamot. Odibilis vita, quæ sine morte esse noo potest: optabilis mors, quæ vitæ salsitatē termiat, & inchoat veritatem. Res mitabilis, vita mortē consert, mors vitam. Vita natalis est mortis, mors vitæ. Sicut facula igne succensa, consomit, à quo consumpta est, ignem: sic vita ista ab initio morte succensa, ipsam tandē ab eadē consumpta consumit: vel sicut vapot ignis semel immissus stipulæ, ipsam voraodo semetipsū consumit: ita mors qoæ cū vita semiootur ac concipitur, ipsa necando, se quoque simol interimit. Vapor n. est vita præsens, & fumus ad medicum parens. Qoæ verò postea est vita, sola est, ac sine mortis coosortio vita: vnde & vitalis in posterum existit. Hæc est ergo mortalis, illa vitalis. Præterea quodad præsentē attioet statum, vita ista mortem gignit, & mors ipsa vitā interimit. Secūdùm baoc visi sunt ispientes oculis iosipientium mori, illi autem sunt io pace: vbi mortē iam hic mortua fine eios conflictu vluitur sola vita. *Iustorum*, in- *Sap. 3.* quit, *anima in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum malitiæ*, tentatio Satanæ: qoæ hic quidem, dum cum morte confligitor, neminem non tangit: sed Sanctos non frangit. Ibi autē sicut non

stanget, ita nec tãge: : avulsi enim sunt ab eo plus lacte lapidis: vnde ad eos vsque lapidemnon mittet balistæ malitiæ. Ecce quò peruenêrũt Sancti ab hac morali vita, per hanc vitalẽ mortem: ad vitam videlicet vitalem in manu vitæ viuentis. Sed quare peruenêrũt? Quia misericordes sunt: sibi pij ũs, & secundùm hanc regulam proximo. *Misere-*
Eccli. 30. re, i quit, *animæ tuæ, placens D.o*: ac subjungens vtique proximo. Beati enim misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur: indicio verò sine misericordia immisericordib⁹. Qua enim mensura mensi fuerint, remetiêtur eis. Viri itaq;
Triplicis genera misericordiæ. misericordiæ sunt in misericordia vitales. Tres etenim sunt misericordiæ differentiæ. Primi de suis subveniunt, non vt ipsis sit tribulatio, & alijs remissio: sed vt de eorum abundantia aliorum suppleatur inopia: vbi cuncta intentione animi metitur veritas de quanto, potiùs quàm quantum tribuatur. Hi sunt, qui capillis capitis sui Jesu pedes tergunt: accepta ex eo quod habent, non ex eo q̃ nõ habent: vsque ad calicem aquæ frigidæ, vel bonã tantùm voluntatem: quæ sola si non inuenit, si aliud non inuenit. Secundi omnia sua distribuunt: & de
Quis omnia relinquat. altero sibi in communione acquirunt, sic in cõmune expendunt: vbi nihil suum dicunt, sed omnib⁹ omnia pro ratione necessitate cõmunia exibũt: vbi qui plus, non abundavit: & qui minus, nõ minoravit. Et hic metitur veritas potiùs quid habere nolint, quam quid reinquere potuerint. Omnia enim relinquunt, qui nihil habere volũt: & quantũ quisque non cupit, tantum relinquit: omnib⁹ omnino omnia dimittit, qui nemini quidquam impedit. Hi sunt, qui centuplum accipient, & vitam æternam possidebunt. Tertij verò non solùm omnia impendunt: sed ipsi superimpenduntur, ac semetipsos dedunt in periculũ carceris, proscriptionis, & mortis, vt alios à periculo reuocent animarum: sui ipsius modũ prodigi, aliorum cupidi. Et hoc mentiũ veritas secundùm caritatem, qua nemo maiorẽ habet, vt animam suam ponat quis p amicis suis. Isti ergo in misericordia virtutes, sunt viri misericordiæ, & in misericordia homini. Tales sunt gloriosi isti principes cæli, terræque ministri; quorum hodie festa longas inedias in fame & siti, in frigore & nuditate, ac durissimos labores: & pericula, victo in filissimæ mortes celebrãtur. De quibus bene sequitur. *Quorum iustitiæ oblionẽ non*
Eccl. 44. *acceperunt.* Oblivionem non acceperunt iustitiæ, quia non sunt obliti misericordiæ: & quantũ memores extiterunt misericordiæ, tantùm non accipient oblivionem iustitiæ. Quorumdam enim iniquitates in oblivionem veniunt, & iustitiæ eorum tantũ recordatur Dñs: & quorumdam iustitiæ in oblionẽ veniunt, & eorum iniquitatum tantùm recordatur Dominus. Sed eorũ recordatur iustitiæ, qui non sunt obliti misericordiæ: & eorũ recordatur iniustitiæ, qui non meminerunt misericordiæ. Soli n. misericordes misericordem invenient Deum: & quos misericordia non cõmendabit, iustitia commendabit. *Cum semine eorum permanent*
bona. Cum hominib⁹ hic nec bona nec mala permaneant, sed vicissim & quasi cæcia cæcib⁹ permutant bonos ac malos: in futuro verò cum bonis bona sola, cũ malis sola mala permanebunt. Hinc dictum est, *Cum semine eorum*, potiùs, quàm cum
Psalm. 24. illis: sicut & alibi, *Anima eius in bonis demorabitur*, nec amplius vicissim permutabitur: *& semen eius*, quod colligetur in nvũ de veteri, *hereditabit terram*, id est corpus immortale, quod amodo non
1. Cor. 15. perdet. *Seminatur* inquit, *animale, sed surget spirituale*: de veteri semente novum semen, de mortali immortale, de corruptibili incorruptibile: & cum ipso quod permanere poterit, permanebunt bona. *Hereditas sanctorum nepotes eorum.* Filij filiorũ, *Eccli. 44.*
fructus operum. Opera peribunt, fructus permanebunt immobiles, & hereditate sancta, id est firma & æterna possidebuntur. *Dicite*, inquit, *iusto*, *Isai. 3.*
cuius iustitiæ oblivionem non acceperunt, quoniam misericordiã non deseruerunt, *quoniam bene.* Et quare bene? *Quia fructus adinventionum suarũ comedet.* Labores etenim manuum suarũ manducabit, & bene ei erit *Impio autem væ in malum, re-* *Ibidem.*
tributio enim manuum suarum fiet illi. Sicut rapuit, sic rapietur. Væ qui prædaris: nonne prædaberis? Et sicut percussit, sic percutietur: sicut clausit manũ suam mendico, sic claudetur ipsi mendicanti. Hæreditas ergo auari, nepotes illius, maligna erit
Hereditas avari quæ. illi. Hereditas auari spelunca hyenæ fiet illi. Hereditas auari, qui mori nũ potest, igni inextinguibilis illi. Misericordibus autem funes cecidêrunt in præclaris: etenim hereditas eorũ præclara erit illis: ad quam nos perducere dignetur misericors & benigna Jesus, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, per omnia sæc. sæc. Amen.

Item de eodem. Sermo sec nudus

NOlumus vos, carissimi, conuersationis vitæ formulam & vitæ auctoritatem prorsus ignorare. Multi namque alienæ vitæ curiosi, & suæ mortis securi, simpliciores quos reperiũt, in ambus quæstiunculis fatigant, & serpentina voce ad primam parentem assumpta. Quare, inquiunt, præceptum est vobis sic laborare, sic abstinere, sic hominibus subdite, sic ab hominibus silere, sic seorsum conuenticula cogere, sic communem vitam hominum spernere? O, aut otiosa, aut, malitiosa curiositas! quare, inquit diabolus ad Evam, *Præcepit vobis Deus, ne comederetis ex* *Genes. 3.*
ligno scientiæ boni & mali? Simplicem mulierculæ sensum astuta malignitas tali cauillatione pertusum irrepsit; & cùm oculeret tenera simplicitas diuinæ iussionis rationem reddere, non valuit callidæ persuasionis allegationem refellere. Ideo dilectissimi, sicut beatos ait Apostolos Petrus, paratos vos cupimus, & edoctos omni poscenti vos rationem reddere, de ea quæ in vobis est conuersatione & obedientia. Olim verò, nisi vobis excidit, de te ista verbum vobis feemus: sed quia in hac Apostolorum natali, vndique fratrum numerus solito copiosior affluxit, repetere nobis haud erit pigrum, quod vobis credimus necessarium. Itaque quod manibus labo- *Labor manuum in Religione.*
rantes tertam operamur, forma est protoparentis Adæ, non quidem in paradiso peccantis, sed extra pœnitentis. In paradiso namque otio, & tetum omnium opulentia, obrepta est culpa, quæ Dominum irritauit. Extra paradisum susceptæ est pœna, quæ sexum iustè mulctauit. Melius igitur pœna in exilio, quàm culpa in paradiso. Ideo ergo quia peccatores & filij peccatoris secundùm carnem adhuc sumus, in carne sententiam dãnatæ carnis non respuimus: & in sudore vultus nostri panem nostrum vescimur. Ne autem totus labor hominis sit in ore eius, manibus nostris operosiùs laboramus, vt sic, vnde tribuamus necessitatẽ patienti. Quare cum silentio? Quia in multiloquio nõ *Silentij commendatio.*
effugietur peccatum: quia hoc admonuit Apostolus: quia ante Apostolũ Propheta dixit. *Obmutui,* *Psalm. 38.*
& humiliatus sum & silui bona: & dolor meus renouatus est. Nihil magis extra se cor homi-

Multi loquium tur vitandus.

effundit, quàm multiloquium: nihil citiùs incurrit vaniloquiũ, aut stultiloquium, aut etiam turpiloquium. quàm multiloquium. Ideo propter multiloquium fugiendum, si cernus etiam a bonis, ne detur occasio mali. *Tectus magis æstuat ignis*, ait Poëta. Vnde mor' animi, si verbositate foras non effunditur, ingrotetn, sicut flamma ignis, intus circumvoluitur: omniaque interioris conscientiæ perlustrans, ea offendit, de quibus ei dolor cõpunctionis salubriter renovatur. Cor quoq; quia foris non evaporat, int' cõcalescena ex igne cõpunctionis viĕte, ignem creat lucentẽ, quem in meditatione sustum dirigit *In meditatione*, inquit, *mea exardescet ignis.* Sic fit, vt qui silere foris hominib' didicit, ipsi Deo intus loqui incipiat. *Locutus sum*, inquit, *in lingua mea: notum fac mihi Domine, finem meam.* Præsentium contẽptor, & quæ retro sunt oblitus, de fine interrogat. Ecce quare cũ silentio. In obedictia autem quare? Illud *Quare* primùm adinvenit diabolus. Diabol' enim obedientiæ præceptũ primus discutere cœpit. *Quare*, inquit, *præcepit vobis Deus, non comedere de ligno scientiæ boni & mali?* Auiehac homo simplex simpliciter obediebat, non tam propter præcepti rationem, quàm ob præcipientis auctoritatẽ. Sicut enim hdes non habet meritũ, cui humana ratio præbet experimentum: sic obedientia à virtute humilitatis evacuatur, cùm ei ratio præcepti adstipulatur. Vis tamen audire, quare ad alienum aut laborauit, aut paulatina arbitriũ & imperium? Quia in hoc mundo umbratiles sumus Christi, sicut filij carissimi: & ambulamus in dilectione, qua dilexit nos, qui ad omnia factus est obediens propter nos, non solùm ad remediũ, sed ad exemplum: ve quemadmodum ille fuit, sic & nos simus in hoc mundo. In hoc enim, vt beatus ait Ioannes, est fiducia. Factus est ergo obediens per omnia, nõ solùm Patri vsque ad mortem, sed Mariæ & Ioseph vsque ad prælationẽ. Cùm enim paterna vocatione dicerete, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit: ipsum audite*, ad Prælationẽ vocaretur, tunc primùm cœpit alios præcelle, qui din discerat alios subesse: cœpit iubere, qui didicit obedire. Præterea recompensatio iusta videtur, vt qui in paradiso deãgnatus est regnare dominus sub Dño, in exilio iam serviat fervi' sub cõserno. Conditio enim naturæ statuti hominem sub nõi transgressio obedientiæ subiugauit eom inimico: reconciliatio verò gratiæ suppositit fratri cõseruo. Natura subdidit eum Deo, culpa diabolo, reconciliatio verò homini amico. Et quare, inquis, in abstinentia ciborum, quos creauit Deus ad hominũ vsus? Et hoc audi breviter. Quia illicitis licenter, & licitis illicenter aliquando vsi sumus: illicitis modò nũquam, licitis parciùs vtimur. Quia sine Cerere & Bacchо friget Venus, carnisq; supervbiam potus cibique parcitas terit, etiã à concessis temperamus. Omnia quidẽ licent, sed non omnia expediunt. Paulus castigat corpus suum, & in seruitutem redigit: & quomodo voratrix carnium, ac vini, in quo est luxuria, potatores, de castitate sibi blandiuntur? Vtique non inventur in terra fusuntes vinentium: & nos mollibus indati, & in pluma defossi, totam sterrimus noctem. Vis audire ieiunij virtutem? Diuissimũ dæmoniorum genus non eiicitur, orsi in ieiunio & oratione. Saluator quoque cum diabolo iciun' confligit in deserto. Audi etiam breuiter vnius abstinentiæ fructũ triplicem. *Qui carparali ieiunio vitia comprimis, meritem elevas, virtutem largiris & præmia.* Ecce abstinentiæ nostræ ratio. Sed dicis. Si tanta est in cibo ac veste ariditas & districtio: quare in laboribus tanta est corporis exercitatio, tanta in acquirendis rebus negotiatio? Quoniam qui multũ laborat, & multum acquirit, vt multũ vescatur, ventri suo tantùm seruit, & illi soli negotiatur: ideoque vt sit, vnde tribuatur necessitatẽ patienti, vt alij possint in labore nostros, aut nobiscũ, aut pro nostris inire. Quare fortiora ab hominibus? quia colloquia mala corrumpunt bonos mores; & quare plures simul? quia nondum sufficim' ad solitudinem: & vt si ceciderit quis, habeat subleuantem se: ità frater fratrẽ adiuuans, exaltabitur, sicut ciuitas munita & fortis: denique quia bonũ est & iucundum, habitare fratres in vnum. Quòd ergo manibus operantes, in ludore vultus nostri vescimur pane nostro, forma est pœnitentis Adæ: quòd super hoc familiã habemur, & pecora, Patriarchatum est imago. Patres enim nostri, vt ait quis, pastores ovium fuerunt. Itaque de labore proprio ac familiæ, & nutrimento pecorum vitã transigere, licut non est à rectitudine devium, sic non est ab authoritate vacuum. Quid igitur negotiantur quidã, & meodicaor, stipsnica nundinas, curias frequentaotes? Breviter respondeo: ẽ amplius est, à malo est. Nuper tamen duplex Religiosorum genus emersit: & quod retro sæcula nescierunt, hæc ferotetia nostra tempora pepetetunt. Sicu: enim eorum, qui trutani dicuntur, duo sunt genera (alij enim circũeunt & perambulsnt terram, mendicantes vbique, multis & mitis modis simulationem & dissimulationem falsi ac falleutes: alij verò in triuiis, & in ingressib' templorũ tabernacula figunt, omni astu simulationis ac dolohtatis primes eauperanter) sic Religiosorum nonnulli sub ebtentu sanctitatis, fictis verbis de mundo, cui mortui sunt, viua-issimè negotiantur: omnis penetrantes, omnia peterrantes, nihil intentatum relinquunt: à quibus mund' vim patitur, & violenti diripiunt illum; quatenus etsi nõ ex eo quòd amici sunt homines: ex improbitate tamen surgunt, & donsnt plusquam tres panes. Isti vero sicut semper mendicantes, ita & semper mandaci: quippe quod de facili eis constat, facilè profligantes. Alij verò opulentiam captantes vicinitam, prope refertas vrbes & oppida populosa nemusculus scimmerguut, fossatis cingunt, & summopere cauntes ab hominibus, atte mitificа quo se arctiùs occulũt, cariùs se venduut. Manibus modicum laborant, omnino nihil nutriunt, alienis semper manibus inbiantes, nihil respuunt. Evangelicæ volucres, quæ nec ferunt, nec metunt, nec in hortea congregsnt, & pater cœlestis pascit eas. Pascit quidem, dilectissimi, Dominus aues, sed tamen hominibus importunæ sunt, quorum laboribus insidiantur. Ideo magis attendam' ad illam nobilem veritatis sententiam, qua dicitur, *Beatius magis esse dare, quam accipere*, & cum multo sudore laborem', quod cũ multa charitate donemus. Nutriamus etiam diligenter, quod tribuamus libenter. De nostro potiùs quàm de alieno ædificemus Deo templum, & seruitoribus eius congruum habitaculum: magis semper exultantes, & gratias agentes, cùm dederimus, quàm cùm acceperimus: alios quoque cùm susceperimus, quàm cùm ab aliis susceptí fuerimus, sicut scriptum est. *Date eleemosynam, & omnia munda erunt vobis.* Et alibi. *Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam.* Ita & patres nostri hospitalitatis gratiam sectantes

Abstinentia à cibis.

Virtus ieiunij.

Matth. 4.

Præfatio Missæ.

Cur laborãt Religiosi.

Psalm. 132.

Duo genera Religiosorũ improbata; sedilla abalita.

Act. 20.

Luc. 11.

Isai. 58.

Genes. 3.

Obedientia religiosa.

Psalm. 38.

Ioann. 4.

Matth. 3.

Religiosus status ab Apostolis ortus.

etiã Angelos hospitio excipere meruerũt. Quòd autem castimoniam professi, absque coniugibus & libetis, etiam absque proprietate in commune viuimus: vni omnes obedientes, & ab eo, prout cuique necessarium est, omnia expectantes, beatorum Apostolorum, & ipsius in Ierusalem primitiuæ Ecclesiæ proculdubio forma est; quibus cum communione substantiæ, erat etiam cor vnum, & anima vna; quorum inæstimabilis fernor de camino in Ierusalem à Spiritu sancto, die sancto Pentecostes succenso, sicut scriptum est,

Isai. 31. *Cuius ignis in Sion, & caminus in Ierusalem,* hõgo tẽporis tractu tepefactescente caritate, & abũdante iniquitate, de die in diem euaporatus, adhuc in hulusmodi Cœnobiis tenuiter fumat, & exiui & fere incendij nõnulla quasi vestigia indicat, & magnorũ carbonum miouitias quasdã monstrat. Hæ sunt hodie, carissimi, sagittæ potentis acutę cum carbonibus desolatorijs: quas apposuimus vobis ad linguã dolosam: quæ in omnibus, quæ hoc & hoc facimus, labijs iniquis, & lingua dolosa quærebant; & quare factí sint ipsi, non curant. Ita non præsumptiones nouitatum secutus, super fundamentum Apostolorum & Prophetarum ædificatus est Ordo noster: cuius ædificatio, toto ferme terrarum orbe sicut est dies hæc constructa, crescit in templum sanctum in Domino; in quo & vos loco & tempore vestro coædificamini in habitaculum Dei, in Spiritu sancto: ipso operante qui omnia operatur in omnibus Deus: cui est honor & gloria, per omnia sæcula, sæculorum, Amen.

Sermo 1. In Assumptione beatæ Mariæ.

Eccli. 24. IN omnibus requiem quæsiui, & in hereditate Domini morabor, &c. De hodierna solemnitate, id est beatæ semper Virginis Assumptione, quid propriè dici queat, difficilè inuenitur. Patrum namque inclusi limitibus, quos præterigredi prohibitum est, nihil aliud definire audemus, nisi quòd hodierna die, (siue cum corpore, siue sine corpore, nescio, Deus scit) non ad tẽpus rapta, occ ad tertium tantùm cælum, si plures sunt cæli; sed ad perpetuam & felicem mansionem, ad summum cœlorum cœlum assumpta sit. Assumpta quidem ab eo, qui de ea carnem sumpsit in terris: cui soli eam subordinaret in cœlis. Post ipsum eteoim ventris sui fructum sic eam credimus ordinatam in cœlis, & locatam, vel si nondum adhuc surrexit, locandam, vt proximè post illius dilectam animam, & ipsius anima disponatur ad sapientiam; & post illius corpus, ipsius quoque corpus ad gloriam. Ipsa ergo iure in generatione omnium iustorum prima residet: quæ primigenium omnium propriè generauit. Ipse quippe primogenitus est in multis fratribus; qui cùm esset natura vnicus, gratia consiliauit sibi plures, qui eum eo sint vn°. Dedit enim potestatem filios Dei fieri, his qui recipiunt eum. O amabilis & admirabilis potestas! O si liceret, & potis esset pauper & ignobilis, locupletem & generosum sibi pro voluntate eligere genitorem; quis non curreret, quis non festinaret ad reges & principes hominum? Et quidem filij Dei fieri possunt, quotquot volunt. Et quare hoc, rogo; nisi quia filius Dei, fieri pauperis filius voluit, vt sua paupertate multos ditaret? Sed & hoc quis faceret filius Regis & diuitis, vt gratis semetipsum exinaniret; & fieret ipse propter alios filius egeni & ignobilis? Factus autem egenus, quomodo posset alios ditare? factus ignobilis, quomodo nobilitare? Maoens igitur nobilis oolleт descẽdere, factus ignobilis oon posset sublimare. Dei verò charitas incomparabilis, & potestas inæstimabilis, quasi & hoc sicut voluit, potuit. Sicut enim, quod stultum est Dei, & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus; sic quod egenum est Dei, locupletius est hominibus: & quod ignobile est Dei, oobilius est hominibus. Factus igitur filius pauperis, multos fecit filios diuitis: factus filius ancillæ, multos fecit filios nobilis: factus denique hominis filius, multos fecit Dei filios. Multos igitur consiliauit sibi, vt dictum est, sua charitate, & potestate vnicus; qui eùm carnali generatione in seipso fiat plures, diuina tamen regeneratione eum ipso sunt vnus. Vnus enim totus ac solus Christi caput & corpus: vnus autem is vnius Dei in cœlis, & vnius matris in terris; & multi filij, & vnus filius. Sicut namque caput ac membra, vnus filius, & plures filij, sic Maria & Ecclesia vna mater, & plures; vna virgo, & plures. Vtraque mater, vtraque virgo; vtraque de eodem spiritu sine libidine concipit; vtraque Deo Patri sine peccato prolem fundit. Illa absque omni peccato corpori caput peperit; ista in omnium peccatorũ remissione caput et corpus edidit. Vtraque Christi mater, sed neutra sine aliena torum parit. Vnde in scripturis diuinitus inspiratis, quod de virgine matre Ecclesia vniuersaliter, hoc de virgine Maria singulariter; & quod de virgine matre Maria specialiter id de Virgine matre Ecclesiâ generaliter iure intelligitur: & cùm de alterutra sermo texitur, ferè permixtim & indifferentes de vtraque sententia intelligitor. Vnaquæque etiam fidelis anima, verbi Dei sponsa, Christi mater, filia, & soror; virgo & fœcunda suapte ratione intelligitur. Dicisni ergo vniuersaliter pro Ecclesia, & specialiter pro Maria, singulariter quoque pro fideli anima, ab ipsa Dei sapientia, quod Patris est verbum. *In omnibus requiem quæsiui.* &c. Vbique & in omnibus diuina sapientia est, quæ à fine vsque ad finem, id est ab omnium principio ad vsque omnium finem, attingens, sua vbique præsit vestigia, quibus innestigari & inueniri possit; sed in suis mentibus sua imagine & similitudine præditis requiescit, ac iocundatur, aut laboret, & molestatur. Vnde de quibusdam conqueritur dicẽs. *Laborauí substinens.* Et alibi. *Quia molestus esti & Deo meo.* De alijs quidem eum quibus paulat ac requiescit, dicit, *Nolí mihi molestus esse, ecce pueri mei mecum sunt in cubili.* Sicut enim similia de similitudine in consimilibus naturaliter magis gaudent; sic de similitudine in consimilibus inuenta plures naturaliter dolent. Quomodo ergo, sic falli potuit sapientia, vt in omnibus mẽtibus videlicet requiem quæreret, quam in paucis aut omnino nullis plenè inueniret? Sed quod mirabilius est, eo vsque incrassata est & impinguata, quæ de subtilitate cerebri Iouis nata est illa Minerua, vt in arbore etiam ficus fructum quæreret (& fortasse non in tempore fructus) & non inueniret? tempus est enim omni rei sub cœlo; nam super cœlum sient nec tẽpore alto, ita nec tẽpus. In solis ergo sapientibus requiescit sapientia. *Thesaurus desiderabilis,* ait sapiens de sapiẽtia loquens, *requiescet in ore sapientis:* stulto autem grauis est & contrarius; & ideo odit eam, ac substantiam quam cum patre & fratre posset domi habere quietam & opimam, in regione longinqua profugus, luxuriosè viuendo profligat.

Scrupulus authoris circa Assumptionem B. Virginis.

Ioann. 1.

Quisquis vult potest filius fieri Dei.

Multos filios fecit fecit Christus.

Quod de Ecclesia, hoc de Virgine dicitur in Scripturis.

Eccli. 24.

Isai. 1. Et 7.

Luc. 11.

Prou. 28.

Quid sapientem faciat.

Sapientem autem non solum facit cerum cognitio, sed bonarum electio, & malarum reprobatio. Hinc etenim de butyri & mellis alumno rita dicitur, *vt sciat reprobare malum, & eligere bonū.* Tale siquidem rationalis animæ trichotomum, vbi habitaret & requiesceret, ædificauit sibi sapientia; id est rationale, scibile, cōcupiscibile: qua tenus per rationem discerneret inter amicum & inimicū, inter virum & mœchum; & per scibilitatem veratūque hostem puta rationis & concupiscentiæ, aut non admitteret, aut incautè admissum zelo sancto ejiceret; per concupiscibilitatē solū amicum & legitimum virum & desideraret, admitteret, diligeretque, & ei soli secum requiem præstaret. De ratione igitur scientia oritur: de scibilitate reprobatio: de concupiscibilitate electio. Sapiens ergo quiscit per rationem bona & mala, & reprobat odirque per zelum omnia mala; eligit autem, amatque per concupiscibilitatem sola bona; sapientiæ in se domum ædificat, & requiem præstat. Thalamum quoque collocat, aut cubile parat, vbi lectetūs delitietur & pausei; iuxta quod studiosi autem, & feruētiorem, & affectuosiorē in istis se exhibet. In omnibus igitur iure requiem quærit, qui omnes in quibus requiescere posset, tales creauit. Sed in omnibus requiem minimè inuenit; quoniam nō omnis in eo quod acceperat, permansit. Ipse autem quod commendarat, quare non repeteret; quod exhibuerat, quare non exigeret; vbi seminarat, quare non meteret? Sic nimirum Adam, quem ante peccatum in paradisi claritate & luce posuerat, post peccatum ibidem quæsiuit; quam cùm ibi minimè reperisset, fugerat enim propter peccatum ad latebras, clamore persecutus ait.

Genes. 3. *Adam vbi es?* Ac si diceret. Vbi te posui, non es; & vbi es, non te posui. Non sequor ad tenebras, non sequor ad umbram, quem in luce & claritate dimisi. Sed quid faciemus, fratres? vtique omne commissum nec simpliciter, sed cum fœnore quia multiplicandū tradidit; omne quod donauit, sapientia iustè exigit; & quod posuit quærit. Lasciuia quidem cum meretricibus luxuriosè viuendo totum profligauit: infirmata in paupertate virtus nostra, quod consumptum est, simpliciter & sine lucro repostare nequit. Prorsus dubio quos iustitia veracitur accusat, iudicium districtè condemnat; nisi sola misericordia misericorditer intercedat. Iustitia totum exigit, malitia totum absumpsit, ibi mitas nihil restituit, iudicium nihil remittit. Veniat igitur, & interueniat misericordia, obuiam iustitiæ: quoniam tempus miserendi, iuxta quod tempus & tempus omni rei sub cœlo; vt prosequens apprehendat Adam errantem, sicut ovem pereuntem in deserto: quā persecuta olim iustitia deprehendit sub arbore latitantem in paradiso. Veniat prope vsque ad tenebras, & umbram mortis misericordia, quærere, quod perierat: quia in luce manens iustitia in umbra absconsum perditum à longe per clamorem interpat, *Adam vbi es?* Vbi est misecta, veniat misericordia: quia vbi est iniustitia, ventra non potest iustitia. Veniat denique ipsa sapientia præparate misericordiæ solium, quæ olim ædificauit iustitiæ domū. *In misericordia,* inquit, *præparabitur tibi solium.* In iustitia namque in sanctis Angelis parauit sibi sapientia solium excelsum, in hominibus verò in misericordia eleuatū: vnde & Isaias iustum & misericordem Dominū sedentem contemplatus super solium excelsum & eleuatum. Veniat ergo misericordia, & de vetusta ac ruinosa domo venus & pluvijs patula, volucribus cœli ac bestijs syluæ exposita; in qua homo habitare non audet, & filius hominis non quiescit, novum sibi ante nova renouet habitaculum, vbi filius hominis caput reclinet, & intrarim paululum paulet, sicut scriptum est, *Dormite iam, & requiescite,* & continuò, *surgite eamus hinc.* Modica enim & brevis hic est requies sanctorum, labor verò magnus ac ferè continuus. Veniat tandem ad vetustum æternus, & vt veterem renouet innouans omnia, quodammodo ipse inueteratus sit, & sicut ante nova ac inaudita, inclinata est æterna maiestas, vt in eos omni capitis altitudo totū corpus innouans superueniret; obscurata quodammodo & obumbrata lux, vt cæcis & antiquis tenebris nova lux oriretur: sic quodammodo æternitas inueterata est, vt iode veteribus nouitas nascereturi; & sicut sua exinanitione vacuum repleuit, sua paupertate egenum ditauit, sua stultitia fatuum erudiuit, sua infirmitate debilem roborauit, sua captiuitate captiuum redemit, suis vinculis ligatum solvit, sua denique morte mortuum vivificauit: sic sua vetustate veterem innouauit. Vbique enim quod minus est Deo, maius est hominibus. Noone igitur per vetustatem Dominus nouam de vetere hereditatē, in qua moraretur; & tabernaculum, vbi requiesceret, ante nova renouauit: qui in omnibus ante requiem quæsiuit, & nusquam inuenit? Vnde & sequitur *Et in hereditate Domini morabor.* Hæc enim Domini, vniuersaliter Ecclesia, specialiter Maria, singulatiter quæqua fidelis anima, in tabernaculo veteri Mariæ moratus est Christus nouem mensibus; in tabernaculo fidei Ecclesiæ vsque ad consummationem sæculi; in cognitione & dilectione fidelis animæ in sæcula sæculorum morabitur. Vnde sequitur. *Tunc præcepit, & dixit mihi creator omnium,* &c. Vox ipsius hereditatis. Cùm enim vbique, sicut dictum est, requiem quæsiuisset, & nusquam inuenisset; tunc sequestrauit sibi populum Iudæorū in hereditatem, cui per Moysen præcepit & dixit, id est præcepta dictauit. Et qui creauit hac secunda creatione Synagogam matrem Ecclesiæ, requieuit in tabernaculo suo, id est in tabernaculo fœderis: in Ecclesia autem similiter nunc in sacramento sui corporis. Cùm etiam per omnes mulieres, de qua nasceretur, quasi quæsisset, selectim assumpsit sibi Mariam: vnde & benedicta dicitur in mulieribus: & tunc per Spiritum sanctum intus præcepit illi de contemptu commixtionis carnalis, de amore virginitatis, & per Archangelum Gabrielem dixit ei foris, quòd Christum conciperet de Spiritu sancto, quem iam intus habebat. Et postea qui creauerat eam nouam creaturam in seipso, requieuit in vtero suo Christus. Vniuique etiam fideli animæ ad salutem prædestinatæ quando vult, & quomodo vult, & intus per propriam rationem, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & per inspirationem gratiæ, qua plenius voluntatiam legregat herediuati suę, & foris per doctrinam & creaturam, vbi quæ per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, præcipit & dicit sapientia: & quæ sic creat & formar eā in Christo Iesu in operib⁹ bonis, requieuit in conscientia ipsius. *Et dixit mihi. In Iacob inhabita, & in Israel hereditare.* Vox Patris ad sapientiam Christum. Sapientia habitat in Iacob, hereditatur in Israel: sed

Isai. 7.

Matth. 14.

Eccli. 24.

Hereditas Dei quanā.

Genes. 3.

Isai. 16.

Eccli. 24.

in solis & in omnib⁹ electis partis sui mittit radices. Omnis enim plantatio, quam non plantauit pater cælestis, quantūvis excrescat, quantumvis floreat, tandem eradicabitur. Neque enim Filij est dare regnum, nisi quibus paratum est à Patre. Nō igitur vbicumque sapientia habitat, hereditatur: nec vbicūque hereditatur, mittit radices. Cadent enim ab hereditate mille, & de habitaculo decem millia: ad electos verò non approximabit turba: generatio enim cœlestis tanquam radix fortissima conseruat eos. Vel si placet, in actiuis habitat, qui supplantatis vitijs, bonis desudant operibus; & in contemplatiuis iam quasi hereditatur, qui bonam partem elegerunt, quæ non auferetur ab eis. In vtrisque verò electis mittit radices sapientia, quæ contra omnem impetum & vim ventorum seruauerat vtrosque. Et secundùm hunc modum ceteræ distinctiones, ordinibus licet permutatis, facilè ruerunt. Verūtamen in Ecclesia actio & contēplatio duæ vitę, in Maria circa Christum duo plenissima officia: in singulis nobis vtilissimę permutationes & vicissitudines necessariæ. Quod enī caret alterna requie, interim durabile non est. Quod & in nobis adimplere dignetur per intercessionē beatæ Mariæ Christus: qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorū Amen.

Matth. 20.

Sermo 2. in eadem solemnitate.

Cant. 8. QVE est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens: innixa super dilectum suum? Ferme in principio Epithalamij huius apparet nefcio quæ mirabilis, quasi in desertis tacens, ardens, & fumans: ignem in se retinens occultū, fumum sursum dirigens manifestum, tanquam virgulam; odoriferum quoque, tam quā ex aromatib⁹ myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij: de qua dicitur *Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi?* In progressu verò alia quædam, sut fortassis propter profectum virtutis eadem, quæ iam consurgens progreditur: nec tota statim clara aut lucida, sed quasi aurora, quæ de confinio noctis diescit in claram lucem. Pulchra quoque vt lona, quæ tota non est pulchra: electa etiam vt sol, qui licet totus lucidus, non tamen totus placidus. Fulget enim & torret, & quantum quidem ex fulgore placet, tantum quādoque ex feruore nocet. Sunt enim aliqua in rerum naturis, quæ lucem solis eligunt, sed calorem refugiunt; & nonnulla quæ calore foueantur, lucem autem offendūtur: quibus calor amicus, splendor contrarius: splendor amicus, calor cōtrarius. Terribilis tandem, vt castrorum acies ordinata, sed nondum pacata. Acies quidem ordinata esse potest, sed dum acies est, secura & omnino pacifica, vel pacata esse nequaquam potest. Cires finem verò tertia cæteris mirabilior & excellentior apprime, nec iaccus & fumans per desertum, nec consurgens & progredicns de deserto, apparet; sed virtute multa & alacritate mira ascendens de deserto, tota non dico circumdata aut plena delitijs, sed superabundans & affluens, præ nimia teneritudine seipsam non sustinens, sicut Esther illa regina ascendens de triclinio feminarum in palatium Regis Assueri, innixa & incumbens super dilectum suum. Et hæc fortassè est ista regina modi, quæ hodie de hoc modo & sæculo nequam eripitur; quæ in præsentis Ecclesiæ triclinio super cæteras & viduas cum virginibus lota & ornata, & his omnibus amplius. Quia etsi multæ filiæ congregauerunt diuitias, ista supergressa est vniuersas. Hodie rogatura pro populo ingreditur ad Regem filiū, & sponsum suum: cuius faciem maiestatis nec mater ipsa tolerat, nisi & Rex in signum clementiæ auteam virgā porrexerit. Nisi enim diuinam ac imo ēsam maiestatem cōnaturalis & coæqualis contemperauerit bonitas, intolerabilis & inaccessibilis est omni creaturæ. Ante hanc quippe Propheticæ corruunt, & cùm ab ipsa per elementiam tandem eriguntur, diu languent & miserescunt: vittotes quoque cœlorum in fine mouebūtur, & trement. Securius tamen omnibus mater ad filium ingreditur; nec tam quia sola genuit, quàm quia singulariter dilexit. *Innixa*, inquit, non super filium, sed *super dilectum*. Potest enim filius esse, vel frater, vel pater, vel sponsus, vel quilibet huiusmodi, & non diligi; dilectus autem omnino non potest esse, & non diligi. Ascendit igitur hodie Maria de mundi huius deserto; non sine admiratione cœlestium virtutum, quæ tale aliquid antehac non viderunt, vt supra earum omnium chorus & sedes de hoc mundo aliquis euolaret se tesideret. Vnde & dictum est. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens?* Deliciæ tuæ virtutum fructus, quæ dum pullulant, aut florent, aut immaturos adhuc fructus formant, habent aliquid amaritudinis, & difficultatis & mœroris: sed exercitatis ad extremum per eas pacatissimum ac suauissimum ferent tandem fructum. Sicut enim tempore maturitatis, reiectis corticibus, aperitis testis, ad nuclei tandem suauitatem ac dulcedinem peruenitur; & quod diu elaboratum est, cum suauitate & lætitia capitur: sic nimirum post hanc vitam exercitijs virtutum omnimodis euacuatis, in ipsis solis & puris & nudis delitiabimur. In quibus quoniam in hac vita, beata virgo Maria plus omnib⁹ floruit (vnde merito in Nazareth de ipso Spiritu sancto immediatè concepit) in illa cœlesti se de, tanquam in domo panis, abundantius omnibus delicijs affluit: innixa vbique super dilectum, quem fœlicius fide & dilectione, corde quā ratione gestauit. Vnde & dictum est. *Quinimò, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Interim autem donec metat myrrham suam maturam sponsus cum aromatibus suis, frequenti visitatione descendat in hortum nucum, vt inspiciat, si flo eut vineæ; & germinant mala punica. Præterea, carissimi, in nobis ipsis per profectum spiritualis conversationis ascensiones huiusmodi ooorconcongruè quotidie deprehendūtur, juxta quod scriptum est. *Ascensiones in corde suo disposuit*, & cæteta. Et alibi. *Qui nos congregauit secit, & consedere secum in cœlestibus.* Est igitur animę rationalis sicut mystica quędam mors, sic Nativitas, Resurrectio, Ascensio, & Regnum, & omnia ferme celebrātur intus mysterialiter, quæ foris agunter historialiter. Moruor ergo anima Deo per inobedientiam, & nascitur diabolo & mūdo. Vode est. *Maledictus vir, qui nunciauit patri meo dicens, natus est tibi puer masculus.* Malum est, vt nascatur filia diabolo, peius vt nascatur masculus. Moritur quoque anima diabolo; & nascitur Deo per pœnitentiam. Primus itaque motus est in peccatis mortis ad vitam continuo cordis: quæ dum jugi præcedentium malorum inspectione compungitur, & dolore arcenditur; quasi quendam ignis gehennæ ignem creat, qui fursum per cōfessionem oris fumat. Et quoniam

Triplex eiusdem fœminæ visio.

Cant. 3.

Cant. 6.

Esther. 15.

B. Virgo supra Angelos exaltata.

Cant. 8.

Isa. 12.

Psal. 83.

Ephes. 2.

Anima mystica Nativitas mortis, &c.

Ierem 20.

sicut cõtritio cordis absque confessione oris non sufficit, sic confessio oris sine emendatione operis non proficit. Apponũnt aromata, vt fumum bene redolere faciant, & cõtinentem peccata sua, operum suauiredolentia correctum cunctis ostendant: maximè autem myrrhæ & thuris; quia omnium dæmoniorum dirissimum genꝰ scimoio & oratione facilè ejicitur: vnguentũ etiam pulueris pigmentarij, quia post compunctionem cordis & confessionem oris, carnis quoque afflictionem, & puram ad Dominum orationem, negligi non oportet clemosynarũ largitatem; quæ tamquã pulueris de terrena subsantia, quæ necessitati superfluit, minoratim dispergitur. *Dispersit, inquit, dedit pauperibus.* Et quid sequitur? *Iustitia eius manet in sæculum sæculi.* Ergo talem conuersationem pœnitentis sequitur iustitia, de valle lacrymarum consurgens, & progrediens videlicet aurora. *Date*, ait Salvator, *eleemosynam & omnia munda sunt vobis.* Verumtamen ea est eleemosyna ordinata, quæ seipsam minimè præterit, quæ suimet primùs meminit, sicut scriptum est. *Miserere animæ tuæ placens Deo.* Itaque frater, per contritionem, confessionem, mortificationem, & orationem, tui & Dei optimè memineris: per eleemosynam verò, proximi piè recorderis; & per pœnitentiæ gratiam cuncta restaures, qui per transgressionis offensam te, ac Deũ, & proximum profligaras; quemque compunctio de mortuis ad vitam in vulua concepit, confessio edidit; cui abstinentia vmbilicum præcidit, ratio lauit, eleemosyna sale saliuit, iustitia tandem mundum suscipit, & virtutum pannis inuoluit, vestimumque de tenebris ad lumen trahit. Fumus namq; odoris quippiam habere potest, sed splẽdoris nihil potest: aurora verò aliquid habet lucis, quæ primꝰ est ad gloriam iustitiæ progressus: luna autem ferè tota lucet. Sol quidem tenebrarum nihil habet: acies autem ordinata etiam terret. Ita quippe primus est iustitiæ gradus, in semetipso per innocentiam iustitiæ lumen habere: secundus, per operationem bonã, aliis vt ipsum sequantur lucem præbere. Tertius, iustitiæ zelo in lucidos, vt plus luceant, feruere: quarta sua incomparabili luce, & intolerabili quadam maiestate terribilẽ apparere. Verumtamen vix innocentia hic plena possidetur, & vera, quæ nec sibi nec cuiquam nocet: cæ operatio absque omni fuco facile splendet; zelusque sine omni impetu difficile feruet; ordinataque cõgeries authoritate pacifica rarissimè terret. Vnde necesse fuit, apparere adhuc tertiam, quæ tota delicijs affluat, neminem sicut sol vrat per diem, aut vt luna per noctem; id est aut operatione aut increpatione scandalizet; cunctos sua mansuetudine & venustate demulceat, & placet: de quali scriptum est. *Et inuenit gratiam in conspectu omnis carnis. Magnificauit eum in conspectu inimicorum, & in verbis suis monstra placauit.* Vidimus tamen hominẽ, habentem vtique aliquid super hominem: de cujus operatione aut increpatione cùm aliqui perusti, contra absentem murmurassent, tanto placore simul & terrore diuina ei quædam amanda maiestas & reuerenda caritas ruilabat in vultu; & in labijs tanta erat gratia diffusa; vt in eius aspectu sic delinirti, semetipsos quòd eum reprehendissent, reprehenderent; ipsius omnia amarent, laudarent, prædicarent. Cuius sancta anima delicijs verè affluebat, sicut in eius scriptis facile est dignoscere: & maximè in his, quæ in Cantis Canticorum scripsit. Sanctum namquũ Bernardum Abbatem Claræ-vallis inquimus. Ergo quibus erat absens, sol & luna & acies erat terribilis, præsens persundebat, quibus ipse semper affluebat, delicijs: ita cunctis & amore terribilis & terrore amabilis, vt nemo in eius verbo vel disciplina, vllapusillanimitate deficeret, aut impatientia vereretur, aut tabesceret inuidia. Hic igitur, dilectissimi, est in hac vita supremus iustitiæ gradus. Primus etenim est innocentia, quæ nemini malum facit. Secundus munificẽtia, quæ quibus potest bene facit, omnibus autem bene cupit; quibus valet benefica, omnibus benenula. Sicut enim eleemosyna peccatoris peccata redimit, sic misericordia iusti ipsum ad maiorẽ iustitiam excolit, vt qui instos est iustificet ac adhoc peccatoris autem auaritia eum deorsum semper mergit, vt qui in sordibus est sordescat adhuc. Ternus zelus vbi paranymphus amore sponsi feruens, sponsam ab amore tepere non sinit. Quartus, auctoritas quæ absque alia potestate sola virtutis gratia, & sanctimoniæ fama venerabilis cunctis existit. Quintus caritas, quæ super omnia omnibus gratiosa & amabilis existit; speciosa per profectum iustitiæ, & suauis per summum in delicijs suis. Sicut ista sancta Deigenitrix in vita sua, & amplius bodie in morte sua, quæ ad Filium suum bodie ascendit, vbi pro nobis orare dignetur ipsum, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia sæcula sæcolorum, Amen.

Oratione & ieiunij vis.

Psalm. 111.

Luc. 11.

Eccli. 30.

Eccli 45.

S. Bernardi laus.

Quinq; gradus iustitiæ.

Serme 3. in eadem solemnitate.

Psalm. 72. TEnuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cũ gloria suscepisti me. Tria dixit, *tenuit, deduxit, suscepit.* Tenuit, ne caderet; deduxit, ne erraret, suscepit, ne deficeret. Tenuit igitur ad statum, deduxit ad profectum, suscepit ad perfectum. Sed quis, quem tenuit; & quomodo deduxit, aut suscepit? Tenuit, inquit, dexteram, deduxit in voluntate, suscepit in claritate. Tenuit in fide, deduxit in spe, suscepit in re. Vox interĩ est fidelis animæ ereptæ de laqueo venantium; quæ laqueo contrito liberata est, & assumpta gratias agit liberatori suo: donec simul omnis Ecclesia in hoc hæc psallat; considerans, vbi iacuerit, & qualis; quà transierit, & quomodo; vbi locata sit, & à quo; quò demersa fuerit, & quare. Horũ siquidem omnium cõtemplatio ei valebit, ac semper ad gratiarũ actiones de novo instaurabit. His etenim articulis omnis scriptura diuina distinguitur, maximeque psalterium; additis duobus, id est vnde primũ in casum venerit, & qualiter, decachordum plenissimè inuenitur. *In psalterio, inquit, decem chordarum psallite ei.* Dicat ergo, & altiꝰ psallat virgo mater Maria, quæ supergressa est vniuersas; gratias agens filio carnis suæ, fratri gratiæ suæ, secundùm quẽ est primogenitus in multis fratribus; patri naturæ suæ, domino vitæ suæ, tedẽptori animæ suæ, rectori tandem status sui, ductori profectus sui, susceptori hodie spiritus sui: dicat. *Tenuisti manum dexteram meam.* Sinistra manus vita carnis, & prosperitas ipsius. Hanc quodãmodo dimisit, qui eam paupertati, dolori, infirmitati, mortiexposuit; sed vbique dexterã tenuit, qui in omnib animam seruauit, patientiam dedit, meritũ auxit. Quorũdam siquidem Dominus tenet; ac dexteram dimittit; quorumdam dexteram tenet, & sinistrã dimittit; quorumdam vtramq; dimittit; paucorũ

Vox animæ sanctæ carnis saluta.

Psal. 72.

Dextrã vel sinistram tenere vel dimittere quid sit.

omnino vtrãque tenet. *Tenuit* ergo, inquit, *dexteram meam.* Vbi sunt, qui de sinistra conquerũtur? Mater Christi de sola dextra gloriatur, & ꝓ suauitate & abũdantia gloriæ, in qua suscepta est, etiam quæ passa est inter lucta enumerat. Experimento eorum iam didicit, ꝙ diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonum. Talis quidã Patrum

Ad ambinexter. ludex inuentus est, qui vtraque manu in prælio

Iudic. 3. Dñi vtebatur pro dextera: vnde ambidexter dictus est. Talis & Apostol⁹ Paulus: qui vbique & in omnibus institutus est: qui scit abundare, &

Philip. 4. penuriam pati: qui gloriatur in tribolationibus, & infirmitatibus libenter: qui per infamiã & bonam famam, per gloriam & ignobilitatẽ, medius incedit. Ioannes quoque Baptista non vt arũdo flexibilis, vento circumfertur fauoris, vel vituperij: & ipso attestante ad Iudæos, medius eorum stat, quẽ ipsi nesciunt, id est Iesus. Virtutes enim mediæ sunt, sicut ait etiã Gentilis, *Virtus est medium vitiorum, vitiũq; reductum*; quas nescitũt, qui ꝓsperitatibus tumẽt, & aduersitatib⁹ rabescunt. *Et in voluntate tua deduxisti me.* Tua, inquit, non mea. Nec in voluntate tua deducta est Maria; & in Euangelio docemur Apostoli orare partem, *Fiat voluntas tua.* Et nescio qui stulti, & maximè, qui propria vuluntate abdicata, professi sunt obedientiam hominibus, pro sua voluntate quotidie litigant, & in multis contra Deum murmurant, & eius ordinationi repugnant, dum protestati quæ est ab ipso rebellant, sui dispositores esse cupientes. Sic & sic inquiunt, faciemus; & tunc hoc, & tunc illud, & quod adhuc dementius est, alios omnes docere volunt, & ad suam voluntatem omnia actirari. Sic & sic, inquiunt, facere deberent. Cumque secùs aliquid fit, murmurant, detrahunt, iudicant, & condẽnant. Ecce quò demersi sunt, qui ad alienũ imperium omnia facere debent, & ab alijs deduci contemnant; sibi ductores, sui præcipitatores. *In voluntate* inquit *tua deduxisti me.* Homo procax, & in voluntate sua obstinatus, iure ab omnibus vituperatur: & tamen hac sola occasione

Omnis controuersia ex obstinatione est. omnis controuersia nascitur, omnis lis & cõtentio gignitur. Ideo enim quisque contendit, quia quod sibi videtur, & placet, & vult; contra aliũ qui aliud vult, defendit. Et hoc inter homines aliquando non nullam potest vel iusticiam vel excusationem habere: contra Deum verò sola impietas est omnis inobedientia. Huic etenim omnium Auctori, Rectori, & Iudici, omnes subiici debent humili voluntate; quod etiam si no-

Psal. 72. luunt, faciunt seruili necessitate. *In voluntate* igitur *tua deduxisti me*, piè dicit, qui piè obediuit, qui piè gratias agit ei, qui eum vtiliter deduxit. Tenet enim Dominus electos suos fortiter, deducit vtiliter, suscipit fœliciter. *Et cum gloria*, inquit *suscepisti me.* Suscipit ad requiem, qui in labore seruierat. Suscipit in cœlis, à quo suscipi-

Eccli. 24. tur in terris. *Ego* inquit *diligentes me diligo*: &

1. Reg. 2. suscipientes me suscipio. *Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles*; & qui non suscipiunt me, erunt execrabiles. Suscipi ergo hodie illam matrẽ in cœlis, quæ illum suscepit filium in terris; & quæ suscepit illum in vtero, suscipitur ab illo in regno. Et quid multa? Vnusquisque sicut suscipit, sic suscipietur; & sicut abijcit sic abijcietur. Ista ergo sicut singulariter suscepit, sic est singulariter suscepta. Martha suscepit in domo, ista in vtero. Martha nescio quem cibum exteriorem ministravit; ista lacte suo proprium fœtum pauit. Nescio quæ induit eum veste; ista induit eũ carne. Mariæ Magdalenæ dimissa sunt multa, quoniam dilexit multùm, isti donata sunt plurima quoniam dilexit plurimùm; & plurimùm diligit, quia plurimùm suscepit. Dilectioni itaque dimittitur debitum, & donatur indebitum; & vtroque crescit dilectio, & ex dilectione comparatur vterumque. Dilectio itaque hostia peccatorum: dilectio præmium beatorum. Vtcumtamẽ vt diligi possit à nobis Deus, prùs in nobis creat Deus, ea videlicet dilectione, qua nos prævenit, vt eum diligamus. Vnde beatus ille discipulus, quem diligebat Iesus. *Non quasi*, inquit, *dilexerimus eum* prùs, *sed quoniam ipse prior dilexit nos.* Prævenit itaque dilectio dexteram nostrã apprehendit & tenet: *Misericordia*, inquit, *ejus præueniet me.* Delectio verò adiuuans deducit; *Et misericordia*, inquit, *eius adiuuabat me.* Dilectio autem subsequens suscipit; *Et misericordia*, inquit, *ejus subsequetur me omnibus diebus vitæ mea.* Prima dilectio inimicum reconciliat, secũda amicum iustificat, tertia filium glorificat. Nã quos prædestinauit, hos vocauit; & quos vocauit, hos iustificauit; & quos iustificauit, hos & magnificauit. Itaque dilectio & antequam aliquid essemus, prædestinauit nobis, in quo semper beati essemus, & quos prædestinauit, hos in voluntate sua apprehendit, tenet, & deducit per omnia, faciens in nobis omnia. Deus est enim qui operatur in nobis & velle & posse, pro bona voluntate, donec suscipiat nos in gloria, quam nobis impetret Virgo Mater à Filio suo, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

1. Ioann. 4.

Psalm. 58.

Psalm. 93.

Psalm. 22.

Sermo In Nativitate Beatæ Mariæ.

Memoriam fecit mirabilium suorum, miseri *Psalm.* 110.
cors & miserator Dominus In principio dilect. filiæ, mirabiliter ferit Deus hunc, in quo habitamus, de nihilo mundum; in fine verò mirabilius de ipso inueterato & decrepito facit no-

De veteri mundo Deus fecit nouum. vum. Sicut enim in testamento veteri novum testamentũ continebatur, cuius primum fuit vmbra & ipsum corpus; primũ figura, & ipsum veritas; sic & in populo veteri populus novus, & in homine veteri homo novus, & in ipso mundo vetere mundus novus: & vbique quod mirabiliter dictum vel factum est, mirabilius in testamento recapitulatur, & commemoratur. Ac-

Priora sunt figure posteriorum. capite ergo cuncta revoluuntur. Omnia enim priora posteriorum sunt figuræ, quæ nunc suis incipiunt reuelari temporibus; & hæc ipsa inuolucra quædam sunt, & exemplaria futurorum. Et sicut ista prioribus magis vera & manifesta, sic & istis illa futura: vt semper in imagine & quadam vanitate pertranseat vniuersa vanitas, omnis homo viuens: donec ad nudam, & manifestam, & stabilem veritatis faciem perueniat. Vnde scriptum est de cõsummato & perfecto. *Ideo stabilita* *Eccli.* 31.
sunt bona illius in Domino. Et alibi. *Donec stabiliat, & ponat Ierusalem laudem in terra.* Salvator quoque discipulis promittit ostendere eis in futuro seipsum. Moyses autem ante tempus id postulans minimè impetrauit. Si *inueni*, in- *Exod.* 34.
quit, *gratiam coram te, ostende mihi teipsum.* In principio igitur primi mundi creauit Deus cælum & terram: in principio secundi mundi creauit terram & cælum, & de terra cælum. Maria namque, cuius hodie recolitur Nativitas, secundùm carnis originem de terra terrena est, & ipsa

terra

terra: de ipsa verò fit fructus ventris eius de cælo cælestis, & ipse cælum. Et sicut ibi elementa quatuor, ex quibus vniuersitas corporalis componitur, historraliter creantur, ordinantur, ornantur; ita hic mysterraliter sponsus & sponsa, tanquam cœlum & terra, subiecta ac præclara, vel contemplatiui & actiui, creantur, ordinantur, ornatur. Et sicut ibi stella à stella differt in claritate: ita hic alius lucet sermone sapientiæ, vt præsit diei; alius scientiæ, vt præsit nocti. Alij quoque gratijs habent minores, in ministerijs signorum ac temporum, suoque loco & dono fulgent in firmamento nouo, quod non commouebitur. Sed fortiter diuidit inter aquas superiores & inferiores; ne ruptis cataractis commisceantur, & diluuium faciant. Habet enim mundus diluuij sui, de quo scriptum est. *Dominus diluuium inhabitare facit; & sedebit Dominus Rex in æternum.* *Psalm. 23.*

Ibi factus est die sexto homo ad imaginem & similitudinem Dei: hic Deus fit ætate sexta ad imaginem & similitudinem hominis. Ibi de terra fit homo: hic de Maria fit Deus. Ibi de terra adhuc incorrupta & virgine homo rectus, & ipse virgo: hic de Maria semper incorrupta ac virgine Deus iustus, & ipse faciens virgines. Ibi de viri latere sine muliere muliere creata est: hic de mulieris vtero sine viro vir generatur. Ibi de dormientis costa fœmina in adiutorium ædificatur: hic de Christi latere morientis sponsa confectatur. Ibi pro costa caro supplerur: hic pro virtute quę datur, infirmitas suscipitur. Ibi duo in carne vna: hic iam non duo, sed vnus in spiritu vno. Ibi propter vxorē relinquit homo patrem & matrem, & adhæreb t illi: hic sacramentum hoc magnū apparet in Christo & in Ecclesia; quia quasi partem reliquit & matrē, dum à Patre descendit, & Synagogam deseruit, vt Ecclesiæ Gentiū adhæreret. Ibi homo creatus in paradiso ponitur voluptatis: hic homo renouatus in Ecclesia ponitur spiritualium deliciarum opulenta, & omnigeno gratiarum flore decorata, virtutū fructu suaui; vt oporetur ibi homo cum timore & tremore salutem suam; custodiatque semper circūspectè, quod acquisiuit à creante, sicut scriptum est. *Qui se existimat stare, videat ne cadat* Et quid multa? Omnia, quæ ibi actualiter facta narrantur in illo actuali ac sensibili mundo, hodie recapitulari incipiunt in hoc mystico ac spirituali mundo: & memoriam facere incipit Deus, omnium quæ fecit, renouans vniuersa, ac subleuās. sicut scriptū est, *Ecce noua facio omnia* Et, *Si exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad meipsum.* Ideo quippe sursū in ære mori voluit, suspensus à terra, vt hominem terrenum ad spiritualem statum eleuaret: donec ad extremum ad cælum eū sustolleret, & in cœlesti qualitate perficeret. Natus nimirum in terra, in ære moritur, & in cælum ascendit: quia primum hominem in mundo suo terreno fecit terrenum, secundum in suo mundo spirituali spiritualem, tertium in suo mundo cęlesti cælestem facturus. Primus mundus historicus: cuius conditionem ac gubernationē narrat vetus testamentum. Secundus moralis, & allegoricus: cuius conditionem & gubernationē narrat Euangelium. Tertius anagogicus, id est sursum ductiuus: cuius statum nemo scit, nisi qui accipit. Vetus quippe Testamentum creationem narrat primi mundi, & potentiæ operationem secundi. Nouum verò Testamentum primi reconciliationem annuntiat, quæ est creatio secundi: & pollicetur, quem præstiguat, statum tertij. *Mundus historicus, moralis, allegoricus, anagogicus.*

Vespere, inquit, & mane, & meridie narrabo & annuntiabo: & exaudiet vocē meam. Vespere moritur homo terrenus ac vetus in mundo veteri, videntibus filijs vetustatis: mane resurgit homo nouus, & apparet in mundo nouo filius nouitatis: meridie ascendit in cœlum cœlestis, & apparet in cōspectu paternæ maiestatis, sanctis Angelis mirantibus, ac dicētibus, *Quis est iste, qui venit de Edom?* &c. Vbi exauditus pro sua reuerentia, interpellans pro nobis: propter quod scriptū est *Et exaudiet vocem meam.* Locatus igitur, & regnans in tertio mundo, orat Patrem pro his, quos extrahit de primo mūdo, & ponit interim in secundo, sicut scriptū est. *Non rogo pro mundo: sed pro his quos dedisti mihi de mundo.* Sic enim creatus est homo extra paradisum, ac postmodum positus in paradiso, deinde ponendus in cælo Sed cùm per culpam inobedientiæ recessit à Deo, per iustitiā vindictæ recessit à mente carni: & proiecta est ipsa de paradiso, & sic agit totus homo in exilio Neq; enim in tali corpore creata, vel posita est anima, nec in tali mūdo corpus. Anima igitur peregrinatur in tali corpore, & corpus in tali mundo. Ordine quippe, ac naturalis status hominis erat, cùm spiritus Deo, caro spiritui, mundus carni subiectus fuerat, & in ipso spiritu affectu carni subiacuerat. Et hic erat primus naturalis mundus, aureū Saturni sæculum, aureaque catena Poëtæ. Quā cùm inobedientia rupisset inter spiritum & Deū, cōcupiscentia inter carnem & spiritum, ac demū maledictio inter operationem eatus & mundū: apparuit subitò exordinata quædam rerum facies; quæ chaos, tenebræ, & abyssus meritò dicta est: vnde extractum se memorauit, qui per gratiam noua in Christo creatura in nouo mūdo positus, psallit. *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus vinificasti me, & de abyssis terræ reduxisti me* Homo enim sumptus de terra per naturam, supra locatus per gratiā, infrà ceciderit per culpam. Nūc enim gratias agens quis dicit. *Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.* Primò enim creatus de limo, secundò creator de luto: & extrahitur de lacu, qui de terra creat⁹, in profundum cecidit, ac fundū non inuenit Abyssus enim sine fundo profunditas est. *Ipsa enim* inquit, *in limo profundi, & non est substantia.* *Aureum sæculum.*

Psalm. 54. *Isai. 63.* *Ioann. 17.* *Psalm. 70.* *Psalm. 39.*

Deus ætate sexta homo factus.

Genes. 2.

Ephes. 5.

1. Cor. 10.

Apocal. 21. Ioann. 22.

Desunt nonnulla.

EPISTOLA EIVSDEM

B. ISAAC ABBATIS DE STELLA

AD QVEMDAM FAMILIAREM SVVM.

DE ANIMA.

DILECTO suo Alchero frater Isaac, se, & quod sibi. Cogis me, dilectissima, scire quod nescio; & quod nondum didici doceta. Vis enim à nobis edoceri de anima, sed neque id quod in diuinis literis didicimus, id est qualis foerit ante peccatũ, aut sit sub peccato, aut futura post peccatum: sed de eius essentia & vitibus, quomodo sit in corpore, vel quomodo exeat, & cætera quæ nou scimꝰ, oec nescire nos finis: vtque verum fateamur, id ipsum quod à nobis in collatione audisti, ob q animatis aliquid amplius spetare, dum attentiãtes obtemperate precibus tuis, in id intendimus, à nobis elabitur, euolat, & quodammodo euanescit. Vode & in hoc ipso discimus animam nostram eum diuina natura plurimam gerere similitudinem, quæ improbum scrutatorem sui seprimit dicens. *Auerte oculos tuas à me, quoniam ipsi me auolare fecerunt.* Tria itaq; sunt, Corpus, Anima, & Deus. Sed horum me fateor ignorare essentiam, minusque quid corpus, quã quid anima: & quid anima, quàm quid sit Deus, intelligere. Sed hoc forsasse mirabere is; & esto. Verũtameo in hoc corpore quod corrumpitur, aggrauatur anima; vbi & terrena inhabitatio senium in ima deprimit, & terreni actus morbo udaqua membra vim hebetant deprestam agentis animę. P edictorum itaque trium, primum occurrit ipsum corpus quod necesse est obscurum ab eo obscurata non oisi obscurè videat, quanto autem ab hoc tenebroso fumo altius euaporarit, limpidiùs vtique videbit. Vnde & animam ipsam, quantò intellectus superior & purior est sensu, clariꝰ ac certiùs videre, quàm corpus, necesse est: & ipsum Deum, quàm animam, quantò intelligentia præstat intellectui. Omnis enim essentiæ veritas in Deo est. In anima quidé aliqua eius apparet imago; in corpore verò vix illius inuenitur vestigium. Deus verò solus verè simplex est: corpus autem omne verè compositum: anima vtriusque respectu vtrumque dici potest. Aut si aliquod corpus simplex, anima vtique simplicior, quæ omni corpora superior: Deus vero simplicissimus, qui & summus. Hinc est ergo, quòd Deus omnia quæ habet, hæc est, qui omnia sua est. Corpus verò nihil eorum quę habet, esse potest, quod nihil omino suorũ est. anima autem tamquam inter has natutas media mediè temperata est; vt & quædam suorum sit, & in de simplex: & quædam omnino non sit, & inde non verè simplex inueniatur. Vt autem ad certi aliquid ligemus sententiam, Deus nec qualitatem, nec quantitatem habet Nam cùm dicitur qualis, aut quantus, non aliud quàm quid sit, de eo prædicatur. Corpus verò vtrumque habens, neutrum est. Anima nec quantitatem habet, quia non est corpus; nec qualitate caret, quia non est Deus. Habere tamen quantitatem, si vsquam dicitur, siue partes, ratione potius similitudinis, quàm veritate compositionis intelligendum est. Habet enim vires siue potentias naturales, secundùm quas virtuales seu potentiales dicitur habere partes; sicut sunt ingenium, ratio, memoria; quæ si verè sunt animæ partes secundum quantitatem, & animas eas esse, necesse est; & quot habebit partes, ex tot animabus constare eam verum erit. Omnis enim pars ejusdé naturæ inuenitur cum suo toto. Omnis quippe pars corporis corpus est. Vnde & omnem partem animę, si quantitatiuas habet partes, animam esse aliam, necessariò conuincitur. Cùm igitur animæ sint partes, & connaturales quidem, ingenium, ratio, memoria, & huiusmodi; nec sint quantitatiuæ, necesse est, cùm ex sint idem quod ipsa, eadem videlicet natura, eadem essentia, eadem omnino anima. Non enim ratio & anima duæ suo. essentiæ, sed vna. Proprietates quidem diuersæ: sed essentia vna. Nempe secundùm proprietatem, sicut ait beatus Augustinus, aliud est anima, & aliud est ratio; & tamen in anima est ratio, & vna est anima. Sed aliud agit anima, aliud ratio. Anima viuit; ratio sapit. Et cùm vnum sint, sola tamen anima suscipit vitam: sola ratio suscipit sapientiam. Videre itaque est, quomodo in hac parte fulgeat imago Deitatis in anima: vt eùm pluralitas in ea sit proprietatum naturalium, vna tamen sint natura; & cum nulla earum sit altera, nulla tamen aliud sit, quàm altera. Est igitur anima rationalis, concupiscibilis, irascibilis, quasi quædam sua trinitas; & hoc totum, & nihil amplius, aut minus: & tota hæc trinitas, quædam animæ vnitas, & ipsa anima. Habet igitur anima naturalia, & ipsa omnia est: & ob hoc simplex est. Habet accidentia, & ipsa non est, propter quod omnino simplex non est. Non enim est anima sua prudentia, sua temperantia, sua fortitudo, sua iustitia. Suæ igitur vires est, & suæ virtutes non est. Sedere enim non opottet in ciuitate, donec in duamur, & induantur vires ostræ exalto. Vires etenim susceptiuæ sunt donorum, quæ habitu virtutes fiunt. Porrò sicut in igne nativus calor est, qui appropinquantes calefacit, creans in eis accidentalem calorem, ex ea natura qua calere possunt; & naturalis lux illuminans accedentes; ex ea videlicet natura, qua illuminari possunt: sic in diuina natura naturale donum ac beneficium est fontale, illuminans & accendens, tanquam sapientiam & iustitiam in eis, qui accedunt creãs, in ea videlicet parte, qua accendi & illuminari possunt. Vnde est. *Accedite, & illuminamini.* Et illud, *Appropinquate mihi, & ego appropinquabo vobis.* Et illud, *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis.* Attende tamen, quod vires nonnumquam indifferenter virtutes dicuntur, secundùm quod in

Cant. 6.

Paradoxũ hoc postea Author explicat.

Aug. ferm. 3. in Domin. ante Natiu. Christi.

Anima est sua naturalia, nam est sua accidentia.

Psalm. 33. Iac. 4.

Rom. 5.

Matth. 25. Evangelio talenta donantur, secundùm propriã vnius cuiusque virtutem. A viribus tameo virtutes denominantur, vt à virtute licet indirectè studiosi. Neque eoim omniom omnes vires gratia sua tepler, qoi voicuique provt volt, distribuit: sed altorum alias, & alias aliorum; beatinres aotem pluribus, si tameo meliortbus abundant: sicot ait Apostolus. *Æmulamini charismata meliora.* Dominus autem IESVS, cuius omoes animæ vires induxit sunt virtute ex alto, plenus dicitur Spiritu sancto, plenusque gratiæ & veritatis: fortasse solos, de cuius pleoitudine accepimus. Sunt igitor corporis & naturalia & accidentalia: sed nihil horum corpos. Dei verò nec naturalia, nec accidentalia, seu tntom, & solum, & semper quicquid Dei est, vnus Deus est: anima verò naturalia, quę non aliud esse possunt quàm ipsa anima, & accidentalia quæ nisi aliud esse possunt, quam ipsa anima. Quod si putari debet, Dei quoque esse aliqua naturalia, quoniam Patet oaturalem habet Filium, & ille naturalem Patrem, & vterqoe naturalem ille paternitatem, & ille filiattonem; in hoc tamen differt commonitet ab vtroqoe, id est enrpore & aoima; quòd accidentalia nulla habet: à corpore verò quod naturalia sua est: ab anima aotem, quòd omnia sua est, excepto quòd alterta persona ad alteram relatinè dicitur. Aoima quidem omnia sua nullatenos est; nec sula relatione aut proprietate ab accidentalibos suis differt, sed oppositionne essentiæ. Posita ergo in medio anima, aliquam cum vtrnque habere debet conenientiam, & cum summo in suu superinti, & cum imo in suo inferiori. Habet namque, vt dictum est, aoima secundùm proprietates, imum, medium, summum; quamvis secuodùm essentiam omnia sint vnum. Tota namque animæ essentia io his tribus plena & perfecta cõtroetur, idest in tationabilitate, cõcupiscibilitate, & trascibilitate. Vode Propheta volens io Christo ostẽdere, plenam ac perfectam animam affutoram homanam, ait. *Vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.* Sicot & de vetnre corporis præmisit. *Butyrum & mel comedet*, vt si diceret. Laborem (multo siquidem labore, & fatigatinne, crebrisque tonsinothus de lacte botyrum elicitur,) & quietem (mel etenim gratis dulce est,) veraciter in carne expertetur: quatenus expettentia sciat per rationalitatem, eligere per en cupiscibilitatem bonum, id est mel, & taprobare per trascibilitatem malom, id est butyrum. Hinc & nos, quos de seipso secnndũ se erudit, vt sequentes ipsum perveniamos ad ipsum; crebris tribulationibus pascit, & nonoullis consolatiooibus lentr; quatenus ex his quæ patimur amara, discamus fugere amariora: & ex his quæ præbibamos dulcia, desiderare dulciora. Itaque per tationabilitatem habilia natorę est anima, illuminati ad aliquid, vel infra se, vel etiam in se, & juxta se cognosceodom: per concupiscibilitatem verò & trascibilitarem affici ad aliquid appetendum vel fugieodum, amaodum vel odiendum. De tationabilitate igitur omnis oritur aoimæ sensus: de alia omnia affectus. Affectus verò quadripertitus esse dignnsctur; dom de eo quod diligimus, aut in præsentiarom gaudemus: aot fututum speramus: aut de eo quod odimus, jam dolemus, aut dolendom timemos: ac per hoc da coocupiscibilitate gaudium & spes; de trascibilitate verò dolne & metus oriuntur. Quicoidem quatuor affectus animæ, omnium sunt vitiorum aot virtutum quasi quædam elementa, & commonis materies. Affectus etenim omni operi nomen imponit. Et quoniam virtus est habitus animi bene institoti; instituendi, & componendi, ordinandique sunt appositа ratinne ad id quod debeot, & qoomodo debent, animi affectus, vt io virtutes proficere possint: alinquio io vitia facilè deficient. Cùm igitor prudenter, modestè, fortiter, & iustè amor & odiom institoantur, in virtutes exorgnot, prudentiam, tẽperantiam, fortitudinem, & iustitiã: quæ quasi radices, siue cardines oomiom omnino dicontur esse virtutum. Nam, vt beatus ait Aogustinus, id quod qoadtipertita virtus dicitur, ex amoris vatio quodam affectu formatur: vt temperantia sit amor Deo se iotegtum seroans, & incorroptom: fortitodo amor propter Deum facilè omnia pertereos; instituta amor tantùm Deo seroiens; & ob hoc subiectis omnibus bene imperaos: prudentia amor ea quæ iuoãt in Deũ bene discernens, ab his qoæ ab ipso impediunt. Proinde, vt dictum est, de cõcupiscibilitate & irascibilitate omnis oritur animi motos, qun afficitur ad aliquid sopra se, vel infra se, in se, vel toata seligendum, aut reprobandum, amandum, vel indiendum. De concupiscibilitate igitur propẽsio, titillatio, delectatio, dilectio: de trascibilitate verò venit zelus, ira, indignatio, odiom. Quæ omnia si beoe, si ordinatè, si plenè in anima institoontur; per ndium mondi & soi proficit io amorem proximi & Dei, ia temporalium & ioteriorum contemptum, æternitatis acsupetiorum desiderium. Sed istatamde affectu tacta prtiùs quã dicta sufficiant. Sensus verò de tationabilitate exurgẽs, propter tempus præsens, præteritum, & futurum variatur, aut variè nomioatur, ratio, memoria, ingenium. Ingeniũ verò ea vis animæ dicitur, siue intentio, qua se extendit, & excitat ad incognitorum inventionem. Ingenium ergo exquirit incognita, ratio indicat inventa, memoria recondit, iudicata, & offert adhoc diiudicanda Ingenium igitur quæ adinoenit ad tationem adducit, memoria quod abscondit reducit, ratio verò tanquam presentib⁹ soperfertot, & quasi in ore cordis semper aut mastirat, quod dentes ingenij carpunt; aut ruminat, quod venter memoriæ trepræsentat. Non enim omne quod scimus, semper occurrit; nec versatur semper in intoitu scientis omne quod scitor. Verumtamen temporaliter & per partes à memoria tanquam recondituum abstrahuntur, & in ore cordis præsens formatur verbum, quod soris in ore carois agit strepitum. Hinc etiam est, quod quia Deo nihil futorum, nihil præteritum, omnia in icto intuentis præsentialiter simul & semel & semper sunt, omnia tanquam præsentia, & immobiliter æterna et in verbo esse dicuntur, vr ingo, id est ratione mentis, quæ simul & semel & semper secom tractet, sibi inquatur. Vode omois eius de omnibus sensus, nec memoria, nec ingenium sed verbum dicitur. Verumtamen ratio, memoria, ingenium, secundùm exercitiũ tria; secundum essentiam vnũ sunt in anima, & quod ipsa Sed sicut propter tempus varia sunt exercitia, sensus qui in ipsa anima est vnus, & quod ipse: ita & propter ea, ad quæ cognoscenda exercitur & intendit, multiplex dicitur, & multipliciter nuncupatur. Dicitor ergo sensus corporeus, imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia Hæc tamen omnia in anima, non aliod sunt quam anima. Alia & alia ioter se proprietates propter

Isaiæ 7.

Affectus seu passio quadruplex.

Virtus est amoris affectus.

Amor firmus, seu verbum.

varijs exercitijs. sed vna essentia rationalis, & vna anima. Sicut enim vita animæ quæ viuit, nó quomodo viuit, nihil aliud est quam anima viuens; sic & quilibet sensus animæ quo discit, non quo doretur, nihil aliud, quàm ipsa sentiens: nec vultus animæ, quantum ad faciliatem pertinet, aliud esse potest, quàm ipsa volens. Sicut ergo sursum versus quinquepertita quadam distinctione mundus iste visibilis gradatur, terra, aqua, aëre, æthere, siue firmamento ipso quoque cœlo supremo, quod empyreum vocatur: sic & animæ in mundo suæ corporis peregrinanti quinq; sunt adsapientiã progressus; sensus, imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia. Quinque etenim progressionibus rationabilitas exercetor ad sapientiam, sicut ipse affectus seu voluntas quatuor ad charitatem: quatenus in nonẽ istis progressibus anima in semetipsa proficiens, sensu & affectu quasi internis quibusdam pedibus, quæ spiritu viuit, spiritu ambulet, vsque ad Cherubim & Seraphim id est plenitudinem scientiæ, & rogum charitatis: habeatque in se per exercitũ virtutes, quarum per naturam habet facultates: quatenus sicut cœlum dicitur, quoniam sedes est sapientiæ; sic & suis in se quasi cœlestibus & ornetur ordinibus, & ordinetur virtutibus. Facilè antẽ vaga erit, hos progressus nominibus & ordinibus comparare Angelorũ. Sensu igitur corpora percipit, imaginatione corporũ similitudines, ratione verò corporum dimensiones, & similia; insuper primum videlicet incorporeum ad subsistendũ tamen indigum corpore, ac per hoc loco & tempore. Intellectu quidem fertur super omne quod corp⁹ est, vel corporis, vel vllo modo corporeum: percipitque spiritum creatum, qui ad subsistendum nõ eget corpore, ac per hoc nec loco; licet sine tempore esse minimè possit: cùm naturæ mutabilis sit. Intelligentia denique vtrumque, & quantum naturæ fas est, cernit ipsum solum summè & purè incorporeum; quod nec corpore vt sit, nec loco vt alicubi, nec tempore vt aliquando, eget. Sensus igitur terræ cõparatur; corpus etenim non transcendit: corpus autem omne pro terra habendum est. Est igitur semper ea vis animæ, qua rerum corporearum corporeas formas sibi repræsentat. Qui corporeus cùm sit, non est tamen corpus; atque ideo corporeus dicitur, quia corpus, vt dictum est, non transcendit; vel quia corporeis exercetur instrumentis. Vnde & ob numerum instrumentorum quinquepertitus dicitur; cùm sit tamen intus nó nisi vnus. Sicut enim in lucere aqua recepta, per plurima foramina radios emittit varios, & pro qualitate & positione foraminum difformes; cùm tamen intus vna sit, & vniformis; sic sensus interior vnus & vniformis, pro qualitate & positione instrumentorum variatur, & ad diversa viget. Intus enim, nec solùm in phantastico animæ, quod est infimum spiritus; verum etiam in spiritu pecorum, qui est supremum corporis, visus, auditus, olfactus, gustus, & tactus, simul sunt; qui in instrumẽtis, vt dictum est, diversis diversa agunt. Ignis enim micat in oculis, qui & positione, igni, & compositione, congruunt luci; aër verò subtilis, purus, ignique contiguus, sonat in auribus, positione congruentibus aëri, compositione sonoritati. Cetera in ceteris parent; nam crassus iste & fumosus quodammodo aër odoribus fœtoribusue affectus naribus, & aqua palato sapit. Terra solidatur in tactu, maximè tamen pedum, & manuum, quibus magis terram tractamus. Ceterùm quoniam corpus animale inaxime tetrena materies est; vbique in eo viget tactus, vbi spiritus. De sensu ergo oritur imaginatio, & secundùm eius diuersitates ipsius quoq; variatio. Imaginatio autem ea vis animæ est, quæ rerum corporearum percipit formas, sed absentes. Sensus vera corpora per præsentes ipsorum qualitates veras percipit, veriè, vt dictum est, varias: imaginatio verò ipsorum vetorum tantùm similitudines & imagines, vnde imaginatio nominatur: quæ cùm non sint vera corpora, nec veræ corporum qualitates, elongatio quædam & evaporatio à corpore est imaginatio; nec tamen ad incorporeum peruenit, extremi spiritus corporei conatus, sed non ad incorporeum perventos. Impossibile etenim est, quod corpus est, in spiritum attenuari, vel quod spiritus est, in corpus inerassari. Omne enim quod natum ex carne, semper per naturam & essentiam caro est; & quod natum est ex spiritu, similiter spiritus est. Sunt tamen vtrinque quædam similia, corporis videlicet supremum, & spiritus infimum; in quibus sine naturarum confusione, personali tamen vnione, facilè necti possunt. Similia enim gaudent similibus, & facile cohærent annexione, quæ non resiliunt dissimilitudine. Itaque quod verè spiritus est, & non corpus, & caro quæ verè corpus est, & non spiritus, facilè & conuenienter vniuntur in suis extremitatibus, id est in phantastico animæ, & ferè corpus est, & sensualitate carnis, quæ ferè spiritus est. Sicut enim supremum animæ, id est intelligentia, siue mens, de qua priùs dictum, imaginem & similitudinem sui gerit superioris, id est Dei, vnde & eius susceptiua fore potuit, & ad vnitionẽ personalem etiam, quando ipse voluit, absq; vlla demutatione naturæ suæ assumpta: sic & supremum carnis, id est sensualitas, gerens similitudinem animæ, cur ad personalem vnionem eius non suscipiat essentiam? Nonne in sensu memoria pecudis quædam est imago rationabilitatis: & in appetitu, voluntatis: & in his quæ refugit, reprobationis? Spiritus igitur corporeus, qui vtrique verè est corpus, & sensu naturali inter multa discernit, & concupiscibilitatis vi eligit, & irascibilitatis nanitate probat. Verumtamen cùm hæc instrumenta non deserat, quæ sapiat porci natura omnino nihil habere putãtur: rationali tamen animæ cõpositione sui, humani corporis habitaculum magè congruit, quasi rationabilibus & harmonicis istius motib⁹ sensuum, summi cithar. istæ plectro obtemperatum, & consonum, sicut scriptũ est. *Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem.* Sententia etenim ista, licet anagogicè mentis rationalis, quæ habitatio & domus dominatrix dicitur, naturalem tangit creationem, allegoricè autem Ecclesiæ spiritualem ædificationem: historialiter tamen, & quasi in fundamento, capitis humani, quod sedes est animæ, & domus quodãmodo rationis, intimat compagem. Caput siquidem (quod ipse melius nosti, qui in Physica emines) sex ossibus compaginatũ, septem columnis rotundis sustentatur. De cõpositione igitur corporis humani si nobis epistolã scribere nó fueris dedignatus, forsan authore Deo à nobis aliquod receptum recipies, quomodo illud instrumentũ operationis & delectationis anima libenter suscipiat, solicita custodiat, inuita dimittat, dimissum desiderabunda expectat, & in recepto gratulabunda exultet, sicut est apud Ioannẽ

Facultates animæ sunt ipsa anima

Quid sensus, imaginatio & ratio percipiãt

Senſus quin tuplex, & cur.

Quid sit imaginatio.

Supremum corporis, & infimum spiritus similia sunt.

Prou. 9.

cithara eduũ cithatizantium in citharis suis. Interim verò prolequemur inceptum: & de corpore quidẽ & anima, contrariis, vt diximus, naturis, qũ conveniant, & simul esse possint, hæc dicta sufficiant. Per duas etenim medietates convenientissimas facilè & firmè duæ dissidentes extremitates necti possunt: quod in magni, vt quidam dicunt, animalis, id est mundi hoc' fabrica cernere facile est. Convenientissima autem media sunt animæ & carnis, iuxta quod dictũ est, & multipliciùs assignari possent, sed malitas carnis, quæ maximè ignis, & phantasticum spiritus, quod igneus vigor dicitur. *Igneus est*, aic quidam de animabus loqoens, *illis vigor, & cæleſtis origo.* Hic fortasse dicet aliquis. Si per sensualitatem illam, quæ spiritus est corporeus, inest anima corpori: quare post ipsius discessum eo spiritu, qui vtique vita est, non vivit corpus? Ad quod dicimus. Dum illius sensualitatis integritas & temperantia congruus vivificationi manserit, num quã recedere animam: cùm autem distemperata & diffupta, invitam tecedece: secum omnia sua ferre, sensum videlicet, imaginationem, rationem, intellectum, intelligentiam, concupiscibilitatem, irascibilitatem: & ex his secundùm merita affici ad delectationẽ, sive ad dolorem. Corpus autem organum, quod priùs integrum contemperatumque dispositũ erat, vt melos musicæ in se contineret, & tactum resonaret, nũc confractũ & inutile è regione iacere. Periisse quidem organom, sed non periisse melos sive cantũ, nisi rantùm sonum cantum putaueris. Nec enim quæ corpus non est, localis esse potest, nec localiter accedere, inhabitare, vel recedere. Sed sicut in organo musicæ seu antiphonario folio cantus inest melos musicæ, dum chordæ, seu notulæ congruè dispositæ sunt: cùm autem dispouuntur, accedit: cùm confunduntur, discedit: ita & animæ est ratio cum suo corpore. Et si quæris, vbi sit anima post corpus: quæro, vbi sit cant' post folium, aut post sonum: vbi sit sensus post verbũ: vbi sententia post versum: vbi numerus post numeratũ. Pone quatuor lapillos, & tres, & sunt septẽ. Aufer illos: nonne tria & quatuor sunt septem? Numerabilia ergo vel numerata, si placet, quasi corpus quoddam sunt numeri, & sententiæ versus: sens' verò sermo, & cantilenæ modulatio vocis: quibus omnibus quasi corporib' tenentur incorporea: interdũ autem accedout, interdum recedunt. Sed dices istam similitudinem magis convenire Deo, qui purè & omnioo incorporeus est, qui in omnibus in semetipso est, quam animæ. At esto. Ego autem vt præfatus sum, certius aliquid philosophari queo de Deo, quàm de anima: & de anima quidem quàm de corpore, & facilius. Anima tamen imaginem habet & similitudinem divinitatis: vnde & natura similis sit omnioo necesse est. Deus ergo vbique est in semetipso, anima autem vbicumque est, quodammodo in semetipsa est. Ac per hoc ibi est anima post corpus, vbi erat agens in corpore: ibi Deus est modo, vbi fuit, antequam mundum faceret, vbi etiã foret, si mundi esse desineret. Deus autem infinitus & incircũscriptus est: ideoque cùm sit in seipso, vbique esse dicitur. Anima autem neutrum: & ideo cùm sit in semetipsa, finita ac circumscripta esse digne sciat. Neutrum tamen loco: sed naturalibus potentiis & viribus. Potentiæ autem eius naturales, & vires, idem sunt quod ipsa. Essentia ergo finita est & circumscripta, vnde & cũ alibi esse dicitur, aliase esse negatur, est quatenus potest

Apocal. 14.

Vbi fit Deus vel fuerit.

supra quod nihil potest. Deus autem omnipotens est. Invisibilis itaque & illocalis anima manet, ac videtur in corpore per corpus: sicut sensus intra manens videtur per literam: & omnino invisibilis Deus est, attamẽ in omni creatura per creaturam ipsam videtur ab his, qui oculos videndi habent: videbitur autem plenius ac perfectiùs oculis spiritualibus ac nouis in cælo nouo, & terra nova. Vniversitas etenim creaturæ quasi corpus est divinitatis, singulæ autem quasi singula membra. Sicut verò Deus in toto, & in singulis totus, sed in semetipso: sic anima in toto suo corpore, & in singulis mẽbris in semetipsa tota. Deus autem veracter, anima verò ad similitudinem illius veritatis. Cùm igitur anima, prout dictum est, incorporea sit, ac per hoc illocalis, ea tamen parte, qua dicta est seu corporea, ferme quoque localis inuenirur. Hinc ergo sicut sensu circa corpora, hc imaginatione circa corporum similitudines vestatur anima, ac locorũ: & in eis sive vigilans, sive dormiens, sive alienata sensibus ad horã, sive prsus obrura: sive per se, sive per operationem altetius spiritos boni aut mali, agere aliquid aut pati sibi videtur. Neque quantum ad tenuum attiner, supra corpus, neque per imaginationem supra corporeas similitudines vuquam, sive in corpore, sive extra corpus, transcendere potetir: quippe quæ has vires non nisi ad hæc exercitia suscepit. Hic igitur nunc Deum supra se, nunc Angelum iuxta se, nunc seipsam in se, nunc corporum etiam incorporeas formas sub se, aut videt, aut videbit. Superest ergo ratio, tertius, vt dictum est, animæ ad sapientiam progressus. Ratio itaque ea vis animæ est, quæ rerum corporearum incorporeas percipit formas. Abstrahit enim à corpore, quæ fundantur in corpore; non actione, sed consideratione: & cùm videat ea acta non subsistere; nisi in corpore, percipit tamen ea corpus non esse. Nempe natura ipsa corporis secundùm quam omne corpus corpus est, vtiq; nullum corpus est. Nusquam tamen subsistit extra corpus, nec inuenirut natura corporis, nisi in corpore; quæ tamẽ inuenitur corpus non esse, nec corporis similitudo. Vnde nec sensu, nec imaginatione percipitur. Percipit itaque ratio, quod nec sẽsus, nec imaginatio, rerum videlicet corporearum naturas, formas, differentias, propria accidentia; omnia incorporea, sed non extra corpora, nisi ratione subsistentia. Non enim inveniuntur secundæ substantiæ subsistere, nisi in primis: quantò minùs, quorum est esse, in subiecto aliquo esse. Habemus igitur, quæ superiùs primum incorporeum iure diximus, quæ cùm non sint corpus, dici necdum possunt spiritus: quia nimirum ablatis in quibus sunt, in semetipsis nullatenus subsistunt. Corpore enim egent, vt sint, ac per hoc loco, vt alicubi; & tempore, vt quandoque. Nam vt dictum est, huiusmodi non subsistunt, nisi in aliis, licet alia ab illis. Secundæ enim substantiæ sunt in primis, sed primæ à secundis. Sunt ergo rerum, circa quas percipiendas versamur & vigent, sensus, imaginatio, ratio, status diuersi, realis videlicet & rationalis: seu naturalis, vt quidam malunt, & doctrinalis. Vnde duæ illæ disciplinæ nominatæ dignoscuntur, Naturalis videlicet & Mathematica. Mathesis verò doctrina dicitur, cognoscit rationalis rerum status, nec sensus nescit, nec opinatur imaginatio: in ratione & doctrina potius, quàm in actu totus subsistit. Circa naturalas ergo rerum corporearum status sensus & imaginatio vigent, sed absque

Anima per sensum, Deus per creaturam videtur.

Anima illocalis.

Ratio quid sit.

Secundæ substantiæ in primis subsistunt.

Anima è corpore exiens omnia sua secum aufert.

ratione non satis valēt; ad rationalē vero non ascendunt, sed insita temanētes, eum ascendenti rationi quasi à longè osteodunt. Deducere omnitū rationē ipsam aliquatenꝰ possuor, sed vsq; ad rerum corporearū incorporeas formas comitatē eū non possūnt. Supereminet autem adhuc ea disciplina, quam Theologiam vocant, eo quod de diuinis ratiocinetur; ad quam similiproportione iunari ratio valet, sed peruenire nequaquam valet. Habet etenim metas suas, & proprijs finibus limitatur. Sicut ergo sol de subterraneis emergens, aquarum & paludum nebulosa quadam sumositate languens, pitos rubet, postùs quam lucet: deinde in libertatem purioris aëris, caleatis nebulis euadens, serenior splendet: sic nimirum anima de sola animatione carnis in sensus surgēs, & per ipsam, & post ipsam imaginationem, phantasijs corporum adhoc decolorata languens; in liquidum rationis euoluta tandem assurgit, & emicat. Rationem verò superat intellectus, ordine & virtute, sicut aërem firmamentum, tam ab omni obtusitate terræ, quam ab aquæ fluiditate, aut homiditate aëris libertimum. Sensus enim obtusus & grauis, sicut terra, deorsum jacet; quē vt aqua imaginatio circumfluitat: aëris verò subtilitati ratio comparatur, inferiora omnia circūplectens & penetrans, & in absitractionis quodā pendulo prospicieos. Firmamenti quidem soliditati intellectus conferendus est, qui & ipse spiritualiū naturarum realem starum peruidet. Empyreo autem soli igneo, acutissimo & subtilissimo, conferenda videtur intelligentia. Intellectus igitur ea vis animæ est, quæ rerum verè corporearum percipit formas. Verè incorporeum dicimus, quod corpore non eget vt sit; ac per hoc nec loco, vt alicubi: quamuis non sit omnino incorporeum purè, & nun possit esse sine tempore. Purè autē incorporeum est simplex, quod sibi omnimodis sufficiens est. Sed sic itaque, vt dictum est, anima corpus percipit, imaginatione ferè corpus; ratione ferè incorporeum. Intellectu verè incorporeum, intelligentia purè incorporeum, quod nec corpore eget, vt sit; nec loco, vt alicubi sit; nec tempore, vt aliquando; nec causa, vt alicūde, nec forma, vt aliquid; nec aliquo genere subiecti, in quo subsistat, vel cui adsistat, vel insistat; sed, vt dictum est, quod sibi omnimodis sufficiens est; quod seipso est, & ad ipsum est. Est igitur purè & verè incorporei quædam imago & similitudo, verè & non purè incorporeum, & illius, id quod diximus, penè incorporeum: & ipsius, id quod diximus, penè corpus. Ipsi quoque supremum corpus, id est ignis, quadā similitudine iungitur: & igni aër, aëri aqua, aquæ terra. Hæc igitur quasi aurea catena pendet, vel ima dependeot à summis, vel erecta scala Prophetæ ascenditur ad summa de imis. Sicut igitor ordinem rerum attingit à fine vsque ad finem, id est à summo ad imum, sapientia fortiter; ab atchetypo quoquetrahens in proprios status, vt sint quod sunt: & disponit omnia suauiter, moderans ac regens per esse, quę protrahit de nō esse ad esse: sic & anima illius sapientiæ imago, si non degeneret, eam vbique libeoter sequitor, admirans, & amans, iouestigans, & laudans in omnibus, & potentiam protrahentem omnia de non esse ad esse, & sapientiam disponentem omnia per esse, & bonitatem continentem omnia, ne recidāt ad non esse; sicut Psalter exultat. *Quoniam delectasti me in factura tua, Domine, & in aperib⁹ manuum tuarum exultaba.* *Quam magnificata sunt opera tua Domine, nimis profunda facta sunt cogitationes tuæ.* Et alibi. *Meditabar in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exultaba.* Operatsunt conditionis, & adinuentiooes regimiois. Et alibi. *Mirabilia opera tua, Domine, & anima mea cognoscat nimis.* Habet itaque anima, vnde inuestiget & cognoscat. Ad totalis enim sapientiæ similitudinem facta, omnīū in se similitudinem gerit. Vnde & à Philosopho desiorta est, omoium similitudo. Sensu igitor corpora, quod sæpe dictum est, inuestigat & cognoscit, Imaginatione corporum similitudines, Ratione corporum dimensiones, similitudioes dissimilium, & dissimilitudines similiū; Intellectu commutabilem spiritum: Intelligentia incōmutabilē Deum. Habens itaque in se anima vites, quibus inuestiget omnia, & per eas exitēs oomnib⁹ similis, cùm sit vna; terræ videlicet per sensum, aquæ per Imaginationem, aëri p Rationem, firmamito per Intellectum, cœlo cœlorum per Intelligentiam: vel metallis atque lapidibus per esse tiam, herbis & arboribus per vitā, animabus per sensum & imaginationem, hominibus per rationē, Angelis per intellectum, Deo per intelligentiam, opifici suo euoi gratia & laude psallit, clamans. *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est & non potaro ad eam.* Ideo dicitur hæc setentia cōfortata ab anima, vt ad eam valete non possit; quasi, ipsa infirmata est ab ea, quam tutneri & babere debuerat. Vnde & alibi lamentator & loget. *Comprehendarunt me iniquitates meæ, & non potui, vt viderem.* Et alibi. *Lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.* Et alibi *turbatus est à furore oculus meus.* Illominatis igitur tantummodo oculis cōcupiscentiæ, & apertis viri videlicet id est spiritus, ad curiositatem, & carnis, id est mulieris, ad voluptatē; oculꝰ sensus & imaginationis turbatus est, vt obscurius videat; rationis, vt vix videat, intellectus & intelligentiæ, vt fere oihil videat. Quis enim seipsum vidit, quis agnouit? Se dico imaginem & similitudinē Dei, ad imaginem & similitudinem Dei? Qui similiū alterum nouit, vtrumque vidit: & qui alterutrū non nouit, neutrum nouit. Itaque anima, quæ per se debuit Deum noscere supra se, perdidit seipsam noscere in se, & Angelum iuxta se. Vter go intellectu Angeli vigent, sc inuicē & animas nostras videor, à quibos tamen mutuò in soa natura videri non possunt: quia infirmata est anima, & non potest ad eos videndos oculum aperire. Vnde cùm se volunt hominibus ostendere, aut per assumptum corpus sensui famulantur tuis, aut imaginationi per corporeas similitodines intus. Cùm autem sensus & imaginatio vigeant in naturalibus, ratio verò in mathematicis, intelligentia in theologicis; intellectus propriā haud constituit disciplinam. Natura etenim incorporea, cuius incorporeas percipit summas, media, vt dictū est, inter corpus & Deum collocatur. Habet enim naturalia, quæ est: nunc ab ea per abstrahentiam aliter percipi possunt. Habet aceideotia, quæ abstracta, & in suo ortu a eo siderata, altiùs euohot; & intelligentia ipsa, qua Deus videtur, iodigeot. Virtotes enim oatutales to suo summo & fonte naturali essentia consideratæ, omnes imum & summum sunt, & omnium principium & naturarum neiuta, & essentia essentiarum. Vnde & partim Intellectus cedit in naturalem disciplinā, partim in Theologicam. Quid

Psalm. 93. Et 76.

Pſalm. 138.

Pſal. 118.

Pſalm 39. Et 37.

Thelagia proprijs finibus limitatur.

Verè incorporeum & purè incarporeum, quid.

Catena aurea Poëta.

Sap. 7.

Anima animum similitudo dicta

Qui appareant Angeli hominibus.

Eſſentia iuſtitia Deus eſt.

enim aſt aliud eſſentia iuſtitiæ, quàm Deus: cuius participatio virtus dicitur, & quot ſunt participationum varietates, tot iuſtitiæ ſingularitates? Verùm tamen vna eſt eſſentialis iuſtitia, non qualitas, non accidens animæ, in ſeipſa ſubſiſteos, participata à ſpiritibus participatione ipſius iuſti: cuius participationes ſupremũ iuſtitiæ ſunt, & illæ accidentales. Capabilis enim omnibus Deus, & participabilis naturaliſuo munere, & vſu ex munere. Ab omnibus participatur ad eſſentiam, & ſecundùm illam ad idoneam ſpeciẽ, ac ſecundùm vtrãque ad congruum vſum. Omnia enim ſunt. Quod videlicet eſſe eſt ioomni re primũ & principium. Nam quod non eſt, nihil omnino eſt: & cùm ſit, aliqua ſpecie, vel imagine, vel forma tenetur, per quam ab omni alia re diſcernitur: & aliquid in ſe monetis naturaliter habet. Nihil enim pro nihilo. Quæ videlicet tria omni ſubſiſtenti inſunt, quaſi quædam veſtigia ſummæ eſſentiæ, & imaginis, ac munerꝭ: id eſt Patris, & Filij, ac Spiritus ſancti. Æternitas quippe eſt in Patre, ſpecies in imagine, vſus io munere. Cùm igitur capabilis diuinitatis capax ſit, ioata quod dictum eſt, quidquid numero, menſura, ac pondere ſubſiſtit: gradatim tamen & differenter ab animatis per animationẽ, ſenſibilitatem, ac rationabilitatem, ad eius imaginem & ſimilitudinem, quæ in eminentiori animæ parte fulget, aſcendunt: quæquidẽ anima, ſicut Deus capabilis omnibus, ſic eſt capax omnium: ac per ſæpe nominata, quæ de rationabilitate ipſius omnotot, ad cognitionem, per coocopiſcibilitatem verò ad dilectionem vniuerſitatis capax invenitur. Quęcũqoe ergo aliquo ſenſu percipit, protio in concupiſcibilitatis quaſi faſſamentum intingit, vt illi ſapiat, & quaſi per ſaporẽ placeat, aut diſpliceat. Sunt igitur in anima, & ſunt id quod anima, naturalia ſenſus cognoſcens omnia, ac diiudicans inter omnia: & naturalis affectus, per quẽ ſuo ordine & gradu diligat omnia. Verũtamen facultates, & quaſi inſtrumenta cognoſcendi ac diligẽdi, habet ex natura: cognitionem tamen veritatis, ac dilectionis ordinẽ nequaquam habet, niſi ex gratia. Facta enim à Deo mens rationalis, ſicut prima ac ſola eiꝰ ſoſcipit imaginẽ: ita poteſt cognitionem & amorem. Vaſa ergo, quæ creatura gratia formet, vt ſint, adiutrix gratia replet, ne vacua ſint. Nempe ſicut oculꝰ carnis cùm ex natura habeat facultatẽ videndi, & auris audiendi, numquã cõſequitur per ſe viſionẽ oculus, vel auditũ auris, niſi beneficio exterioris lucis & ſoni: ſic & ſpiritus rationalis ea dono creationis habilis ad cognoſcendum verum, ac diligendum bonum: niſi radio lucis interioris perfoſus, & calore ſuccenſus, nũquam conſequitur ſapientiæ ſeu caritatis effectũ. Sicut enim ſolem non videt oculus, niſi in lumine ſolis: ſic verum ac diuinum lomen videre nõ potetit intelligẽtia, niſi in ipſi⁹ lumine. *In lumine*, loqoit Propbetes, *tuo videbimus lumen* Quare ſicut de ſole exit, vnde videri poſſit, nec tamen ſoiẽ deſerit, ſed in illo manet, quod de illo exiens illum oſtendit: ita manens in Deo lua quæ exiit ab eo, mentem vtadiat: vt primùm ipſam corofcationẽ lucis, ſine qua nihil videtur, videat, & in ipſa cetera videat: hincque ad ipſum lucis fontem intelligentiam aſcendens, ipſam per ipſius lucẽ inueniat, & cernat. Itaque ſicut in imaginationem de ſubphantaliæ turgunt: ita in intelligentiam deſoper Theophanię deſcendunt. Sicut autẽ corpori ſuo anima non ſufficit ſola ad vitã, ſic nec ſibi ſola ad ſapientiam. Inuatur ergo ſenſos extetiùs, imaginatio infetiùs, anio verò ex prima gratia infetiùs, iuxta quod illominatur omnis homo veniens in hunc mundum: intellectus autem & intelligentia ſuperiùs. Intelligentia etgo ea vis animæ eſt, quæ immediatè ſupponnu Deo, ſicut phantaſticum animæ ſopponitur corpori: vel ſicut ſenſualitas carnis ſupponitur infimo animæ. Verũtamen in Deo, cui cognoſcendo proxima eſt intelligentia cùm proprietates inueniãtur diuerſæ, nihil tamen inſe tius, nihil inæquale. Nemo tamen nouit Patrem, niſi per Filium, & in Spiritu ſancto. Omnia Pater facit, donat, & condonat per Filiũ, in Spiritu ſancto. Vnde ſi totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt & coæquales in illa ineffabili ſua natura: eternæ tamen quodãmodo quaſi ꝓpiot eſſe videtur Spiritus ſanctus: quippe qui de vtroque, munꝰ eſt vtriuſque. Nobis autem omnia diuinitatis vſus ex munere. Eſt enim in Deo munꝰ naturale, quo ipſe donabilis ac fruibilis eſt omni, vt ſoperiùs dictum eſt, naturæ. Sicut enim lua corporea, quia lux eſt, naturaliter lucet, id eſt lucem gignit ingenita (lux enim eſſentem tantùm ac ingenitam lucem ſignificat) lucet verò easuntem & genitã: & quia lucet, illuminat, id eſt luccm præbet: ita lux in Deo lua eſt, in qoo tenebræ nõ ſont vllæ imò ipſe lux eſt inacceſſibilis: niſi cui ipſe naturali dono, id eſt illuminatione acceſſerit. Et quia lua eſt, vtique lucet, id eſt ſplendorẽ emittit de ſe: & quia loa lucet, ac de ſe ſplendorem emittit, lucem præbet, & illuminat. Lux ergo ſplẽdorem emittens de ſe, ſed non amittens, à ſe illuminat intelligentiam ad agnitionem veritatis: & ignis de ſe, quem retinet, emittẽs calutem, inflammat affectum ad amotem virtutis. Itaque licet indifferentẽs ſit natura coæqualis Trinitatis: tamen ſicut ad nos à Patre per Filium & Spiritum ſanctum, vel in Spiritu ſancto, diuina deſcendũt: ita nos ad Patrem per Filium & Spiritum ſanctum, vel in Spiritu ſancto, diuina aſcendunt. Facta enim à Deo mens rationalis, ſicut prima ac ſola eiꝰ ſoſcipit imaginẽ: ita poteſt cognitionem & amorem. Vaſa ergo, quæ creatura gratia formet, vt ſint, adiutrix gratia replet, ne vacua ſint. Nempe ſicut oculꝰ carnis cùm ex natura habeat facultatẽ videndi, & auris audiendi, numquã cõſequitur per ſe viſionẽ oculus, vel auditũ auris, niſi beneficio exterioris lucis & ſoni: ſic & ſpiritus rationalis ea dono creationis habilis ad cognoſcendum verum, ac diligendum bonum: niſi radio lucis interioris perfoſus, & calore ſuccenſus, nũquam conſequitur ſapientiæ ſeu caritatis effectũ. Sicut enim ſolem non videt oculus, niſi in lumine ſolis: ſic verum ac diuinum lomen videre nõ potetit intelligẽtia, niſi in ipſi⁹ lumine. *In lumine*, loqoit Propbetes, *tuo videbimus lumen* Quare ſicut de ſole exit, vnde videri poſſit, nec tamen ſoiẽ deſerit, ſed in illo manet, quod de illo exiens illum oſtendit: ita manens in Deo lua quæ exiit ab eo, mentem vtadiat: vt primùm ipſam corofcationẽ lucis, ſine qua nihil videtur, videat, & in ipſa cetera videat: hincque ad ipſum lucis fontem intelligentiam aſcendens, ipſam per ipſius lucẽ inueniat, & cernat. Itaque ſicut in imaginationem de ſubphantaliæ turgunt: ita in intelligentiam deſoper Theophanię deſcendunt. Sicut autẽ corpori ſuo anima non ſufficit ſola ad vitã, ſic nec ſibi ſola ad ſapientiam. Inuatur ergo ſenſos extetiùs, imaginatio infetiùs, anio verò ex prima gratia infetiùs, iuxta quod illominatur omnis homo veniens in hunc mundum: intellectus autem & intelligentia ſuperiùs. Intelligentia etgo ea vis animæ eſt, quæ immediatè ſupponnu Deo, ſicut phantaſticum animæ ſopponitur corpori: vel ſicut ſenſualitas carnis ſupponitur infimo animæ. Verũtamen in Deo, cui cognoſcendo proxima eſt intelligentia cùm proprietates inueniãtur diuerſæ, nihil tamen inſe tius, nihil inæquale. Nemo tamen nouit Patrem, niſi per Filium, & in Spiritu ſancto. Omnia Pater facit, donat, & condonat per Filiũ, in Spiritu ſancto. Vnde ſi totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt & coæquales in illa ineffabili ſua natura: eternæ tamen quodãmodo quaſi ꝓpiot eſſe videtur Spiritus ſanctus: quippe qui de vtroque, munꝰ eſt vtriuſque. Nobis autem omnia diuinitatis vſus ex munere. Eſt enim in Deo munꝰ naturale, quo ipſe donabilis ac fruibilis eſt omni, vt ſoperiùs dictum eſt, naturæ. Sicut enim lua corporea, quia lux eſt, naturaliter lucet, id eſt lucem gignit ingenita (lux enim eſſentem tantùm ac ingenitam lucem ſignificat) lucet verò easuntem & genitã: & quia lucet, illuminat, id eſt luccm præbet: ita lux in Deo lua eſt, in qoo tenebræ nõ ſont vllæ imò ipſe lux eſt inacceſſibilis: niſi cui ipſe naturali dono, id eſt illuminatione acceſſerit. Et quia lua eſt, vtique lucet, id eſt ſplendorẽ emittit de ſe: & quia loa lucet, ac de ſe ſplendorem emittit, lucem præbet, & illuminat. Lux ergo ſplẽdorem emittens de ſe, ſed non amittens, à ſe illuminat intelligentiam ad agnitionem veritatis: & ignis de ſe, quem retinet, emittẽs calutem, inflammat affectum ad amotem virtutis. Itaque licet indifferentẽs ſit natura coæqualis Trinitatis: tamen ſicut ad nos à Patre per Filium & Spiritum ſanctum, vel in Spiritu ſancto, diuina deſcendũt: ita per Spiritum ſanctum ad Filium, & per Filiũ ad Patrem humana aſcendunt. Ideo namque abeũte Filio mittitur paracletus Spiritus, qui corpus capiti vniat, id eſt Chriſto, & ipſe Deo: ſicut ſcriptum eſt. *Caput mulieris vir*, *viri Chriſtus*, *Chriſti Deus*. Spiritus igitur regit, conſolatur, erudit, & perdocit Eccleſiam ad Chriſtum: quã ipſe ſimul ſine macula & ruga offeret tegnũ Deo & Patri: qp in nobis adimplere dignetur gloriola Trinitas.

Spiritus ſanctus eſt donum Patris & Filij.

Senſus & affectus ſunt in anima, & ſunt ipſa anima.

Pſalm. 35.

Matth. 28.

1. Cor. 11.

Hæc tibi, frater, inter innumeras angustias, ne non obeditemus, ſcripſimus. Venerãt enim hoc anno ſuper regiones noſtras mala peſtilentiæ & famis, qualia omnia retro ſæcula, vt putatur, nõ viderunt: quorum quidẽ præterito anno ſigna vidimus, & notauimus: ſcientes, omnis tei eventus cauſas habere, vnde proueniãt: & præparationes, quomodo: & ſigna, quando: & finales commoditates, quatc contingant. Nihil enim à ſapientia fit, niſi ſapienter: & à ſummo bono, niſi bonum, & bene, & ad bonum. Vale, & ota pro nobis, diligens nos: quia nos te diligimus.

Finis.

EIVSDEM B. ISAAC ABBATIS DE STELLA,

SEV, VT IPSI INSCRIBERE PLACVIT,

ALCHERI, DE ANIMA

LIBER.

De hoc titulo, & ipso Alchero in Præfatione suprà egimus.

QVONIAM dictum est, mihi, vt me ipsum cognoscam; sustinere non possum, vt me habeam incognitum. Magna namque negligentia est, nescire quid illud sit, quo cœlestia tam profundè cogitamus; quo naturalia tam subtili indagatione investigamus; & de ipso quoque Creatore nostro tam sublimia desideramus scire. Non est res peregrina, nec longè quærenda, animus quo ista sapimus: sed semper est nobiscum, adest, tractat, loquitur, & inter ista nescitur. Datum est illi, tã ingentium rerum secreta scire; & seipsum cognoscere non potest. Paucis siquidem licet, ipso animo animum cernere: id est, vt ipse se animus videat. Fieri autem non potest quadam diuina prouidentia, vt inueniendi facultas desit Religiosis animis, seipsos & Deum suum piè, castè, & diligenter quærentibus. Iuicem teddam me mihi, imò Deo meo, cui maximè me debeo: & videbo, quid sit animus, & quæ patria eius.

CAPVT PRIMVM.

Quid sit anima, & quod eius obiectum.

ANIMVS est substantia quædam rationis particeps, regendo corpori accommodata. Animus sapientia illustratus, sunm principium respicit, ac seipsum cognoscit; & quàm sit indecorum, vt extra se quærat, quod in seipso possit inuenire, intelligit. Corporeis verò passionibus euanescentes, & per sensibiles formas extra semetipsum abductus, obliuiscitur quid fuit; & quia nihil aliud fuisse se meminit, nihil præter quod videtur, esse credit. Solo sensu circa corpora, & imaginatione circa corporum similitudines, atque locorum versatur: siue vigilando, siue dormiendo. Cùm verò ab hac distractione per puram intelligentiã ascendens, in vnum se colligit, rationalis dicitur.

Quid sit ratio. quid ratiocinatio.

Ratio siquidem est animi aspectus, quo per seipsum verum intuetur. Ratiocinatio est rationis inquisitio. Quare illa opus est ad videndum, ista ad inquirendum. Animus inuisibilis est; neque enim inuisibilis aliter cernere valeret. Visibilia per corpus videt, & inuisibilia per se; & in eo se videt, quod inuisibilem se esse videt: videtur tamen in corpore per corpus; sicut sensus in litera

Animus videt se per se.

monet, & per literam videtur. Animus corporis dominatur, rector, habitator, videt se per se, per seipsum semetipsum videt. Non quærit auxilio corporalium oculorum: imò verò ab omnibus corporis sensibus, tanquam impedientib⁹ & perstrepentibus, abstrahit se ad se, vt videat se in se, vt noverit se apud se. Et cùm vult Deum cognoscere, elevat se super se mẽris acie. Non enim aliquid tale Deus est, qualis est animus: non tamen videri, nisi animo potest; nec ita videri, vt animus potest. Incommutabilis siquidem veritas est, sine defectu substantiæ. Non talis est animus, sed deficit & proficit, nouit, ignorat, meminit, obliuiscitur; modò vult, modo non vult: diffusis cogitationibus atque cõsilijs hue atque illuc vagatur. Considerando spectat omnia, videt absentia, transmarina visu ambit, & percurrit aspectu; abdita scrutatur, & vno momento sensus suos per totius orbis fines & mundi secreta circumfert. Descendit ad inferna, ascendit inde, ver-

satur in cœlo, adhæret Christo, cõiungitur Deo. Ipse siquidem est eius patria & habitatio, ad cuius similitudinem factus est. Quisquis ergo se talem reddi desiderat, qualis à Deo factus est, similem Deo, redeat ad se, & stet in se, & sic intra semetipsum quærat & videat, vnde constet homo; & ex qua parte sui factus sit ad imaginem Dei.

CAPVT II.

De animæ partibus, passionibus, virtutibus, ejusque ad sapientiam progressibus.

EX duabus substantijs constat homo, anima & carne; anima cum ratione, carne cum sensibus suis: quos tamen sensus non mouet extra absque animæ societate: anima verò rationale suum tenet sine carne. Est siquidem rationalis, concupiscibilis, irascibilis. Per rationabilitatem habilis naturæ est, illuminari ad aliquid cognoscendum, infra se, in se, & iuxta se. Cognoscit quidem supra se Deum, se in se; Angelum iuxta se; & quicquid cœli ambitu continetur infra se. Per concupiscibilitatem & irascibilitatem habilis est, afficiad aliquid appetendum vel fugiendum, amandum vel odiendum: & iden de rationabilitate omnis sensus animæ oritur, & de alijs omnis affectus. Affectus verò quadripertitus esse dignoscitur: dum de eo quod amamus, jam gaudemus, vel gaudendum speramus; & de eo quod odimus, jam dolemus, siue dolendum metuimus; & ob hoc de concupiscibilitate gaudium & spes, de irascibilitate dolor & metus oriuntur. Quicquid quatuor affectus animæ, omnium sunt vitiorum aut virtutum quasi quædam principia, & communis materies. Affectus siquidem operi nomen imponit. Et quoniam virtus est habitus mentis bene compositæ; componendi, & instituendi, atq; ordinandi sunt animi affectus ad id quod debent, & quomodo debent, vt in virtutes proficere possint: alioquin in vitia facile corruent. Cùm ergo prudenter, modestè, fortiter, & iustè, amor & odium instituuntur, in virtutes eautgunt, prudentiam scilicet, & temperantiam, fortitudinem, atque iustitiam.

Rationalis, concupiscibilis, & irascibilis anima.

Quatuor animæ affectus.

tiam: quæ quasi origines & cardines sunt omniū virtutum. Et hæc omnia cum affectuosè & virtuosè in anima instituuntur, per odium mundi & sui, proficiunt in amorem Dei & proximi: per contemptum temporalium & inferiorum crescunt in desiderium æternorum & superiorū. Sensus verò animæ vnus est in anima, & quod ipsa: & cùm corpus non sit, corporeus dicitur; quia corpus non transcendit, vel quia cui poteris exarectur instrumentis. Vnde & ob numerum instrumentorum quinquepertitus dicitur; cùm intus non sit nisi vnus. Verumtamen propter varia exercitia variatur, & variè nuncupatur. Dicitur namque sensus, imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia; & hæc omnia in anima non aliud sūt quam ipsa. Aliæ & aliæ inter se proprietates, propter varia exercitia; sed vna essentia rationalis, & vna anima. Proprietates quidem diuersæ, sed vna essentia. Secundùm exercitium multa sunt, secundùm essentiam verò vnum sunt in anima, & quod ipsa. Et sicut mundus iste visibilis quinque pertita distinctione est ordinatus, terra scilicet, aqua, aër, æthere, siue firmamento, ipso quoque supremo cœlo, quod Empyreum vocant: sic animæ in mundo sut corporis peregrināti quinque sunt progressus ad sapientiam; sensus scilicet, imaginatio, ratio, intellectus & intelligentia. Quinque etenim progressionibus rationabilitas proficit ad sapientiā, & quatuor affectibus exercetur ad caritatem; quatenus in nouem istis progressibus in semetipsa proficiens anima, sensu & affectu, quasi interuis quibusdam pedibus, quæ spiritu viuit, spiritu ambulet, vsque ad Cherubim & Seraphim, id est vsque ad plenitudinē scientiæ, & regnum caritatis; habeatq; anima per exercitium virtutes, quasiū facultates habet per naturam. Et hos progressus nominibus & ordinibus Angelorum comparare prudenti lectori relinquo. Facile siquidem erit ei, aptare sensum, qui primus nuntius animæ est, Angelis, qui nuntij vocantur: imaginationem, quæ plora quam sensus percipit, Archangelis; timorem Virtutib': dolorem Potestatibus; qui enim metu supplicium perterritus, & dolore peccatorum compunctus, contemnit mundum & seipsum; cum Virtutibus facit miracula, atque cum Potestatibus fugat dæmonia. Magis namque est, contemnere seipsum, quàm mundum, quem multi propter vanitatem contempserunt. Rationem assignam' Principatibus: nam sicut illi præsunt, & principantur subiectis spiritibus, sic ratio sensibus atque affectibus. Amorem siue gaudium Dominationibus; tectè namque alijs dominatur; qui omnes amat, & de profectu omnium gaudet. Intellectum Thronis, throni sedes dicuntur quia in eis Dominus sedet. Intelligere etiam debemus, quoniam in cordibus nostris habitat per fidem, habitat per sanctificationem, habitat per pacem, & dilectionem: quoniam Deus est pacis & dilectionis. Intelligentiam aptamus Cherubim: illi namque spiritus tantò perfectiore scientia plent sunt, quanto de claritatem Dei victoriùs contemplantur. Intelligentia quoque ea vis animæ est, quæ immediatè Deo supponitur: cernit siquidem ipsum, & quæ in ipso sunt. Spem sic desiderū Seraphim. Deus namque spes omnium finium terræ, cuius vultum tota terra desiderat, & in quem Seraphim prospicere desiderāt, tota spes nostra, & desiderium nostrum est.

Sensus animæ vnus est, & ipsa est.

Progressus 5. ad sapientiā & 4. ad caritatem.

Malus est, contemnere se, quàm mundum.

CAPVT III.

Animam hominis rebus omnibus similem ad Dei totiusque Trinitatis imaginem & similitudinem specialiter esse factam.

ANIMA ad similitudinem totius sapientiæ facta, omnium in se similitudinem gerit. Vnde & à Philosopho definita est, omnium similitudo. Habet siquidem in se vires, quibus omnia inuestigat, & omnibus similis existit; cum sit vna. Similis est terræ per sensum, aquæ per imaginationem, aëri per rationem, firmamento per intellectum, cœlorum cœlo per intelligentiam. Similis est etiam lapidibus per essentiam, arboribus per vitam, animalibus per sensum & imaginationem, hominibus per rationem, Angelis per intellectum, Deo per intelligentiam. Et sicut Deus omnibus est capabilis & participabilis: sic anima omnium capax est. Capabilis & participabilis est Deus omnibus; quia naturali suo munere, & vsu ex munere, ab omnibus participatur ad essentiam, qua sunt; & secundùm illam ad idoneam speciem, qua ab alijs differunt; & secundùm vitamque ad congruum vsum, quo proficiunt. Tria hæc omni existenti insunt, quasi quædam vestigia summæ essentiæ, imaginis, & muneris: id est Trinitatis, Patris, & Filij & Spiritus sancti. Æternitas quippe est in patre, species in imagine, vsus in munere. Æternitas est in Patre: quia Pater non habet patrem, de quo sit. Filius de Patre est, vt sit, atque vt illi coæternus sit. Imago enim, si perfectè implet illud, cuius imago est, coæqualis est illi. Species est in imagine, id est pulchritudo, & congruentia, æqualitas, prima & summa similitudo, prima & summa vita, primus & summus intellectus. Vsus est in munere. Munus Patris & Filij Spiritus sanctus est. Vsus ergo in munere est, id est, dilectio, delectatio, gaudium, & lætitia, fœlicitas, suauitas. Ille namque ineffabilis complexus Patris & Imaginis, nō est sine perfectione, sine charitate, sine gaudio. Sic fit in illa Trinitate. Sūma origo est omnium rerum, perfectissima pulchritudo, & beatissima delectatio. Nobis autē diuinitatis vsus est ex munere. Quodammodo namque quasi proprius nobis esse videtur Spiritus sanctus, vt pote Patris & Filij munus. Ex ipso nimirum est omnis vsus gratiæ cum Patre & Filio. Ipse enim regit & erudit, consolatur, & perducit Ecclesiam ad Christum, quam ipse simul sine macula & ruga tradet regnum Deo Patri: sicut à Patre per Filium & Spiritum, vel potiùs in Spiritu ad nos diuina descenderunt. Pater siquidem tradidit Filium suum, quo redimeret seruos; misit Spiritum sanctum, quo seruos adoptaret in filios: Filium dedit in pretium redemptionis: Spiritum sanctum in priuilegium adoptionis; se denique totum seruat hereditatem adoptatis. Nemo ergo de Dei pietate diffidat: quoniam maior est eius misericordia, quàm nostra miseria; & quisquis ad eum toto corde clamauerit, exaudiet illum, quia misericors est. Tardius siquidem videtur ei, veniam peccatori dare, quàm ipse peccatori accipere. Sic enim festinat abstergere iram à tormento conscientiæ suæ, quasi plus illū cruciet compassio miseri, quàm ipsum miseri passio sui. Capax est anima omnium, quia per rationabilitatem ad cognitionem, & per concupiscibilitatem ad dilectionem, vtriusque status capax inuenitur. Sunt enim in anima, & sunt id quod anima, naturalis sensus cognoscens omnia, & diuu-

Anima omnium similitudo dicta.

In omnibus rebus vestigia sunt Trinitatis.

Pietas Dei in hominem.

dicans inter omnia: & naturalis affectus, quo suo ordine & gradu diligat omnia. Verumtamē facultates, & quasi instrumenta cognoscendi & diligendi habet ea natura: cognitionem tamen veritatis, & ordinem dilectionis nequaquam habet, nisi ex gratia. Facta siquidem à Deo mens rationalis, sicut eius imaginem suscipit; ita cognitionem & amorem. Vasa namque, quæ creatrix sapientia formar, vt sint, adinitrix gratia replet, ne vacua sint, si stipendium operarium innectit.

Caput IV.

Animam hominis in bonum malumque commutabilem seu vertibilem esse.

Anima quo sensu mortalis.

Anima est substantia rationalis, intellectualis, spiritualis; à Deo facta. Non est Dei natura, sed potiùs creatura ex nihilo facta, in bonū malūque commutabilis. Et ideo aliquatenus est mortalis, inquantum in deterius mutari, & à voluntate Dei, cuius participatione beata fit, alienari potest: & aliquatenus immortalis; quoniam sensū, quo ei post hanc vitam vel bene vel male sit, amittere non potest. Non pro actis ante carnem gestis meruit, vt in carcere includeretur, vt quidam volunt: sed nec ideo potest esse in homine sine sorde peccati, nisi à Christo fuerit liberata. Dei enim nuto anima ad corpus venit, vt si secundùm eius præceptum agere vellet, mercedē acciperet æternæ vitæ, atque societatis Angelorum: si autem contemneret, pœnas iustissimas lueret, siue doloris continui, siue ignis æterni.

Caput V.

Animam & spiritum idem esse. Vnam tantum esse in corpore: & quo sensu duplex in eo anima, seu vita sit; interior scilicet, & exterior.

Quid notet spiritus, quid anima.

Anima ex eo dicta est, quod ad vinēdum animet corpus, hoc est, viuificet. Spiritus ipsa est anima. Pro spiritali natura, vel pro eo quod spiret in corpore, appellatus est spiritus. Anima & spiritus idem sunt in homine, quamuis aliud anima notet, & aliud spiritus. Spiritus namque ad substantiam dicitur, & anima ad viuificationē. Eadem est essentia: sed proprietas diuersa. Nam vnus & idem spiritus ad seipsum dicitur spiritus: & ad corpus anima. Spiritus est, inquantum est substantia ratione prædita. Anima, inquantum est vita corporis, de qua dictum est, *Qui perdiderit animam suam, salvam faciet eam*, id est, qui-

Luc. 9.

quis propter Dominum hanc vitam, quæ nunc corporis viuificatione ex anima temporaliter mortalis constat, libenter despexerit; in futuro eamdem non solum animæ, sed corporis vitam æternam & immortalem recipiet. Humana siquidē anima, quia & in corpore esse habet, & extra corpus, ideo anima pariter & spiritus vocari potest. Animæ duæ non sunt, sensualis & rationalis; altera qua homo viuat; altera qua, vt quidam putant, sapiat: sed vna eademque anima & in semetipsa viuit per intellectum, & corpus sensificat per sensum. Humanam namque corpus nec viuere, nec nasci, sine rationali anima potest. Vegetatur tamen, & mouetur, crescit, & humanā formam in vtero recipit, priusquam rationalem animam accipiat: sicut & virgulta & herbas sine anima moueri, & incrementum habere videmus. Duplex quidem est vita animæ; alia qua viuit in carne, alia qua viuit in Deo. Duo siquidē sensus sunt in homine; vnus interior, & vnus exterior: & vterque bonum suum habet in quo reficitur. Sensus interior reficitur in contemplatione diuinitatis, sensus exterior in contemplatione humanitatis. Propterea enim Deus homo factus est, vt totum hominem in se beatificaret; vt tota conversio hominis esset ad Deum, & tota dilectio esset in illo; cùm à sensu carnis videretur per carnem, & à sensu mentis per diuinitatis contemplationem. Hoc erat totum bonum hominis; vt siue ingrederetur, siue egrederetur, pascua in Factore sui inueniret. Pascua foris in carne Salvatoris, & pascua intus in diuinitate Salvatoris. Hoc bonum, magnū sequutum est malū; quoniam prius bonum quo intus erat, egressa est anima ad bona aliena, quæ foris erant; & pactum fecit cum delectationibus sæculi, requiescens super illas; nec attendens absentiam boni sui interioris, eo quod consolationes suas cerneret in bonis alienis. Nam cùm exterior sensus carnis bono suo fruitur, interior sensus mentis quasi obdormit. Non enim cognoscit bona interioris sensus, qui iocunditate exteriorum bonorū caret. Nam qui in carne viuit, in carne sentit, & dolores carnis fugit, inquantum potest. Vulnera autem animæ prorsus ignorat, nec eis medicinam quærit. Cum autem mortuus fuerit sensus animæ, quo viuit in carne, tunc viuificari incipiet sensus ille, quo sentiet semetipsam: & tunc sciet dolores suos, & sentire incipiet vulnera sua, tanto grauius, quanto propriùs. Magis enim nocet malum, vt & magis prodest bonum, quod magis est intimum.

Humanitas & diuinitas Christi beatificata.

Caput VI.

Quid sit spiritus, prout ab anima distinguitur.

Spiritus multis modis dicitur. Dicitur namque spiritus Deus, & aër iste, & flatus aëreus, qui corde receptus, & inde per totum corpus emissus, vitam mortalium flatu necessario continet. Iste tamen spiritus iure anima dici non potest; quia aëris varietate dissoluitur. Dicitur spiritus anima, siue hominis, siue pecoris. Dicitur spiritus mens rationalis, vbi est quidam tanquam oculus animæ, ad quem pertinet imago & cognitio Dei. Oculus animæ est mens ab omni labe corporis pura; mentis aspectus est tactio, intellectus, visio. Tria hæc omni animæ necessaria sunt, vt sanos oculos habeat, vt aspiciat, vt videat. Sanos oculos habet, cùm à mortalium cupiditatibus est purgata & remota. Aspicit, cùm in Dei lumine contemplationis oculos figit. Videt, cùm in illa contemplatione cōspicit, quæ sota sint gaudia, quanta lætitia, quanta serenitas, & quanta iucunditas. Sanctas facit illam securam, aspectus rectam, visio beatam. Cùm enim ab omni fæce fuerit libera, maculisque dilota; tunc se denique in seipsa libentissimè tenet, & nihil sibi metuit, aut vlla sua culpa quicquam angitur: & tunc ingenti quadam & incredibili fiducia pergit in Deū: id est in ipsam veritatis contemplationem. Aspectum siquidem rectum sequitur ipsa visio Dei, qui est finis aspectus. Sic anima priùs sanatur, sanata iustificatur, iustificata reficitur. Spiritus etiam est quædam vis animæ, mente inferiori, vbi corporalium rerum similitudines exprimuntur. Nec iste spiritus corpus est, sed corpori similis. Quæ enim spiritu videntur, non sunt corporalia, sed corporalibus similia. Facies siquidem hominis & nobis fortasse nota est, & in memoria nostra habet imaginem suam, incorporalem qui-

Non sunt duæ animæ in homine.

Spiritus vis animæ inferior mentis.

dem, sed corpori similem. Mundi quoque istius mirabilis pulchritudo, & nobis foris præsto est, & in memoria nostra habet imaginem suã, incorporalem quidem, sed corpori similem: ad quam recurrimus, cùm clausis oculis cogitamus Quod enim est ad corporis sensum aliquod corpus in loco, hoc est ad animæ aciem similitudo corporis in memoria. Et quid est intentio voluntatis d copulandam imagioem corporis, quæ est in memoria, & visionem cogitantis? Ille spiritus dictus fact' ad imaginem & similitudinem Dei, in quo est cognitio veritatis, & amor virtutis.

Imago Dei integritate sim lundo in dilectione.

Imago siquidem est in cognitione, similitudo in dilectione. Imago, qua rationalis, similitudo, qua spiritualis. Hæret siquidem veritati nulla interposita substantia. Rationale nostrum quo ratiocinamur, intelligimus, & sapimus, spiritum dicimus. Hunc autem spiritum Apostolus mentem vocat, vbi ait. *Renouamini spiritu mentis vestræ*, id est mente. Nihil enim est aliod spiritus meotis, quàm mens: sicut corpus carnis nthil est aliud, quàm caro.

Ephes. 4.

Caput VII.

Quid mens; An & in quo, ab anima & spiritu differat; Vbi & de quinque anima ad sapientiam progressibus.

Mens dicitur à μιμν. Μνη autem luna græcè. Et sicut luna crescit & deficit, & varia necessitudine cõmutatur; io id tamen quod fuit, quadam perfecta nouitate se restituit, sic mens nunc caput summis inserit, nunc decidit in infima: tum se se referens sibi veris falsa tedargoit; modo ad corporalia tegenda deflectitur; modo æternis rationibus incipiendis vel consulendis adhæresci. Ratio siquidem est mentis aspectus, quo bonum malumque discernit; virtutes eligit, Deumque diligit. Mens vniversorum capax, & omnium rerum similitudine insigoita, omoia esse dicitur, natiua quadam potentia, & naturali dignitate. Ideirco invisibiles rerũ causas per intelligentias comptehendit, ac visibiles actualium formas per sensuũ passiones colligit: & siue per sensus ad sensibilia exeat, siue p intelligentiã ad invisibilia ascendat, rarũ similitudines ad seipsã trahit; præsentia cognouscit, absentia intelligit, ignota inquirit, & in tnuentis versatur. Rationale & intellectnale nostrum, quo ratiocinamur, intelligimus, & sapimus, mentem dicimus: quæ ita facta est ad imaginem Dei, vt nulla interpõsita natura, ab ipsa veritate formetur. Per intelligentiam vtcumque ipsam veritatem intelligit, & per sapientiam diligit. Sapientia namque est amor boni, siue sapor boni; à sapore siquidem dicitur. Mentis visio est intelligentia; gustus sapientia: illa contemplatio; ista delectatur. Cùm ab inferioribus ad superiora ascendere volumus, prius occurrit nobis sensus, deinde imagioatio, postea ratio, intellectus, intelligentia; & in summo est sapientia. Summa namque sapigotia ipse Deus est; sapientia hominis est pietas, id est cultus Dei. Sensus est ea vis animæ, quæ rerum corporearum corporeas percipit formas præsentes. Imaginatio ea vis animæ est, quæ rerum corpoream corporeas percipit formas, sed absentes. Sensus itaoique formas in materia percipit, imaginatio extra materiam: & ea vis, quæ exterius formata sensus dicitur, eadem quoque vsque ad intimum transducta imaginatio vocatur. Imaginatio namque de sensu oritur, & secundùm eius diuersitates, ipsius quoque variatio. Multa videt anima carnalibus oculis, multa quoque phãtastica imaginatione concipit: & vbique quasi distenditur, mouetur, erigitur, & noctuare videtur: non à se egrediens, sed in semetipsa, rãquam in magno percurrens spatio, peruagatur. Non exit ad illa, sed tactibus suis sibi illa tepræsentat. Habet siquidem in se quasi quamdam latitudinem, longitudinem, & altitudinem. Nam per charitatem Deum & omnes fideles sibi complectitur: per meditationem vniuersa, quæ à principio mundi vsque ad finem Deus propter nostram salutem operatus est, meditatur; per contemplationem, quæ sursum sunt, cælestia contẽplatur. Ratio ea vis animæ est, quæ rerum corporearum naturas, formas, differentias, propria, accidentia percipit; omnia incorporea, sed non extra corpora, nisi ratione subsistentia. Abstrahit enim ratio à corporibus, quæ fundantur in corporibus; non actione, sed consideratione. Natura nempe ipsius corporis, secundùm quam unum corpus corpus est, nullum vtique corpus est. Intellectus ea vis animæ est, quæ invisibilia percipit, sicut Angelos, dæmones, animas, & omnem spiritum creatũm. Intelligentia ea vis animæ est, quæ immediatè supponitur Deo. Cernit siquidem summum ipsum, verum, & verè incommutabilem. Sic anima sensu percipit corpora; imaginatione corporum similitudines: ratione corporum naturas; intellectu spiritum creatum; intelligentia spiritum increatum. Et quicquid sensus percipit, imaginatio tepræsentat, cogitatio format, ingeniũ inuestigat, ratio iudicat, memoria seruat, intelligentia tompreheodit, & ad meditationem, siue ad contemplationem adducit. Ingenium ea vis animæ est, sine intentio, qua se extendit & exerit anima ad incognitorum cognitionem. Ingenium ergo exquirit ignota, ratio discernit inuenta, memoria recondit iudicata, & offert adhuc indicanda. Sic fit ascensus ab inferioribus ad superiora; & ima à summis dependent. Intellectus namque quædam imago & similitudo est intelligentiæ; ratio, intellectus, rationis, phantasticum spiritus; cui & supremum corporis, id est ignis, quadam similitodine jungitur, & igni aër; aëri aqua; aquæ terra. Sensus informat imaginationem, imaginatio rationem, & facit scientiam, siue prudentiã. Rursus rationi occurrens diuina præsentia, informat eam, & facit intelligentiam, siue sapientiam. Est itaque in ratione quiddam ad superna & cælestia intendens, & id dicitur sapientia: & est quiddam ad transitoria ac caduca respiciens, & id vocatur prudentia. Hæc duo ex ratione sunt, & in ratione consistũt, ac dividi in se ratio in duo, sursum, & deorsum: sursum insapientiam, deorsum in prudentiam, quasi in virũ ac mulierem: vt vir sit superior, & regat: mulier inferior, & regatur. Vnde dictum est. *Melior est iniquitas viri, quàm bene faciens mulier.* Melior siquidem est, qui cælesti desiderio ascensus, carnẽ, ei necessaria subtrahendo, affligit: quàm qui per carnalem affectũ resoluit', per ea quæ cõmoda sunt, ei satisfacere contendit.

Quid mens, An & in quo, ab anima & spiritu differat; Vbi & de quinque anima ad sapientiam progressibus.

Quid intelligentia, quid sapientia.

Sapientia dicitur sensus Dei.

Anima longitudo, latitudo, altitudo.

Abstractio mentalis.

Eccli. 42.

Caput VIII.

Horum quinque anima ad sapientiam gradumm, seu facultatum modi agendi, subordinationis, differentia, & obiecta.

Sensus inoatur exterius: quia oculus carnis quamuis ex natura habeat facultatem viden-

di, nunquam tamen per se consequitur visionē, nec auris auditum, nisi beneficio exterioris lucis & soni. Imaginatio iuuatur interiùs, quia ex sensibilibus concipitur. Ratio iuuatur interiùs, quia spiritus rationalis ex dono creationis habilis ad cognoscendum verum & diligendum bonum, nisi radio interioris lucis fuerit perfusus, & calore succensus, nunquam consequetur sapientiæ seu charitatis effectum. Intellectus & intelligentia innatoe superiùs; quia Deus signis, & lux est. Lux ergo splendorem emittens ea se, quem retinet in se, illuminat intelligentiam ad agnitionem veritatis: ignis verò calorem de se emittens, sed non amittens, inflammat affectum ad amorē virtutis. Et sicut solem non videt oculus, nisi in lumine solis, sic verum ac diuinum lumen videre non poterit intelligentia, nisi in ipsius lumine.

Lumen videtur per ipsum lumen.

Psalm. 35.

Domine, inquit Propheta, *in lumine tuo videbimus lumen.* Cùm enim mortale hoc induerit immortalitatē, & corruptibile hoc induerit incorruptionem; inne mente & corpore pariter spiritales effecti, secundùm modulum nostrum per mentis illuminationē omnia sciemus, & per corporis incorruptibilis lenitatem vbique esse potemus. Volabimus meore per contemplationem: volabimus corpore per incorruptionem. Discemus mente, discernemus & corpore. Cùm sensus nostri corporei verterentur in rationem, ratio in intellectum, intellectus in Deum mutabitur. Sensu visibilia percipiuntur, in imaginatione cōtinentur visibilium imagines & similitudines. Ad rationem pertinent visibilium carentes, & definitiones, & inuisibilium inuestigationes. Ad intellectum & intelligentiam spectant spiritualium, & diuinorum comprehensiones, & contemplationes. Sensus verò & imaginatio ad rationem non ascendunt; sed insi à remanēres, eam aliquatenus deducere possunt, & quasi à longè quemdam ostendere, ad quem non possunt peruenire. Simili quadam proportione intellectum & intelligentiam ratio iuuare potest, sed ad statum eorum non valet ascendere; quoniam metas suas, & propcios fines habet; quos transcendere non potest. Sensum & imaginationem cum ceteris animalibus communia habemus. Videnr siquidem visibilia, & visorum recordantur. In quibusdam etiam sensibus nos superant: quoniam iustū fuit, vt brutis animalibus, quibus nihil dandum erat in intellectu, aliquid amplius daretur in sensu: & è contrario tantò maior necessitas inderetur homini exercendæ rationis; quantò maiorem defectum paritur sensualitas. Ratio autem inde incipit, vnde aliquid occurrit, quod cum animalibus non sit commune. Quædam ergo sunt infra rationem, quædam iuxta rationem, quædam supra rationem. Infra ratione sunt, quæ sensu percepimus: sicut dura & mollia, calida & frigida, candida & nigra. Iuxta rationem sunt, & per ratione, quę ratione percipimus: sicut cōmoda & incommoda, vera & falsa, iusta & iniusta. Supra rationem sunt, quæ nec sensus docet, nec ratio persuadet: sed aut diuina reuelatione comprehēduntur, aut Scripturarum auctoritate creduntur: sicut Deum in vna substantia trinum, & in trib⁹ personis substantialiter vnum. Deos siquidem est rerum vniuersitas, ita quòd nullum singulorum est: & ideo motibus rationis non subiacet, quia ratio non est, nisi de re aliqua.

Cur bruta nos sensibus sæpe superēt.

Caput IX.

De tribus animæ potentijs, rationabilitate, concupiscibilitate, & irascibilitate, earumque viribus & officijs.

Anima est spiritus intellectualis rationalis, semper viuens, semper in motu: bonæ malæque voluntatis capax. Secundùm benignitatē Creatoris, atque secundùm officij sui opera, variis nuncupatur nominibus. Dicitur namque anima, dum vegetat: spiritus, dum contemplatur: sensus, dum sentit, animus, dum sapit: mens, dum intelligit: dum discernit, ratio: dum recordatur, memoria: dum consentit, voluntas. Ita tamen non differenter in substantia, quemadmodum in nominibus: quoniam ista omnia vna anima est. Proprietates quidem diuersæ, sed essentia vna. In spiritu tamen & anima potest esse differentia: quia omnis anima spiritus, sed non omnis spiritus anima. Animæ duplices actiones sunt. Alio namque consilio enititur ad Deum, & alio inclinatur ad carnem. Inclinatur autem sic. Cùm sit subtilis & inuisibilis, videri non potest: sed per potentias suas se ostendit, & extendit. Per concupiscibilitatem namque appetit, per irascibilitatem contemnit, & per rationabilitatem inter vtrumque discernit. Tota animæ essentia in his potentijs suis consistit: nec per partes diuiditur, cum sit simplex & individua: & si aliquādo partes habere dicitur, ratione potiùs similitudinis, quam veritate compositionis, intelligendū est. Simplex substantia est anima: nec aliud, necminus est ratio substantia, quàm anima: nec aliud, nec minus ira vel concupiscentia, quàm anima: sed vna eadem que substantia secundum diuersas potētias diuersa sortitur vocabula. Has potentias habet, antequam corpori misceatur: siquidē ei natutales sunt: neque aliud, quàm ipsa. Tota namque animæ substantia in his trib⁹ plena atque perfecta consistit: id est in rationabilitate, concupiscibilitate, irascibilitate, quasi quadam suatrinitate: & tota hæc trinitas quædā animæ vnitas, & ipsa anima. Deus est omnia sua, & anima quædam sua Habet siquidem naturalia, & ipsa omnia est: habet accidentalia, at ipsa nō est. Suæ vires est, suæ virtutes unus est. Non est enim sua prudentia, sua temperantia, ius fortitudo, sua iustitia. Potentiæ animæ sunt, rationabilitas, cōcupiscibilitas, & irascibilitas: vires sunt, sensus, imaginatio, ratio, intellectus & intelligentia. Potentiæ tamen dici possunt vires, & vires potētiæ.

Anima diuersas habet potentias.

Nam hic priorem partem intelligenda, sed naturæ.

Caput X.

De Animæ inclinatione naturali ad corpus, earumque mirabili inter se vnione à Deo.

Quibusdam affectibus, & quadam amicitia anima corpori coniungitur; secundum quam amicitiam nemo carnem suam odio habet. Sociata namque illi, licet eius fœcitate prægraueret, ineffabili conditione diligit illud; amat carcerem suum, & ideo libera esse non potest. Dulcedinibus eius vehementer afficitur, fœmidat interitum, quæ mori non potest: timet defectū, quæ per naturam non potest deficere. Oculorū speculatione depascitur, sonoris delectatur auditibus, suauissimis iocundatur odoribus, larga epulatione reficitur. Et licet his rebus nullatenō ipsa vtatur, graui tamen mœrore affligitur, si subtrahantur. Hoc etiam subrepnit vitia contraria rationi, dum animam dilecto corpori indulgentius cernendo, locū noscitur præbere pec-

Nouem foramina sunt in humano corpore.

cato. Per sensus quoque progreditur anima ad corpus mouendum, & viuificandum. Nouem namque foramina sunt in humano corpore, quibus secundùm naturalem contemperationem influit omne, quo id corpus vegetatur & regitur. Sunt &. vtriosque quædam similia; corporis scilicet supremum, & spiritus infimum: in quibus sine naturali confusione, personali tamen vnione facilè necti possunt. Similia enim gaudent similibus. Itaque anima, quæ vere spiritus est; & caro, quæ vere corpus est; in suis extremitatibus facilè & conuenienter vniuntur: id est in phantastico animæ, quod corpus non est, sed simile corpori; & sensualitate carnis, quæ spiritus corporeus est. Sicut enim supremum animæ, id est intelligentia, siue mens, imaginem & similitudinem sui gerit superioris, id est Dei, vnde & eius susceptiua esse potest, & ad voluntatem personalem etiã, quãdo ipse voluit, absque vlla demutatione naturæ assumpta fuit; sic supremum carnis, id est sensualitas animæ gerens similitudinem, ad personalem vnionem eius esse etiã susceptibile potest.

In bestiis quædã imitatæ est rationalitatis.

Nec istud mirum est, cùm & in sensu, & in memoria pecudis quædam sit imitatio rationalitatis; & in appetitu eorum, voluntatis, & in his quæ refugit reprobationis. Spiritus namque corporeus, qui vtique verè est corpus, & sensu naturali inter multa discernit, & vi concupiscibilitatis eligit, & natura irascibilitatis reprobat. Habet siquidem corporea vita quosdam gradus incrementorum, quibus ad imaginem summæ vitæ proficit. Primus eorum gradus corporeæ vitæ est sensificatio: secundus per seipsum ingrediens imaginatio: tertius per imaginem conceptorum memoria: quartus secundùm sensuum passiones quædam sine distinctione intelligentiæ prouidentia; in qua quidem quasi rationis imago est, & nulla ratio est. In his omnibus corporea vita spiritualem vitam imitator: primùm in eo quod sentit; secundò in eo quod sensum concipit: tertiò in eo quod concepta retinet: quartò in eo quod siue in imaginatis, siue in sensibus secundùm quamdam rationis similitudinem, siue ad appetendum, siue ad fugiendum se intellexit. Conuenientissima autem media sunt carnis & animæ, sensualitas carnis, quæ maximè ignis est, & phantasticum spiritus, quod igneus vigor esse dicitur. Vnde & quidam loquens de animalibus ait. *Igneus est illis vigor, & cœlestis origo.* Mira societas carnis, & animæ: spiritus vitæ, & limi terræ. Sic enim scriptum est *Fecit Deus hominem de limo terræ, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ;* dans ei sensum & intellectum; vt per sensum, lutum sibi sociatum viuificaret, & per intellectum regeret: & vt per intellectum intus ingrederetur, & contemplaretur Dei sapientiam; & per sensum foris egrederetur, & contemplaretur opera sapientiæ. Intellectu intus illustrauit, sensu foris decorauit: vt in vtroque refectionem inueniret, intus ad felicitatem, foris ad iocunditatem. Sed quia bona exteriora diu stare non possunt, iussus est homo ab exterioribus ad interiora redire; & ab interioribus ad superiora ascendere. Tanta siquidem dignitatis est humana conditio, vt nullum bonum præter summum ei sufficere possit. Plenum fuit miraculo, quòd tam diuersa & tam diuisa ab inuicem, ad iuicem potuerint conjungi; nec minùs mirabile fuit, quod limo nostro Deus seipsum conjunxerit: vt sibi inuicem voluerint Deus & limus, tanta sublimitas & tanta vilitas. Nihil enim Deo sublimius, & nihil limo vilius. Mirabilis fuit coniunctio prima, mirabilis & secunda, nec minus mirabilis erit & tertia: cùm homo, Angelos, & Deus, vnus erit spiritus. Eodem namque bono bonus est homo, quo bonus est Angelus; eodemque bono vterque est beatus; si tamen idipsum eadem voluntate, eodem scilicet spiritu cupiunt. Si enim tam disparem naturam carnis & animæ ad vnam fœderationem atque amicitiam Deus jungere potuit, nequaquam ei erit impossibile, rationalem spiritum, qui vsque ad consortium terreni corporis humiliatus est, cum eodem corpore glorificato, vt sit ei gloriæ, quod fuit sarcinæ, ad consortium beatorum spirituum, qui in sua puritate perstiterunt, exaltare, atque ad suæ gloriæ participationem sublimare. Ad hoc siquidem sola charitate, nulla necessitate illum creauit Altissimus, vt suæ beatitudinis participem faceret. Si ergo tantum gaudium, & tanta lætitia è vita ista temporali, quæ cõstat ex præsentia spiritus in corpore corruptibili; quanta lætitia, & quantum gaudium erit vita æterna, quæ constat ex præsentia Dei tanti in spiritu rationali! Subjicitur ergo corpus animo, animus Deo, & vnus spiritus erit cum Domino; ita tamen si in humilitate permanserit, & gratiam sui creatoris, per quam glorificandus est, agnouerit.

Tres vnitiones mirabiles.

CAPVT XI.

Quodnam Animæ verum bonum.

EX carne & anima constat homo; & vtraque bonum suum habet, in quo gaudet & exultat. Bonum animæ est Deus, cum affluentia dulcedinis suæ: bonum carnis est mundus, cum affluentia jucunditatis suæ. Sed mundus iste exterior est, Deus autem interior. Nihil eo interius, & nihil eo præsentius. Interior est omnibus, quia in ipso sunt omnia: exterior est omnibus, quia ipse est super omnia. Ab hoc mundo ergo ad Deum reuertentes, & quasi ab vno sursum ascendentes, per nosmetipsos transire debemus. Ascendere enim ad Deum, hoc est intrare ad semetipsum: & non solùm ad se intrare, sed ineffabili quodam modo in intimis seipsum transire. Qui enim interiùs intrans, & intrinsecè penetrans, seipsum transcendit, ille veraciter ad Deum ascendit. Ab hoius mundi distractionibus ergo cor nostrum colligamus, & ad interna gaudia reuocemus. Et si cor nostrum semper ceterna non possumus, saltem ab illicitis & vanis cogitationibus restringamus, vt aliquando in diuinæ contemplationis lumine figere valeamus. Hæc est enim requies cordis nostri, cùm in Dei amorem per desiderium figitur. Hæc est vita cordis nostri, cùm Deum suum contemplatur, & ipsa sua contemplatione suauiter reficitur: & dulce est illi semper ad confidendum, quod ad amandum & laudandum semper est suaue. Nihil enim ab beatam vitam præstantius videtur, quàm velut clausis carnalibus sensibus extra carnem mundumque affectum quempiam, intra semetipsum conuerti, alienisque effectum à mortalium cupiditatibus, sibi soli, & Deo loqui.

Ascendere ad Deum est intrare ad seipsum.

CAPVT XII.

Quemodo per animam corpus viuificetur, & sine ea mereatur.

CÙm anima sit incorporea, per subtiliorem naturam corporis sui, id est per ignem & æthem, quæ in ipso quoque mundo præcellentia sunt corpora, & ideo magis spiritui similiora, cor-

Virgilius.

Genes. 2.

Ignis & aër incorporea natura propinquiora.

pus administrat. Ista siquidem priora excipiunt motus animæ vivificatoris, eo quòd incorporeæ naturæ sint propinquiora, quàm humor & terra; vt ad eorum proximum ministerium tota moles ad ministretur. Nullus sine his duobus vel in corpore sensus est, vel ab anima spontaneus corporis motus. Ignis & aër, quia levia sunt, mouent terram & aquam, quæ gravia sunt. Qua propter corpora etiã post animæ discessum moueri videmus: quia ignis & aër, qui duo per animæ præsentiam tenentur in corpore terreno & humido, vt omnium quatuor fiat cõtemperatio, per eiusdẽ animæ absc̃essum ad superna euadunt, aë se se expediunt. Corporis autem compositiõ sic fit. Corpus constat ex officialibus membris, officialia ex consimilibus, consimilia ex humoribus, humores ex cibis, cibi ex elementis; & nihil horum est anima; sed in istis, tanquam in orgãnis agit; & per hæc corpori consulit, & hinc vitę, in qua factus est homo in animam viuam. Quæ cùm temperata & ordinata fuerint, congruunt vivificationi, & nunquam recedit anima. Si verò distemperata & confusa fuerint, inuita recedit anima, secum trahens omnia; sensum scilicet, & imaginationem, rationem, intellectum, intelligentiam, concupiscibilitatem, irascibilitatem: & ex his secundùm merita afficitur, sive ad delectationem, sive ad dolorem: corpus autem, quod

Organũ animæ corpus.

priùs iterq; tamquam organum contemperatum & dispositum, vt melos musicum io se cõtioneret, & tactum resonaret, nunc confractum & inutile jacet è regione. Anima verò recurrẽtibus ad regiones suas elementorum partibus, non habens vbi vires suas exerceat, tequiescit ab his rãtùm moribus, quibus corpus per tempus & locũ mouebat ipsa per tempus illocaliter mota. Quoniam etsi organum perijt, sed non melos; nec id quod organum mouebat. Anima inter Deum & corpus posita, per tempus mouetur; vel reminiscendo quod oblita fuerat, vel discendo quod ignorabat, vel volendo quod nõlebat. Per locum autem non mouetur, quoniam per loci spatia nõ discreditur. Deus autem corpore non eget, vt sit; nec loco, vt alicubi; nec tempore, vt aliquando; nec causa, vt alicuode; nec forma, vt aliquid: nec aliquo genere subiecti, in quo subsistat, vel cui assistat.

Capvt XIII.

Anima vita ac felicitas Dei dilectio innumeris et titulis debita.

Anima excellentia.

HAbet anima quamdam propriam naturam, omnibus his mundanæ molis elementis excellentiorem: quæ veraciter non possit in aliqua phantasia corporalium imaginum, quas per sensus carnis percepimus, cogitari; sed mente intelligi, vitaque sentiri. Intelligi potest, videri non potest. Non enim est corpus, nec Deus, nec vita sine sensu, qualis est in arboribus; nec vita sine rationali mente, qualis est in animalibus; sed vita & vita perpetua: nunc quidem minor quàm Angelorum, & futura quod Angelorum, si ex præcepto Creatoris hic vixerit. Præceptum eius est, vt in dilectione maneamus. *Manete*, inquit,

Ioann. 15.

in dilectione mea. Per dilectionem eamque rationalem creaturam sibi copulauit; vt eum semper haberet, & in ipso maneret, de eo in eo delectãs, gaudens, & exultans. Per dilectionem Creatori suo, & sibi inuicem, rationalis creatura copulata est: solumque est dilectionis vinculum, quod ligat vtrosque in idipsum. Per amorem Dei, omnes et adhærentes. Per amorem proximi omnes ad inuicem vnum sumus, vt bonum omnium sit singulorum; & quod quisque in se non habet, in altero possideat. Carissa est via Dei ad homines, & hominum ad Deum. Per charitatem namque venit Deus ad homines, venit in homines, factus est homo. Per charitatem homines Deum diligunt, Deum eligunt, ad Deum currunt; ad Deũ perueniunt. Sic familiaris est Deo charitas, vt ipse mansionem habere nolit, vbi charitas non fuerit. Si ergo charitatem habeas, Deum habes: quia Deus charitas est. Miser ego, quantùm diligere deberem Deum meum, qui me fecit, cùm non eram, redemit cùm pericram! Non eram, & de nihilo me fecit, non lapidem, non arborem, nõ anem, vel aliquid de animalibus; sed hominem voluit me esse, dedit mihi vivere, sentire, discernere. Perieram, & ad mortalem descendit, mortalitatem suscepit, passionem sustinuit, mortem vicit; & sic me restauravit. Perieram, & abieram, quoniam in peccatis meis venundatus eram. Venit ille post me, vt redimeret me: & tantùm dilexit me, vt sanguinis sui pretium appenderet pro me; talique pacto & redemit de exilio, & redemit de servitio. Nomine quoque suo vocauit me, vt memoriale suum semper esset apud me. Vocauit me oleo lætitiæ, quo ipse erat vnctus: vt ab vncto essem vnctus, & à Christo dicerer Christianus. Stet sic gratia eius & misericordia semper præueuerunt me. Demolitis namque periculis sæpè me liberauit liberator meus. Quando errabam, reduxit me: quando ignorabam, docuit me; quando peccabam, corripuit me; quando tristabar, cõsolatus est me: quando desperabam, cõfortauit: quando cecidi, erexit; quando steti, tenuit; quando ivi, duxit; quando veni, suscepit: Hæc & multa alia fecit mihi Deus meus; de quibus dulce erit mihi semper loqui, semper cogitare, semper gratias agere: vt pro omnibus beneficijs suis possim eum laudare & amare. Cùm enim euncta sit præsidens, singulos implens, vbique præsens, euncto-

Rationis seu motiua ad dilectionem Dei.

Charitatis laus.

rum rura ageus, & tamen singulis quasi omnibus providens; ita totum ad custodiam meam occupatum video, si ego super custodiam meam stabo, quasi omnium oblitus sit, & mihi soli intendere velit. Semper enim se præsentem exhibet, semper se paratum offert, si me paratum inuenerit: quoviqque vertor me, non me deserit, nisi ego prior eum deseram. Vbicumque fuero, non recedit; quoniã vbique est. Verùm quoquò iero, inueniam eum, eum quo possim esse. Quicquid fecero patiet assistit: vtpote perpetuus inspector omnium cogitationum, intentionum, & actionum mearum. Cumque hæc diligenter considero, timore pariter & rogenti rubore confundor: quòd illum vbique mihi præsentem, & omnia occulta mea videntem intueor. Multa enim sunt in me, de quibus coram oculis eius erubesco: & pro quibus valde illi displicere timeo. Nec pro his omnibus, quid illi rependam habeo: nisi tantum vt diligam. Non enim melius, nec decentius, quàm per dilectionem rependi potest, quod per dilectionem datum est. Hæc præter rem dixisse videor: sed fortè non præter humilitatem: & his qui mecum sentiunt, quod ego sentio.

Dei præsentia rubore res afficere debet.

Capvt XIV.

Anima dat vitam corpori, corpus animæ mortem: quando, & quomodo.

ANima præsentia sui corpus vivificat, & sic colligata est ei, vt nec cùm velit, se inde re-

gregare possit, nec retinere, cùm iussionem Creatoris audierit. In vita siquidem animæ consistit vita corporis, & de morte corporis defecit mors animæ. Sicut enim anima sua vita facit eatenus viventem, ac de fonte naturæ suæ irrigat animas: sic caro per corruptelam materiæ suæ animam si cupiditatibus illicitis illigauerit, occidit. Et cùm altera ab altera naturæ vicearum alterius, transit vnaquæque in victricis naturam: id est vt aut carnem spiritualem anima victrix suis præstet: aut animam carnalem caro victrix eius efficiat. Anima tamen de morte nihil habere potest, nisi principatū ei per vitia fuerit: nec caro aliquid de vita retinere potest, nisi ab anima fuerit irrigata: nec altera in alterius naturam transire potest, nisi aut vitiis infecta, aut virtutibus deterfa fuerit. Ratione est insignita anima, quæ actibus ducetur egregiis, & disciplinis instruitur eximiis: vt diuina sapiat, ac humana tractet: atq; sic cetera animalia decenter excellat, vtpote rationalis substantia. Huc enim proprie est anima, substantia rationalis, id est spiritus rationalis.

Anima mortis ex vitijs.

Caput XV.

Quo sensu anima dici possit corporea, & quomodo in corpore, quasi in loco sit.

Immortalis est anima: nec à Creatoris sui similitudine discrepare videatur. Nec enim potest esse imago ac similitudo Dei, si mortis termino clauderetur. Secundùm quemdam modum vitæ, quæ nullo modo amittere potest, immortalis est. Secundùm quamdā verò mutabilitatem, qua potest vel melior, vel deterior fieri, mortalis est. Et sicut mortalis est, cū beatè viuere potest, licet miserè viuere amittere nō possit: sic respectu incorporei Dei corporea est. Nihil enim inuisibile & incorporeum natura creditū est, præter solum Deum, id est Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum: qui ex eo incorporei ac inuisibilis dicitur: quia inuisibilis, & incircumscriptus, simplex, & sibi omnimodis sufficiens est de seipso, & idipsum: & cùm vbique sit, in semetipso inuisibilis & incorporeus esse dignoscitur. Omnis verò rationalis creatura corporea est: Angeli, & omnes virtutes corporeæ, licet carne non subsistant. Ex eo intellectuales naturas corporeas esse dicimus, quia loco circumscribuntur, sicut & anima humana, quæ eatenus claudituri: quæ ideirco esse in loco, ac localis dici potest. In loco, quia hic aut alicubi præsēs est: localis, quia quod alicubi præsens est, totū alibi non est. Non habet tamen corporalem dimensionem, nec corporalem circumscriptionē: quoniam corporalis quantitatis expers est: sed quia per operationem & præsentiam in loco concluditur, localis & ipsa dicitur. Verūtamen non sicut corpus: cui secundùm locum principium, medium, & finis assignatur. Respectu incorporeæ naturæ, quæ summè incōmutabilis, ac vbique est, corpus est & anima: quoniam tale aliquid non est ipsa. Non tamen per loci spatiū ita sistitur, vel mouetur, vt maiore sui parte maiorem locum occupet, ac breuiore breuiorē: minoreque sit in parte, quàm in toto. Per omnes siquidem corporis particulas tota simul adest, nec minor in minoribus, maior in maioribus est: sed alicubi intensiùs, & alicubi remissiùs, & in omnibus tota, & in singulis tota est. Sicut Deus vbique est totus in toto mundo, & in omni creatura sua: sic anima vbique est tota in toto corpore suo, tāquam in suo quodam mundo: intensiùs tamen in corde & cerebro: quemadmodū Deus dicitur præcipuè esse in cælo.

Anima Dei respectu corporea.

Caput XVI.

Animam ab omnè esse incorpoream.

Invisibilis & incorporea est anima. Si enim visibilis esset, corporea esset: & si corporea esset, partibilis esset, & partes haberet: nec tota simul in vno loco esse posset. Nullum enim corpus aut simul totum tangi, aut simul totū tangere potest. Anima verò vbicumque suis motibus vel actibus tota simul adest: videt tota, ac tota visorū meminit: tota audit, tota sonorum reminiscitur: tota odoratur, tota odores recolit: tota per linguam & palatum sapores sentit, ac discernit: tota tangit dura & mollia, tota simul approbat, vel improbat: calida verò vel frigida summo tantùm digito tota discernit. Tota est visus, tota auditus: tota meminit, & cùm tota memorior, tota est memoria: cū tota vult, tota est voluntas: cùm tota cogitat, tota est cogitatio: cùm tota diligit, tota est dilectio. Potest enim ex parte cogitare, & ex parte diligere.

Anima tota operatur.

Caput XVII.

De Virtutibus animæ, tum Cardinalibus, tum Theologicis, seu sacramentalibus, eiusque potentijs.

Habet anima affectiones, quibus exercetur ad virtutes. Dolor namque de peccatis, timor de supplicijs, desiderium de promissis, gaudium de præmijs, quædam exercitia sunt virtutū. Habet virtutes, quibus instituitur & armatur contra vitia. Prudentia namque scit, quid debeat facere: temperantiam habet contra prosperas, fortitudinem contra aduersas, iustitiam, qua scit, quid debeat cuique reddere. Prudentia est, scire quid possis: fortitudo facere quod possis: temperantia non præsumere, quod non possis: iustitia, vel ne plusquam possis. Prudentia est in eligendis, temperantia in vtendis, fortitudo in tolerandis, iustitia in distribuendis. Prudentiæ est, nihil pœnitendum appetere, & nihil præter iustum vel se facere: temperantiæ est, terrenas cupiditates non reprimere, sed penitus obliuisci. Fortitudinis, nihil nisi tuta timere; & quicquid agimus vel cogitamus, ad rationis normam dirigere. Iustitiæ est, animum animi cogitationem ad solum Deum extendere, eumque, tanquam nihil aliud sit, tota mentis acie intueri. Habet anima factaueritales virtutes, quibus initiatur, id est, Fidem, Spem, Baptismum, inunctionem, Confirmationem, & cæ. quibus Deo conseritur. Habet & virtutes quibus proficit, & quibus Deo coniungitur, vt est humilitas, puritas, charitas. Humilitas eam Deo subijcit, puritas iungit, charitas vnit.

Virtutum Cardinalium officia.

Caput XVIII.

De corporis animæ facultatibus, naturali, vitali, animali, earumque subiectis.

Habet quoque anima vires, quibus corpori commisceatur: quarum prima est naturalis, secunda vitalis, tertia animalis: & sicut Deus vnus & Trinus, verus & perfectus omnia tenet, omnia implet, omnia sustinet, omnia superexcedit, & circumplectitur: sic anima his tribus viribus per totum corpus diffunditur, non locali distensione, sed vitali intensione. Vis naturalis operatur in hepate sanguinem, & alios humores, quos per venas ad omnia corporis membra transmittit, vt inde augeantur & nutriantur. Vi autem ista quadrifaria est. Dividitur namque in appetitiuam, retentiuam, expulsiuam, & distributiuam. Appetitiua, quæ necessaria sunt corpori appetit: retentiua sumpta detinet, donec ex illis vtilis digestio fiat: expulsiua nociua & superflua expellit: distribu-

Vis naturalis corporis.

Virtus vitalis.

riva bonos bonorum cibotum humores distribuit, provt cuique expedit. Vis vitalis est in corde, quæ ad temperandum fervorem cordis, aërem hauriendo, atque reddendo, vitam & salutem toto corpori tribuit. Aëre namque puro sanguinem putrificatum per totum corpus impellit per venas pulsatiles, quæ arteriæ vocantur: ex quarum motu temperantiam atque distemperantiam cordis physici cognoscunt. Vis animalis in cerebro est, & inde vigere facit quinque corporis sensus, jubet voces edere, membra movere. Tres namque sunt ventriculi cerebri. Unus anterior, à quo omnis sensus: alter posterior, à quo omnis motus: tertius inter utrumque medius, id est rationalis. Sensus corporis sic fiunt. Quod est in corpore subtilissimum, & ob hoc animæ similius & vicinius, quam cætera, id est lux, primùm per oculos ipsos diffunditur, emicatque in radijs oculorum ad visibilia contuenda. Deinde mixtum quadam primò cum aëre puro, secundò cum aëre caliginoso, atque nebuloso, tertiò cum corpulentiore humore, quarto cum terrena crassitudine quinque sensus cum ipso sensu oculorum perficit: ubi ipsa sola excellit. Isti sensus quoniam in sola facie loci sunt, ideo scriptum arbitror, quoniam in faciem Deus insufflavit hominis spiraculum vitæ, cùm factus est in animam viventem. Anterior quippe pars cæteriori meritò præponitur: quia ista ducit, & illa sequitur. Ab ista sensus, & ab illa motus: sicut consilium præcedit actionem. Istæ vires tam corporis quàm animæ dici possunt: quia ab anima in corpore fiunt, nec sine utroque fieri possunt. In prima parte cerebri, vis animalis vocatur phantasticalis, id est imaginaria: quia corporalium rerum similitudines & imagines cõtinentur in ea, unde & phantasticum dicitur. In media parte cerebri vocatur rationalis: quia ibi examinat & judicat ea, quæ per imaginationem repræsentantur. In ultima parte vocatur memorialis: quia ibi commendantur memoriæ à ratione judicata.

Vis animalis.

Tres ventriculi cerebri.

Genes. 2.

Caput XIX.

De Anima per phantasiã dormientiũ operationibus.

Aliud utique est in nobis, quo corpora sentimus: quod quinque corporis sensibus facimus; aliud quo non corpora, sed corporibus similia cernimus, vbi & nos ipsos non aliter quã similes corporibus invenimur: aliud quo nec corpora, nec corporum similitudines conspicimus; sed illa res, quæ non habent imagines sui similes; sicut est Deus, & ipsa mens rationalis, vel intelligentia, vel ratio: sicut quoque virtutes, prudentia, justitia, castitas, caritas, pietas, & quæcunque aliæ sunt, quas intelligendo vel cogitãdo enumeramus, discernimus, & definimus. Porrò anima non est corporea; quoniam non omnis similitudo corporis corpus est. Dormienti enim, & in somnis tibi videtur corporeus apparebis; neque id corpus tuum, sed animæ tuæ; nec verum corpus, sed similitudo corporis tui. Jacebit enim corpus tuum; ambulabit ipsa. Tacebit lingua corporis tui, loquetur illa. Clausi erunt oculi tui: videbit illa. Et tota integra & integra cernetur similitudo carnis tuæ. In hac similitudine quasi per loca cognita vel incognita discurrit anima, & sentit lætis vel tristia. Anima quoque mortui sicut dormientis, in ipsa similitudine corporis sui sentit, seu bona, seu mala. Non sunt tamen corporalia, sed corporalibus similia, quibus animæ corporibus exutæ afficiuntur, seu bonæ seu malæ, cùm & ipsæ suis corporibus similes sibimet appareant: sunt tamen & veræ lætitia, & vera molestia, facta de substantia spirituali in substantia spirituali. Certum nempe est, quamdam spiritualem naturam in nobis esse, ubi corporalium rerum similitudines aut formantur, aut formatæ ingeruntur; sive cùm præsentia aliquo corporis sensu tangimus, & continuò eorum similitudo in spiritu informatur, & in memoria recõditur; sive cum absentia tam nota, vel quæ non novimus, cogitamus; ut inde informetur quidã spiritualis intellectus. Innumerabilia quoque pro arbitrio & opinatione fingimus, quæ vel nõ sunt, vel esse nescimus. Innumerabiles quoque & varias formas rerũ in animo nostro versamus: vel cùm aliquid facimus, vel factum sumus. Aliquo quoque spiritu rapiẽte tollitur anima in hujusmodi videnda seu bona seu mala. Nimia quoque intensione cogitationis, vel aliqua vi morbi, ut phreneticis per febrim accidere solet, seu commixtione cujuscumque alterius spiritus, sive boni sive mali, ita corporalium rerum imagines in spiritu exprimuntur; tamquam corpora ipsis corporis sensibus præsententur, vel absentia videntur adesse tamquam præsentia: & quæ non sunt, tamquam præ oculis assint. A dormientibus etiam multa videntur, vel nihil, vel aliquid significantia. Unde sæpe imagines rerum corporalium tanta expressione illis præsentantur in somnis, quasi ipsa corpora præsentantur vigilantibus; ut inter visionem dormientis, & veram commixtionem vigilantium, non discernatur; sed continuò eis caro moveatur, etiam contra propositũ suum, ut contra luctos mores concumbere videantur. Hunc motum casti vigilantes cohibent, & refrænant: dormientes sunt ideo non possunt, quis in potestate non habent corporalium imaginis expressionem, ex qua caro usitatis liter movetur; & ex qua sequitur, quod eum motum usitatis liter sequi solet; & quod sine peccato à vigilantibus fieri non potest. Sic in spiritu & corporalium rerum imagines apparent, & multa pro arbitrio finguntur, vel præter arbitriũ demonstrantur. Ipsa namque anima, quæ motu proprio semper in motu est, quia per corpus non finitur, vel non plenè finitur corporis sui sensibus, vel ad corporalia vim suę intentionis dirigere; corpore sopito spiritu corporalium similitudines aut ipsa agit, sicut & imagines corporum cogitando, vel ex scipsa versare assolet, aut obvias intuetur, aut in eas videndas aliquo spiritu assumitur.

Dormientium visa.

Somnia est illusiones in somnis.

Caput XX.

Anima non est de substantia Dei, nec ex elementis aliquando in visionibus fallitur, aliquando non.

Anima est substantia spiritualis, simplex, & individibilis, indissolubilis, & invisibilis, incorporea, passibilis, atque mutabilis; carens põdere, figura, & colore. Non est credenda pars, sed creatura Dei, nec etiam de substantia Dei, vel de quolibet elementorum: sed ex nihilo creata. Si enim ex semetipsa esset Deus fecisset, neque quam vitiosa, vel mutabilis, aut misera esset. Si autem ex elementis facta fuisset, corporea esset: cùm sit incorporea. Ignoram habitos ortum, initium habet, finem nõ habet & cùm sit spiritualis natura, nihil habet mistum quomodo et in quæ terrarum, nihil humidum, aëreum, igneum: nullum habet colorẽ. Nullo loco continetur, nullis membris circum scribitur, nullo spatio finitur.

Anima proprietates.

Anima originem habet non finem.

Sed

Sed ita est cogitanda & intelligenda, sicut sapiẽtia, iustitia, & ceteræ virtutes ab omnipotentu creatæ Natura animæ inuisibilis est: & ideo inuisibiliter in corpore manet, & de corpore inuisibiliter egreditur. Per corpus corpora videt, sicut cœlum, & terram, & quæ in eis conspicua sunt oculis nostris. Spiritu corporum similitudines intuetur. Quicquid enim corpus non est, & tamen aliquid est, iam tecte spiritus dicitur. Idcirco occulta quadã vi spirituali capitur anima: vt viæ corporum expressas corporalium rerum similitudines in spiritu videat. Intellectu ea, quæ nec corpora, nec corporum formas habent, conspicit: sicut est iustitia, & sapientia, vel vt ipsa mẽs, & omnis affectio bona animæ. Ista ergo tria genera visionũ manifesta sunt. Primum corporale, quo p̃ corporis sensus corpora sentiuntur. Secũdũ spirituale, quo corporũ similitudines spiritu vel mente cernuntur. Tertium intellectuale, quo illæ res, quę nec corpora nec corporũ formas habent, conspiciũtur. In intellectuali visione nunquam fallitur anima: aut enim intelligit, & verũ est: aut si verum non est, non intelligit. In visione autem corporali sæpe fallitur anima: cùm in ipsis corporalibus fieri putat, quod fit in corporis sensibus. Sic nauigantibus videntur in terra monere, quæ stanti & intuentibus cœlum sydera stare, quæ mouentur, & ditificatis radijs oculorum res vna duas formas habere videtur, & vnus homo duo capita, & in aqua remus infractus, & multa huiusmodi. In visione etiam spirituali anima fallitur, & illuditur: quoniam ea quæ videt, aliquando vera, aliquando falsa, aliquando trãquilla, aliquando perturbata sunt. Ipsa autẽ vera aliquando futuris omnino similia, vel aperte dicta aliquãdo obscuris significationibꝰ, & quasi figuratis locutionibus præuntiata. In extasi verò, quando ab omnibus corporis sensibus alienatur, & auertitur anima, amplius quàm in somno solet, sed minùs quàm in morte, non fallitur: sed ipsa mente diuinitus adiuta, vel aliquo ipsa visa exponente; sicut in Apocalypsi Ioannis exponebatur, magna reuelatio est. Cùm enim bono spiritu assumitur anima, falli non potest: quia sancti Angeli nisi modis visa sua facili quadam ac præpotenti iunctione vel commixtione, nostra esse faciunt, & visionem suam quodam ineffabili modo in spiritu nostro informant. Ipsi siquidem his corporalibus iudicandis atque administrandis præsunt; & eorũ significatiuas similitudines in spiritu ita discernunt, & tanta potentia quodammodo tractant, vt eas possint etiam hominũ spiritibus reuelando miscere. Inde est, quòd Angelus Domini apparuit Ioseph in somnis dicens. *Matth.* 1. *Noli timere, accipere Mariam coniugem tuam.* Et iterum. *Tolle puerum, & fuge in Ægyptum.* Deus etiam per Psophetam dixit. *Effundam de spiritu meo super omnem carnem: & iuuenes visa videbunt, & senes vestri somnia somniabunt.* Sunt & alia visa vsitata, & humana, quæ vel ex ipso spiritu nostro multipliciter existunt; vel ex corpore spiritui quodammodo suggeruntur, sicut fuerimus affecti, vel cæte, vel animo. Non solùm enim vigilantes curas suas homines cogitãdo versant in similitudinibus corporum, verumetiam dormientes hoc sæpe somniant, quo indigent. Nam & negotia sua gerunt ex animi cupiditate, & epulis poculisque inhiantes instant, si forte esuricutes sitientesque obdormierint. Vigilantibꝰ etiam occulto quodam instinctu ingestas esse cogitationes, quas diuinarẽt, nouimus. Sicut Cayphas Pontifex prophetauit, sùm eius intentio prophetandi voluntatem non haberet. Multa videt anima, & eadem est natura visionum, siue in vigilantibus, siue in dormientibus, siue in ægrotantibus: quoniam non ex alio genere sunt, quæ videntur, quàm ex natura spiritus, de quo, vel in quo, fiunt similitudines corporum. Visa siquidem phreneticorum similia sunt visis somniantium. Obturatas nempe vias sentiendi habent, vt videant quod somniantes vident. Visa etiam somniantium similia sunt cogitationibus vigilantium. Dormientibus quippe in cerebro coopertis via sentiendi, quæ intentionem dusit ad oculos; ideoque ipsa intentio in aliud auersa, cernit visa somniorum, tanquam species corporales assint; vt sibi dormiens vigilare videatur: & non similia corporibus, sed ipsa corpora intuesi se putat. Ego autem multò amplius admiror, & vehementius stupeo, quanta celeritate ac facilitate in se anima fabricet imagines corporũ, quas per corporis oculos viderit, quam phrenetico rũ vel etiam domientium: aut in extasi visiones. Quæcumque illa natura visorum est, profecto dubio corpus non est. Non enim corpora visa illas imagines in spiritu faciunt, nec eam vim habent, vt aliquid spirituale sumant; sed ipse spiritus in seipso celeritate mirabili: vt pote spiritalis, intellectualis, atque rationalis.

Tria visionum genera

Ioann. 11.

Matth. 2. *Ioël.* 2.

CAPVT XXI.

De quinque speciebus visionum in somnis.

OMnium, quæ sibi videntur videre dormientes, quinque sunt genera: videlicet oraculum, visio, somnium, insomnium, phantasma. Oraculum, cùm in somnis vel pateos, vel aliqua sancta, grauisque persona, seu sacerdos, vel etiã Deus, euentum quid aperit, vel non euentum; faciens dũ vel deuitandum denunciat. Visio, sùm id quia videt in somnis, quod eodem modo quo apparuerit, eueniet. Somnium figuris est tectum, & siue interpretatione intelligi non potest. Insomnium, quando id quod vigilantẽ fatigauerat, ingerit se dormienti: sicut est cibi cura, vel potus, vel aliqua studia, vel artes, aut infirmitates. Secundũ eamque studia, quæ quisque exercuit, somniat; & consuetarum artium simulasra in præscientia mentis impressa apparent in somnis. Iuxta etiam infirmitatum diuersitates, diuersa accidunt somnia: & secundùm morum & humorum diuersitates variantur insomnia. Alia namque vident sanguinei, alia huletici, alia melancholici, alia flegmatici. Illi videntur rubea & varia, illi nigra & alba. Phantasma est, quando qui dormire vix cœpit, & adhuc vigilare se æstimat, aspicere videtur ituentes in se, vel passim vagantes formas, dissipantes & varias, læras & turbulentas. In hos genere est epialtes, quem publica persuasio quiescẽtes opinatur inuadere, & pondere suo pressos ac sentientes grauare: quod non est aliud, nisi quædam fumositas à stomacho, vel à sorde ad cerebrum ascendens, & ibi vim animalem somptimens.

Oraculum quid.

Visio.

Somnium.

Insomnium

Phantasma

CAPVT XXII.

Verane sit, an imaginaria hominum in lupos conuersio.

DIcit & humana opinio, quòd quadam arte mulierũ, & potestate Dæmonum, homines eõuerti possunt in lupos, & iumenta, & quęcumque necessaria portare: postque peractaea

opera iterum ad se redire: nec fieri in eis mentē bestialem, sed rationalem humanamque seruari. Hoc sic intelligendum est, quoniam Dæmones naturas non creant: sed aliquid tale facere possunt, vnde videantur esse, quod non sunt. Nulla enim arte vel potestate animus, sed ne corpus quidē aliqua ratione in membra & lineamenta bestialia veraciter conuerti potest: sed phantasticum hominis, quod etiam cogitādu, siue somniandu, per rerum innumerabilium genera variatur, & cùm corpus non sit, corporum similes formas, mira celeritate capit: sopitis aut oppressis corporeis hominis sensibus, adaliorum sensū figura corporea perduci potest: ita tamen quòd corpora ipsa hominum alicubi iaceant, viuentia quidem, sed multū grauiùs atque oppressiùs, quàm suis sensibus vbseratis: phantasticum antē illud veluti corporarum in alienā animalis imagine alienis sensibꝰ appareat: talisque sibi homo videatur, qualis sibi videri posset in somnis, & portare onera, quasi onera. Si vera sunt corpora, portantur à Dæmonibus, vt illudatur hominibus: partim vero onerum corpora, partim falsa inmentorum videntibus.

Non transformantur corpora à dæmone.

Caput XXIII.

Vndenam dignoscenda sit bonorum malorumue Angelorum possessio.

Humanum spiritum aliquando bonus, aliquando malus assumit spiritus: nec facilè discerni potest, à quo spiritu assumatur: nisi quòd bonus instruit, & malus fallit. Fallit autem sæpe in manifestis bonis, vt cùm in eis creditum fuerit ei, ad sua seducat. Sic plerumque humanum spiritum capit, vt quadam occulta malitia in errorem inducat: quasi idem spiritus esse videatur spiritus patientis, & spiritus vexantis: vt in dæmoniacis videmus. Animam tamen hominis vel mentem nulla creatura iuxta substantiam implere potest, nisi sola Trinitas. Implere autem dicitur Satanas mentem alicuius, & principale cordis, ingrediens quidem in eum, & in sensum eius: sed fraude, sed iniquitate, atque omni malitia illum allicions & seducens affectu malitiæ cogitationes fœdans, & suggerens incentiua vitiorum, quibus ipse plenus est: vt pote fallax, nequam, & fraudulentus deceptor animarum. Nū enim participatione naturæ suæ, seu substantiæ, vt quidam putant, quemquam implet diabolus, aut eius habitator efficitur; sed per fraudulentiam, deceptionem, atque malitiam in eo habitare dicitur, quem implet. Solius enim Trinitatis est, inhabitare, & implere naturam, seu substantiam quam creauit.

Bonus ac malus spiritus hominē assumunt.

Caput XXIV.

Verane, an phantastica sit magarum per aërem equitatio.

Dæmonea & acrimonia sensus, & celeritate mutus aërij corporis, terrenorum corpurū sensum facilè præcedunt, & quædam cogitata prænunciāt, quæ homines miratur, ob tarditatem sensus terreni corporis. Accessit autem dæmonibus per tam longum tempus, quo eorum vita protenditur, rerum longe maior experientia, quā hominibus potest euenire, propter breuitatem vitæ. Idcirco quædam futura prædicunt, & quædam mira faciunt, quibus homines allicunt & seducunt. Vnde quædam mulierculæ post satan euersæ, demonum illusionibus & phantasmatibus seductæ, credunt se, & profitentur, nocturnis horis cum Diana paganorum Dea, vel cum Herodiade, & innumera multitudine equitare, eorumque iussibus vbique temperare. Ipse namque satanas, qui transfiguratse in Angelum lucis, cùm mentem cuiusquam mulier. eulæ cepit, & hanc sibi per infidelitatem subingauit, illicu formatse in diuersarum personarum speciem ac similitudinem; ac mentem quasi captiuam tenet, in somnis deludens, modo lætā, modò tristā; modò cognitas, modò incognitas personas ostendens, per deuia quæque perducit. Et cùm solus spiritus hæc patiatur, infidelis non in animo, sed in corpore euenire opinatur. Idcireo nimis stultus & hebes est, qui hæc omnia, quæ in spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitratur: cùm Ezechiel & alij Prophetæ, Ioannes etiam Euangelista, & Apostoli, in spiritu, non in corpore visiones viderint.

Vide Cenc. Aneyran.

Ezech. & Apoc. 1.

Caput XXV.

De animabus mortuorum, earumque operationibus & apparitionibus.

Cùm homines mortui, siue viui, hominibus dormientibus vel vigilantibus appareant; nō in ipsis rebus vt sunt, videntur; sed in quibusdā similitudinibus rerum. Istud autem Angelicis operationibus fieri credimus, per dispensationem prouidentiæ Dei, bene vtentis bonis vel malis, secundùm inscrutabilem altitudinem iudiciorū suorum; siue hinc instruātur mentes mortalium, siue fallantur, siue consolentur, siue terreantur; sicut vnicuique vel præbenda est misericordia, vel irroganda iustitia, ab eo cui misericordiam & iudicium non inaniter decantat Ecclesia. Ibi siquidem sunt spiritus defunctorum, vbi non vident, neque audiunt, quæ aguntur, aut euenīūr in istam vitam hominibus. Ita tamen cura est eis de vinis, quamquam quid agant, omnino nesciant; quemadmodum nobis cura est de mortuis, quamvis quid agant, vtique nesciamus. Nesciunt quidem mortui, quid hic agatur, dum hic agitur: sed postea audire possunt ab eis, qui hic moriendo ad eos pergunt, non quidem omnia, sed quantum sinuntur eis indicare, & eos oportet audire. Scire etiam possunt ab Angelis, qui hic nobis præsto sunt, & animas nostras ad illoa deferunt. Spiritu etiam Dei reuelante cognoscere possunt, quæ hic aguntur; quæ necessariū est eos noscere. Quidam etiam ex mortuis ad vinua rapi possunt, non per propriam naturam, sed per diuinam potentiam. Vtrum tamen ista fiant per eorum præsentiam, an per Angelos suscipiētes eorum personam, affirmare non audeo. Deus enim omnipotens, qui est vbiq; præsens, per Angelica ministeria vsqueqnaque diffusa potest hominibus ista præbere solatia; quibus in huius vitæ miseria iudicat esse præbenda.

Psal. 100.

Mortuis cura est de vinis.

Caput XXVI.

De animarum vario pro meritis statu, & operationibus, passionibusque post vitam.

Potentiæ animæ atque virtutes, longa exercitatione, atque successu temporum crescunt; ipsa vero non crescit nec decrescit; sed aut imbecillitate membrorum, aut humorum crassitudine, & eorum corruptione præpedita, vires suas exercere non potest. Anima carne exuta, est, vivit, videt, audit, & omnes sensus atque ingenia viuaciter tenet; vt pote pura, subtilis, scita, & perpetua. Et sicut Deus vbique est in semetipso, sic

Potentia animæ crescunt non anima.

anima vbique est quodammodo in semetipsa: ac per hoc ibi est anima post corpus, vbi erat agens in corpore, sicut Deus ibi est modò, vbi fuit, priusquam mundus fieret: vbi & foret, si mundus esse desineret, sicut sæpe dictum est. Incorporea est anima: potest tamen habere similitudinẽ corporis, non corporalem, sed corpori similem, & corporalium omnino membrorum, cùm de corpore egrediatur. Sicut enim ad spiritualia pro meritis feruntur, aut ad loca pœnalia similia corporibus, qualia sæpe demonstrata sunt his, qui rapti sunt à corporis sensibus, & mortuis similes iacebant; cùm & ipsi in seipsis quamdam geterẽt similitudinem corporis sui, per quam possent ad illa ferri, & talia similibus sensibus experiri. Animæ siquidem, quæ in corporibus viventes, per dilectionem rerum visibilium corporalibus imaginibus afficiuntur, à corporibus exeuntes, in eisdem imaginibus tormenta patiuntur. Propterea enim corporalibus passionibus ibi teneri possunt, quia à corruptione corporalium affectionum hic mundatæ non fuerunt: quam corpulẽtiam de corporis delectatione traxerunt. Quædã autem animæ in eisdem locis, in quibus culpam commiserunt, puniuntur: quædam verò abditis receptaculis vsque ad vltimam resurrectionem continentur: sicut vnaquæque digna est requie vel miseria.

Beda in hist. Angl. & aly.

Vbi anima post mortem puniantur.

CAPVT XXVII.

De morte, & quibus cogitationibus animam ad eam præparari oporteat.

MVlta de anima dixi; & nondum dixi quando facta est, vel quando de corpore egredierit. Quod primum pusui, postea dicam: quod vltimum, dicere non possum: quoniam nescio finem meum. Hoc planè scio, quòd mortales sumus; & quòd volumus nolumus, omnes moriemur. Nihil enim morte certius, & nihil hora mortis incertius. Nam nescimus, quando, & quomodo, aut vbi moriemur: quoniam mors nos vbique expectat. Idcirco semper debemus esse parati, vt cùm corpus reuertetur ad terram, de qua sumptum est; spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Illud siquidem nos maximè mouere debet, quod à veteribus sapientibus ipse homo definitus est, animal rationale mortale. Hic genere posito, quod animal dictum est, additas duas differentias videmus; quibus admonendus erat homo, & quo sibi esset redeundum, & vnde recedendum. Sicut enim progressus animæ vsque ad mortalia, lapsus est: sic ingressus eius esse in ratione debet, qua impugnantibus vitijs resistere valeat: vt secundùm naturam suam viuat, & ordinari appetat, sub illo videlicet, à quo regi debet; & supra ea, quæ regere debet. Vno verbo, quod rationale dicitur, separatur à bestijs; alio, quod mortale, à diuinis. Illud nisi tenuerit, bestia erit: hinc nisi se auerterit, ad diuina non perueniet. Idcirco vt homo sibi incognitus se agnoscat, magna opus habet consuetudine recedendi à sensibus; vt animum suum ad se colligat, & in seipso retineat. His siquidem sensibus impeditur anima, ne cernere seipsam valeat, & Creatorem suum, quem sola & simplex sine istis oculis intueri debet. Anima nempe rationalis, inter eas res, quæ sunt à Deo conditæ, omnia superat, & Deo proxima est, quando est pura, eique inquantum potuerit charitate cohæserit. Interim ab eo, lumine illo intelligibili perfusa quodammodo & illustrata, non per corporeos oculos, sed per ipsius sui principale, id est, intelligentiam, Deum videt, in quo perfectissima pulchritudo, & beatissima visio, qua visione fit beata. Remouetur ergo à consideratione sua omnes notitias, quæ per corporis sensus extrinsecùs capiuntur. Quæcunque namque corporalia, eorumque similitudines, sensus cunque & imaginationes in memoria infixæ, cùm recordando reuoluuntur, ad exteriorem hominem pertinent: quanquam istis quasi necessarijs anima exteriora percipiat. Mens ergo, cui nihil ipsa præsentius est, quadam interiori non simulata, sed vera præsentia videat se in se. Nihil enim tam nouit mens, quàm id quod sibi præsto est: nec menti quicquam magis præsto est, quàm ipsa sibi. Nam cognoscit viuere se, meminisse se, intelligere se, velle, cogitare, scire, iudicare. Hæc omnia nouit in se, nec imaginatur, quasi extra se illa aliquo sensu corporis recipiat, sicut corporalia quæque tanguntur: ex quorum cogitationibus si nihil sibi affingat, vt tale aliquid esse se putet, quicquid ei de se remanet, hoc solum ipsa est. Nihil enim tam in mente, quàm mens est; nec quicquam sic mentem cognoscit, quemadmodum mens. Cùm enim quærit mens, quid sit mens, profectò nouit, quòd se ipsam quærit; & nouit quod ipsa sit mens, quæ seipsam quærit. Neque enim aliunde se quæreret, quam seipsam. Cùm ergo quæreret se nouit, se vtique nouit. Et omne quod nouit, tota novit, atque ita se totam nouit: & si parte inuerta, non se totam quærit; tamen quia tota se quærit, tota sibi præsto est. Nihil enim sibi seipsa præsenti esse potest. Quod autem de se quærit, quid antea fuerit, vel quid futura sit, vel qualis modò sit; quærit, quàm similis, vel quàm dissimilis Deo; quàm humilis & deuota, quàm pura, & quàm sancta. Sed quia in istis est corporalibus, quæ cùm amore cogitat, & cùm quibus amore assuefacta est, non valet sine imaginibus eorum esse in semetipsa. Nam tanto amoris glutino ei conseruntur hæc, quæ foris sunt corporalia, vt etiam cùm absunt ista, præsto sint imagines eorum cogitanti. Quapropter secernere eas à se non potest, vt se solam inspiciat & videat. Redeat ergo ad se, & stet in se; nec sicut absentem se quærat, sed velut præsentem se coret cernere, & discernere; & intentionem voluntatis, qua per alia vagabatur, statuat in seipsa, & cogitet, vt semetipsam diligat & cognoscat. Ita videbit, quod nunquam se non amauerit, neque nescierit; sed alia secum amando cum eis se confuderit: ita vt sine magno labore ab eis separari non possit, quibus cum amore inhæsit. Propterea phantasiis corporalium imaginationum deformatur, eisdemq; altè impressis etiam soluta à corpore non auxiliatur. Si enim à corruptione corporalium affectionum hic non mundatur, corpore exuto corporalibus tenebitur passionibus. Studeat ergo in hac vita se ab hujusmodi fæculentia mundare; quatenus cum hinc exierit, nihil corporeum secum trahat, & à corporali passione immunis existat.

Homo animal rationale mortale.

Mentis nihil præsentius est, quàm ipsa.

Mens non est sine imaginibus earum, quæ amat.

CAPVT XXVIII.

Anima corpus vinificans, ad illud quomodo descendat, quomodo item dum ab eo se abstrahit, ascendat ad Deum.

VIvificatione & sensificatione descendit anima ad corpus. Præsentia namque sua illud vinificat, colligit in vnum, atque in vno tenet; difflucre atque contabescere non finit; con-

gruentiam eius modumque conseruat, non tantum in pulchritudine, sed etiam in crescendo, atque gignendo. Intendit se & anima in tactum, & in calida, frigida, aspera, læuia, dura, mollia, leuia, gravia, sentit, ac discernit. Deinde innumerabiles differentias saporum, odorum, formarũ, gustando, olfaciendo, audiendo, videndoque dijudicat: atque in his omnibus ea quæ secundùm naturam sui corporis sunt, appetit, fugitque cõtraria. Removet se ab his sensibus anima certo interuallo temporum; & eorum motus quasi per quasdam series reparans, imagines rerum, quas per eos hausit, secum cæteruatim & oculipliciter versat. Cum verò vult intelligere vel diuina, vel Deum, vel etiam seipsam, suasque considerare virtutes; abstrahit se ab omnibus corporeis sensibus, quibus non adiuvatur: nisi ad corporeas formas, coloresque intendendus: & spiritu atque ratione se conspicit, in cogitatione atque contemplatione ad Deum ascendit. Deus verò reuelat sese ad eam descendit. Meditatio siquidem est occultæ veritatis studiosa inuestigatio: contemplatio est perspicuæ veritatis iocunda admiratio. Illam itaque diuina reuelatio illuminat, vt veritatem cognoscat; istam diuina inspiratio inflammat, vt eam diligat.

Quidsit meditatio, quid cõtemplatio.

CAPVT XXIX.

Quemodo anima ministerio spirituum quinq; sensus, ac posten imaginationem operetur in capite.

CORpus autem sensu & imaginatione ad spiritum ascendit. Humanum siquidem corpus ex quatuor clementis compositum est. In carne enim & ossibus terra maximè apparet, propter terrenam soliditatem; aqua in humoribus; aër continetur in pulmone: idcirco semper in motu est, quia ventilabrum est cordis; ne nimio calore cor consumatur, & dissoluatur. Sedes ignis est in corde: ideo inferius est latum, superius acutum; quoniam formã ignis retinet. Quædam vis ignea aëre temperata, à corde ad cerebrum ascendit, tanquam in cœlum corporis nostri: ibique purificata & colata, per oculos, aures, nares, cæteraque instrumenta sensuum foris progreditur, & contactu exteriorum formata quinque corporis sensus facit: visum videlicet, auditum, oduratum, gustum, tactum. Qui tangendi sensus ab anteriore parte cerebri ad posteriorem transiens, & inde per ceruicem & medullam spinæ descendens, per totum corpus diffunditur. Porrò vis ipsa, quæ exterius formata sensus dicitur, eadem forma per ipsa sensuum instrumenta, per quæ egreditur, & in quibus formator, natura operatore introrsum ad cellam phantasticam vsq; retrahitur, & reducitur, atque imaginario ab anteriore parte capitis ad mediam transiens, ipsam animæ rationalis substantiam contingit, & excitat discretionem; intuitorum iam purificata, & subtilis effecta, vt ipsi spiritui immediatè cõiungatur, veracitet tamen naturam corporis retineus, & propriæ. Quæquidem imaginatio in brutis animalibus phantasticam cellam non transcendit; in rationalibus autem puriori fit, & vsque ad rationalem animæ substantiã contingendam dilatatur, & progreditur. Est itaque imaginatio similitudo corporis, per sensus quidem corporeos ex corporum contactu concepta extinsecùs, atque per eosdem sensus introrsus ad partem puriorem corporei spiritus reducta, eique impressa: in summo scilicet corporalis spiritus, & in imo rationalis corporalem informans, & rationalem contingens. Spiritum corporeum voco aërem, vel potiùs ignem, qui pro sui subtilitate videri non potest, & corpora tutiùs cogitando viuificat. Quædam autem vegetat tantùm, & non sensificat: sicut arbores, herbas, & vniuersam terra germinatia. Quædam vegetat & sensificat, sicut omnia fere bruta animalia; in quibus quædam sensum tantùm habẽt, imaginationem non habent; quædam sensum & imaginationem habent. Cùm itaque magis sit sensificari, quàm vegetari tantum; constat profectò hanc vim esse subtiliorẽ, & vbi magis subtilis est, magis spiritus est. Magis siquidem in corpore naturæ appropinquat, cùm imaginationem formet, quàm cùm sensum præstat. Nihil enim in corporea altius, vel spirituali naturæ vicinius esse potest, quàm id, vbi post sensum & supra sensum vis imaginandi accipitur, quod quidem in tantum sublime est, vt quicquid supra illud est, aliud omnino sit, quàm ratio.

Quinque sensus externi.

CAPVT XXX.

Anima cum omnibus suis potentijs vnum.

ANima nominatur totus homo interior; quæ viuificat, regitur, & continetur intima illa massa, humectata succis, ne arefacta dissoluatur. Dum ergo viuificat corpus, anima est, dum vult, animus est: dum scit, mens est: dum recolit memoria: dum indicat, ratio est: dum spirat vel cõtemplatur, spiritus est, dum sentit, sensus est. Nam inde animus sensus dicitur, pro his quæ sentiri vnde & sententia nomen accepit. Habet & corpus quinq; sensus, qui ex eo dicti sunt sensus, quia per eos anima subtilissimè totum corpus agitat vigore sentiendi. Ita autem hæc omnia adiuncta suot animæ, vt vna res sit: pro efficientijs tamen causarum diuersa numina anima sortita est. In essentia est simplex, in officijs multiplex. Memoria etiam mens est: vnde & immemores amentes dicuntur. Omnium rerum thesaurus & custos memoria est; nec enarrari potest, quantorum capax sit: tam grandis est eius perplexitas. Et animus ipsa est, nec aliud significo, quàm animam, cùm mentem dico: sed propter aliud animam, & propter aliud mentem. Nam totum quod vivit, hominis anima est. Cùm autem anima in se agit se, & ex se, per se, sola mens dici solet; sensus verò ad sua ministeria implenda consuetiùs anima dicitur, Spiritum idem esse, quod animam, Ioann. 10. Evangelista pronuntiat, dicens. *Potestatem habeo ponendi animam meam, & rursus potestatem habeo sumendi eam* De hac quoque ipsa Dominiana passionis tempore, memoratus Evangelista, Ioan 19. ita protulit dicens. *Et inclinato capite, emisit spiritum.* Quid est enim emittere spiritum, nisi quod animam ponere? Sed anima dicta est, pro eo quod viuit; spiritus autem, vel pro spirituali natura, vel pro eo quod spiret in corpore. Item animum idẽ esse dicimus, quod animam: sed anima vitæ est, animus consilij. Vnde dicunt Philosophi, etiam sine animo vitam manere; etiam sine mente animam durare, sicut in amentibus. Ad mentem enim pertinere videtur, vt sciat: ad animum, vt velit. Pueri etiam in genitricis vtero sine scientia & voluntate viuunt. Mens autem vocata est, quæ eminet in anima, vel quod meminerit.

Anima cũ homo interior.

CAPVT XXXI.

De felicitate ea, cum ab infimis separata, soli Deo adhæret; huiusque separationis, & vnionis effectibus.

QVapropter non anima, sed quod excellit in anima, mens vocatur, tamquam caput, vel

Homo Dei imago secundum mentē.

oculus. Vnde ipse homo secundùm mentem Dei imago dicitus. Mens nāque ea eo dicta est, quòd emineat in anima. Præstantior siquidē vis animæ est, à qua procedit intelligentia. Ratio autem est quidā animi motus, visum mentis acuens, veras à falsis discernens. Redeat ergo ad se mens rationalis, & colligat se in se: vt sine imaginib⁹ corporeis ipsam, & omnipotentis Dei invisibilem naturam considerare valeat. Terrenarum phantasmata imaginum, & quidquid terrenū cogitationi citò occurrerit, eispuat: & se talem intus quærat, ac videat, qualis est sine istis. Cuncta videret se talem, qualis à Deo suo Deo, supra corp⁹ creata est. Deinde supra semetipsam surgat, ac ipsam deserat. atque quodammodo in oblitionē sibi veniat, & se contemplationi sui Creatoris humiliter & deotè subiiciat. Cùm enim cœperit mens per puram intelligentiam ipsam excedere, & illum incorporeæ lucis claritatē totam intrare: ac in his quæ in intimis videt, quemdam intimæ suauitatis saporē trahere, & ex eo intelligentiam suam condire, & in sapientiam vertere: intantò in hoc mētis excessu pax illa, quæ exuperat omnem sensum, inuentus, atque obtinetur, vt fiat silentiū in cælo quasi huius dimidiæ: ita vt cōtemplantis mens nulla tumultuatione altercantium cogitationū turbetur: nihil omnino inveniens, quod vel per desiderium petat, vel per fastidium arguat, vel per odium accuses: sed potiùs dum in hac contēplationis tranquillitate tota colligitur, intromittatur in quēdam affectum multùm insuitasum intercessus, ad nescio quam dulcedinē: quam si semper sic sentiret, magna profectò felicitas esset. Nihil tunc sensualitas vel imaginatio: sed omnis infetiæ vis animæ proprio vtuntur officio. Purior autē animæ pars in illud intimæ quietis secretū, & summæ tranquillitatis arcanū felici iucunditate introducitur. Viuus siquidem est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus. Et ideo nihil in creatura hac diuisione mirabilius cernitur: vbi id ip essentialiter vnum est atque individuum, in seipsum scindisur: quod simplex in se, ac sine partibus constat, quasi quadā partitione diuidisur. Neque enim in homine vno alia est spiritus essentia, alia anima: sed prorsus vna eaq; simplicis naturæ substantia. Nun enim in hoc geminu vocabulo gemina substantia intelligitur: sed cùm ad distinctionē ponitur: gemina vis eiusdem essentiæ, vna superior per spiritum, alia inferior per animā designatur. In hac itaq, diuisione animæ, & quod animale est, in imo remanet: spiritus autem, & ip spiritale est, ad summa evolat. Ab his infimis dividitur, vt ad summa sublimetur: ab anima scinditur, vt Dño vniatur: quoniam qui adhæret Domino, vnus spiritus est. Felix diuisio, & mirabilis separatio: vbi quod corpulentum ac fæculentum est, deorsum remanet: quod spirituale ac subtile est, vsque ad speculationē diuinæ gloriæ sublimatur, & in eamdem imaginem transformatur. Pars inferior componitur ad summam pacem & tranquillitatem: pars superior sublimatus ad gloriam & iucunditatem. Licet enim meus humana nō sit eius naturæ, cuius est Deus, Imago tamen est illi⁹ naturæ, qua melior nulla est. Quærenda illa est, & inuentenda in nobis, quo natura nostra nihil habet melius. Sed priùs mens ipsa in seipsa considerāda est, & in ea reperiēda est imago Dei. Mens igitur quando cogitatione conspicit se, iurelligie se & secognoscit: quando contēplatione ad Deum accedit, vt eum intelligat & diligat, imago Dei dicenda est. Cogitando æterna vitæ sit, sicut dicit Apostolus. *Vir non debet velare caput suum, cum sit imago Dei, & gloria.* Et quātò magis se extenderit in id quod æternū est, tantò magis inde formatur ad imaginem Dei: & ideo non est cohibenda, vt inde se contineat ac temperet. Quando verò ea agit, vel cogitat, quæ sunt tēporalia, mulier appellatur: & suus nō est dicenda imago Dei: & propterea debet velare caput suum, ne nimium ei sit eius ad inspiciendum ad inse iuta: ne cùm licita agit, illicita concupiscat.

Hebr. 4.

1. Cor. 11.

CAPVT XXXII.

Imago Dei in interioris hominis creatione fulget.

TAnta dignitas humanæ conditionis est cognoscitur, vt nō tulùm iubentis sermone, sicut alia sua dicetum opera, sed consilio sanctæ Trinitatis, & quasi quadam maiestatis creatus sit homo: vt ex primæ conditionis honore intelligeret, quantū deberet suo conditori: dum tantum mox in conditione dignitatis priuilegium præstitit ei conditor: & tantò amplius conditorem diligeret, quātò mirabiliùs se ab eo conditum intelligeret. Nec ob hoc solum quod cōsilio sanctæ Trinitatis sic excellenter conditus est: sed etiā quod ad imaginem & similitudinem suam ipse creator omnium eum creauerit. Quod nulli alteri ex creaturis donauit. Quæ imago diligentius in interioris hominis nobilitate est consideranda. Primo quidem, quod sicuti Deus vnus semper vbique totus est omnia viuificans, mouens, & gubernans: sicut ait Apostol⁹, quòd *in eo viuimus, mouemur, & sumus:* sic anima in suo corpore vbique tota viget, viuificans illud, mouens, gubernans. Nec enim in maioribus corporis sui membris maior & in minoribus minor: sed in minimis tota est, & in maximis tota. Sic infusa est corpori, vt non per membrorum partes, partibus sit diuisa. Nam in quolibet loco pars corporis percutiatur, tota dolet. Miro autem modo vna eademque viuificatione membris præsidens, cum ipsa per naturam nō sit diuisa, per corpus tamen agit diuersa. Ipse quippe est, quæ per oculos videt, audit per aures, per nares odoratur, per os gustat, per membra omnia tangit, & tangendo lene ab aspero discernit; & cùm non sit diuersa, per sensus operatur diuersa. Ex qua re inteligitur, quòd ita est anima secundùm suum modū in suo corpore, sicut Deus est in suo mundo suis modis. Interiùs siquidem & exteriùs, superiùs & inferiùs est. Regendo superior, portando inferior, replendo interior, circumdando exterior. Sic enim est intus, vt extra sit, sic circūdat, vt penetret: sic præsidet, vt portet: sic portat, vt præsideat. Et sicut Deus nec creaturis crescentibus crescit, nec decrescentibus decrescit: sic anima nec minuis membris minuitur, nec adauctis augetur. Hæc est imago, siue similitudo Dei omnipotentis, quam anima habet in se. Quādam & sanctæ Trinitatis imaginē anima habet in se. Primò in eo quod sicut Deus est, viuit, & sapit: ita anima secundum suum modum est, viuit, sapit. Est quoque & alia trinitas in ea, quæ ad imaginem perfectæ quidem & summæ Trinitatis, quæ est in Patre & Filio & Spiritu sancto condita est. Et licet vnius sit anima naturæ, tres tamen in se vires habet, id est intellectum, voluntatē, & memoriam. Quod idem, licet aliis verbis, in Euangelio designatur, cùm dicitur. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua:* id est ex tuo intellectu, ex

Dignitas hominis.

Genes. 1.

Act. 17.

In quo anima Deum imaginem gerat

Mat. 22.

tota voluntate, & ex tota memoria. Nam sicut ex Patre generatur Filius, & ex Patre Filioque procedit Spiritus sanctus: ita ex intellectu generatur voluntas, & item ex his ambobus procedit memoria: sicut facilè à sapiente quolibet potest intelligi. Nec enim anima perfecta potest esse sine his tribus: nec horum trium aliquod sine aliis duobus integrum constat, quorum ad suam pertinet beatitudinem. Et sicut Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus, non tamen tres dij, sed unus Deus, & tres personæ: ita anima intellectus, anima voluntas, anima memoria, non tamen animæ tres in uno corpore, sed anima una & tres vires: atque in his tribus divinam imaginem gerit mirabiliter in sua natura noster uterior homo. Et ex his quasi excellentioribus animæ viribus iubemur diligere Conditorem: ut in quantum intelligitur, diligatur, & quantum diligitur, semper in memoria habeatur. Nec solùm sufficit de eo intellectus, nisi fiat in amore, cius voluntas. Imò nec hæc duo sufficiunt, nisi memoria addatur, per quam sæpe in mente intelligentis & diligentis maneat Deus: & sicut nullum potest esse momentum, quo homo non utatur, aut fruatur Dei bonitate, & misericordia: ita nullum sit momentum, quin præsentè non habeat eum in memoria. Et ideo mihi iustè videtur dictum, interiorem hominem, imaginē esse Dei.

In intellectu, voluntate, & memoria S. Trinitatis imago est.

Caput XXXIII

Similitudo Dei in interiori homine in quo consistat.

Nunc verò de similitudine aliqua dicamus. Nam sicut Deus creator, qui hominem ad imaginem suam creauit, est caritas, bonus, ac iustus, patiens & mitis, mundus ac misericors, & ceterarum sanctarum virtutum insignia habet, quæ de eo legentur: ita homo creatus, vt caritatē haberet, vt bonus esset ac iustus, patiens atque mitis, mundus & misericors. Quas virtutes quātò plus quisque in seipso habet, tantò propior est Deo, ac maiorem sui conditoris gerit similitudinem. Si verò, quod absit, aliquis per deuia vitiorum, ac diuerticula malorum, ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degeneret, oberrat: tūc fiet de eo, quod scriptum est. *Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Et quis homini maior potuit esse honor, quàm vt ad similitudinē sui factoris conderetur, ac eisdem virtutū vestimentis ornaretur, quibus Conditor: de quo legitur, *Dominus regnauit, decorem indutus est*: id est omnium virtutū splendore, & totius bonitatis decore ornatus est? Vel quod maius homini potest esse dedecus, vel infelicior miseria: quàm vt hac similitudine, hoc est gloria sui conditoris amissa, ad infortunia ac irrationalia brutorum iumentorum similitudinem dilabatur? Quapropter diligentiùs attendat primæ conditionis suæ excellentiā, ac venerandam sanctæ Trinitatis in seipso imaginem agnoscat: honorēque diuinæ similitudinis, ad quam creatus est, nobilitare motum, exercitationa virtutum, dignitate meritorum, habere conetur; vt quando apparebit, qualis sit, tunc similia ei appareat, qui eum mirabiliter ad similitudinē suam in primo homine condidit; mirabiliusque in secundo, id est in seipso, reformauit.

Psalm. 48. Honor hominis à Deo incre atione collatus.

Psalm. 92.

Caput XXXIV.

Anime cum Deo similitudo ac felicitas ex amore Dei, tum in presenti vita, tum in futura.

Magna conuenientia est inter Deum & animam. Deus namque vita est, spiritus est, sapientia, & amor. Vita Deus: vita anima est, similis, sed dispar. Similis quidem, quòd vita, quòd seipsa viuens, quòd non tantum viuens, sed & viuificans; sicut & Deus hæc omnia est: dispar, quoniā ille creator est: ista creatura. Nisi enim creata ab illo, non esset: & nisi ab ipso viuificata, nō viueret. Viuit anima naturali vita, etiamsi spirituali vita non viuat: sed talis vita mors est potiùs, quàm vita; quoniam mors peccatorum pessima. Anima quidem, quæ secundum carnem viuit, viuens mortua est: & ideo bonum erat illi non viuere, quàm sic viuere. Vita anima est; viuens quidem, sed non aliunde, quàm seipsa; & ob hoc non tam viuens, quam vita est. Inde est, quòd infusa corpori, viuificat illud: vt sit corpus do vitæ præsentia non vita, sed viuens. Creata est anima, vita à vita, simplex à simplici, immortalis ab immortali: vt non sit longè à Creatore suo, cui appropiare videtur simplicitate essentiæ, & perpetuitate vitæ. Licet enim spiritualiter nō viuat, immortaliter tamen viuat, necesse est. Creata est anima magna à magno, recta à recto: eò magna, quò capax æternorum; eò recta, quo appetens superiorum; eò beata, quòd Deo vnita. Anima namque, quam Dei pietas respicit, humilitas subijcit, pœnitentia reducit, iustitia deducit, obedientia conducit, perseuerantia perducit, deuotio introducit, puritas jungit, caritas vnit, habet in se amorem, quo semper potest stare cum Deo, aut redire, si mota cum suis affectibus, imò detectibus, ab eo fuerit. Solus est amor ex omnibus animæ sensibus atque affectibus, in quo potest anima, etsi non ex æquo, suo respondere auctori, vel da simili mutuam vicem reprendere. Etsi minùs amat, quoniam minor est, tamen si ex tota se diligit, nihil deest, vbi totum est. Renuntians ergo cunctis affectionibus aliis anima tota soli incumbat amori; effundens se totam in amorem illius, cui respondere habet in redhibendo amore. Amat siquidem Deus, vt ametur; & cùm amat, non aliud vult, quam amari; sciens ipso amore beatos, qui sic amauerint. Per amorē venit ad homines, venit in homines, factus est homo, & deliciæ illius esse cum filijs hominum. Nostræ verò deliciæ erunt, cùm ad eum veniemus, & videbimus eum sicuti est, atque similes ei erimus. Tunc erit manifesta visio, plena cognitio, vera dilectio, firma coniunctio, societas individua, similitudo perfecta, & vita beata in æternum & vltra, in perpetuas æternitates. Sicut enim corpus in resurrectione sua vitam & sensum recipiet: sic anima in resurrectione vitam & sensum recipiet, id est cognitionem & amorem Dei. Quòd cognitio sit vita, ipsa veritas affirmat dicens. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti IESVM Christum.* Amor quoque sensus est. Nam sicut cæteriot homo circa temporalia quinquepertito sensu afficitur, id est visu, auditu, &c. sic interior homo in beata vita, circa quinque ineffabilia Dei ineffabili amore afficietur. Cùm enim Deum suum amabit, quandam lucem, quandam vocem, quemdam odorem, quemdam cibum, & quemdam amplexum interiorem amabit. Ibi enim fulget, quod non capit locus; ibi sonat, quod non capit tempus; ibi olet, quod non spargit flatus; ibi sapit, quod non minuit edacitas; ibi hæret, quod non diuellit satietas. ibi siquidem Deus videtur sine intermissione, cognoscitur sine errore, amatur sine offensione, laudatur sine fatigatione.

Anima vita est, ac se ipsa vincat.

Amore sibi ex affectibus anima respondet Creatori.

Ioann. 17.

CAPVT VVVV.

Anima ciuitati, in tribus potentijs, seu sensibus, intellectuali, rationali, animali pulchrè comparatur.

NObilis creatura est anima. Ciuitas namq; est Dei, de qua tã gloriosa dicta sunt, quàm ad imaginem & similitudinem Dei facta est. Hæc ciuitas meritò Ierusalem appellanda est: quia ad fruendum visione illius summæ pacis, quæ fecis vtraque vnum, creata est. Mens eius paradisus est, in qua dum cœlestia meditatur, quasi in paradiso voluptatis delectatur. Domus enim summi Pattisfamilias est anima, propter vnitatem mentem: sponsa Christi per dilectionem; templũ Spiritus sancti per sanctificationem: ciuitas Regis æterni propter concensdiam ciuium. Et quia nulla est ciuitas absque populo, disposuit in ea Conditor nostet populum triplicis grad⁹: id est sapientes ad consulendum, milites ad propugnãdum, artifices ad ministrandum. Cives huius ciuitatis sunt mentales & ingeniti animæ vigotes, tamquam indigenę: quorum distincti sunt grad⁹ quia alij superiores, alij inferiores, alij medij. Superiores quidem sunt intellectuales sensus, medij rationales, infimi animales; quorum hæc differentia est. Animalis, sine sensualis appetit visibilia: rationalis discernit, & discretionis oculo aspernatur, intellectualis perstrahit ad diuina. Intellectuales etgo sensus sunt tanquam animæ cõsiliatij. dicentes ei. *Deum time, & mandata eius observa, hoc est enim omnis homo.* Rationales sũs sanquam milites, qui hostes, pura concupiscentias impugnant per arma iustitiæ. Animales siue sensuales sensus, sunt tanquam rustici & artifices, qui corporalibus rudimentis instituti sunt, & corpori necessaria ministrant. Hanc triplicem vim animæ, philosophi partes vocauerunt, non integrales, sed virtuales; quia potentiæ eius sunt. Sensualitas ea vis animæ est, quæ corpus vegetat: & per corporis sensus ista exterioria sentit & discernit. Omnes enim sensus, tam exteriores quàm interiores, ad animam referuntur vtpote ab illa procedentes. Vt enim sentiant, omnes ab anima habent. Ratio est vis animæ supra corporalia, & infra spiritualia collocata. Secernit enim vera à falsis, quod est Logicæ: vitiates à vitijs, quod est Ethicæ: & per experimenta, rerum nasitas inuestigat, quod est Physicæ. Et in his tribus disciplinis tota Philosophia consistit. Totam etgo philosophiam ratio comprehendis. Intellectus siue intelligentia ea vis animæ est, qua de diuinis, quantum hominl possibile est, cognoscitur. Ad cœlestia enim arcana penetranda ratio per se non sufficit; nisi à Deo adiuta fueris. Tunc finis eius si liene viget; cùm ad notitiam secretorum, quæ diu inuestigando quæsiuit, pernenerit, intellectus sine intelligentia nuncupatur. Boëtius tamen dicit intelligentiam solius Dei esse, vel admodum paucorum hominum: sed horum alterũ pro altero sæpe ponitur. Memoria etiam consors & cooperatrix est rationis: quoniam sine ea ratio nec ad incognita procedere, nec cognitorum scientiam retinere potest. Memoria est vis animæ, accepta retinens, præterita repetens, elapsa recolligens. Humanus appetitus inter ima & sũma positus, cùm plerumque in vtraque diuisus sibi metipsi sit contrarius, in quamcumque partem totus transierit, nomen eius meritò sortitus. Si carnis voluptatibus pascitur, carnalis siue animalis nominatur: si spiritualibus desiderijs delectatur, spiritualis nuncupatur. Appetitus siquidé est naturalis vis in animante, mouendis animæ sensibus attributa.

Eccle. 12.

Partes virtuales animæ.

In⁹ Logica, Ethica, & Physica consistit Philosophia.

CAPVT VVVVI.

Virium seu facultatum animæ definitio.

QVoniam de viribus animæ sæpe mentionẽ feci, diffinire eas debeo; quatenus quæ de anima dicta, vel dicenda sunt, euidentiùs intelligi possint. Sensualitas, sensus, imaginatio, tam corporis quam animæ dici possunt. Sensualitas corporis est quadam vis ignea: sensualitas animę est inferior vis eius, quæ secum trahens sensualitatem carnis velut famulam & obedientem, sensa & imaginationes facit, easque in arca memoriæ reponit. Instrumentum est sensualitatis, & origo imaginationis. Ipsa namque via ignea, quæ extrinsecùs formata, sensus dicitur, eadem forma vsque ad intimum traducta, imaginatio vocatur. Sensus itaque parit imaginationem, imaginatio cogitationem, cogitatio meditationem, meditatio acuit ingenium, ingenium rationem conducit ad intellectum, intellectus ad intelligentiam; intelligentia per cõtemplationem veritatem ipsam admiratur, & per caritatem in ea delectatur. Sensus est passio animæ in corpore, ex qualitatibus extra accidentibus. Imaginatio est vis animæ, quæ figuram corporearum rerum in absentia corporum, sine exterioti sensu repręsentat. Cogitatio est circa quælibet animi occupatio. Considerasatio est intenta cogitatio. Meditatio est frequens cogitatio, modum, & causam, & rationem vnuscuiusque rei inuestigans. Ingenium est vis quædam naturaliter animis insita, per se valens. Ratio est quædam vis animæ, qua omnia discernit & indicat; sed maximè cùm inhiat spiritualibus, & imaginẽ Dei in se conseruat. Intellectus est rerũ verè existentium perceptio. Intelligentia est de solis rerum principijs, id est Deo, Idæis, hyle: & de incorporeis puris certaque cognitio. Contemplatio est perspicax veritatis iucunda admiratio. Caritas est concordia mentium, & societas electorum: vita beatorum animarum & Angelorum; quia nec animæ, nec Angeli; nisi pes caritatem viuunt.

Sensualitas quædam vis ignea.

Charitas repræsentat Trinitatem.

CAPVT XXXVII.

In qua sui parte anima Dei imaginem & similitudinem debeat repræsentare.

ANima rationalis & intellectualis facta est ad imaginem & similitudinem Dei; vt factorem suum per imaginem cognoscat, & per similitudinem diligat. Ex imagine namque Dei habet rationem, & ex similitudine caritatem. Caritas verò in seipsa repræsentat Trinitatem. Hanc ratio sentit, & per ditam requirit. Hanc caritas inuenit, & videndo beata quiescit. Hanc in præsenti fides sequitur; & spes in cœlum vsque comitatus: caritas perenniter ãplexatur. Mens itaque spiritualis, seu intelligentia rationalis, primò creantem suum aspiciat, inde creaturam ipsius videat, & mediante arbitrij libertate, ad eum qui condidit omnia, & se cum ita, se referat. Sic in homine Trinitas appareat, quam caritas manifestat; vt caritatem semper homo exhibeat, semperque aspicias is, quem Trinitatis imago pes ornat. Sic homo eius seruabit similitudinẽ, cuius inse naturaliter portat imaginem. Appareat ergo imago Dei in intelligẽtia rationali, in mente spirituali, in honore liberi arbitrij. Appareat Dei similitudo in moribus pro natura: in operibus pro

iustitia: in virtutibus pro gratia; vt motibus natura petorqueatur: & in stitia operibus comprobetur: & gratia virtutibus compleatur; & sic semper Domino præsentantur. Anima totum corp⁹ hominis tota pariter animat. Est quidem inspicata à Deo homini vita, non de præiacenti materia, sed de nihilo ab eo facta. De ceteris animatis scriptura dicit, *Producant aqua, producat terra animam viuentem.* Animam verò non aqua, non terra produxit, sed Deus inspirauit: non tantùm animam viuam vel viuentem, sed spiraculum vitæ, rationale ex diuina imagine, sanctũ ex diuina similitudine.

Genes. 1.

CAPVT XXXVIII.

Animam non esse partem Dei; sed mutabilem; non item ex materia.

Anima non est pars Dei. Probat hoc mutabilitas, quam incurrit. Deus enim immutabilis est. Hinc sæpe inuitata, pro culpa quandoque damnata, pro pœna quoque fit misera. Nihil tamen ei nocere posset, nisi à Deo recessisset. Recessit autem, quando peccauit. Proinde tot quetur misera, à Deo refuga; ab vno dissuncta, spargitur ad multa; & pro sua intemperantia fit molesta. Eapropter sensus corpore turbata memoria turbati, hebetes fiunt, marcidi & stupidi. Inde caro patitur, languores otiuntur, & mortia violentia peruagatur. Anima non formatur ex materia informi; sed in sua creatione formam accepit, qua facta est ad imaginem & similitudinem Dei; à quo si auertitur, remanet informis; quia tea, quia dissimilis; nec ideo tamen efficitur irrationalis, quia gestat imaginem Dei, vnde & potest reformari. Sed nec etiam si tota peccato concluditur, & pro iosipientia iumento comparetur, ideo fit anima peccatoris altera, vel alteri⁹ corporis. Ipsum enim corpus & nunc, & in fine, est semper habitura, cum qua facta est vna persona. Sed nec idem fit corpus, etsi penitus debetetur. Non enim distrahitur partibus, nec loco concluditur: nõ est minor in minoribus sui corporis partibus vitæ idoneis. Spiritus namque est anima rationalis, quantislibet obruta malis; & vbicumque est, tota est. Non traducitur à patre in filium, ne vna sit anima amborum. *Sicut*, inquit, *anima patris, sic anima filij mea est.* Nec pars animæ patris in filium, dum generatur, se transfundit. Partiri namque seu diuidi, augeri vel minui, spirit⁹ nescit; nec enim potest esse maior, sed melior. Si enim participaliter transfunderetur, corpus esse probaretur. Quod si, vt delirant aliqui, semen animæ cum semine carnis haberet generando transfundi, multa quidem inhonesta & impossibilia possent exinde conclamari; quæ de spiritu rationali nec dici debent, nec opinari. Indecẽs est, obscœna retexere, & malè fusa carnis semina denotare.

Anima non traducitur. Ezech. 18.

CAPVT XXXIX.

De Creatione Animæ, & peccati originalis transfusione, ac remedio.

Dicimus autem, animas rationales pro essentia fieri quotidie nouas de nihilo: sed pro consimili natura, ex institutione diuina, nõ vtiq; nouas. Quales enim in exordio Deus die sexto, masculo & fœminæ dedit, tales quotidie inspirat singulis, noua de nihilo creatione, non noua institutione. *Pater*, inquit, *meus vsque modo operatur, & ego operor.* Operatur vsque modo Pater & Filius, operatione quidem noua, sed institutione non noua. Pro illa agens, cum ista quiescens. Res verò corporeæ post primam sui creationẽ nouæ nullæ creantur: sed à simul in exordio conditis, temporali formatione propagãtur. Animæ autem non simul essentialiter factę sunt: sed pro natura consimili, qua ad imaginem & similitudinem Dei fiunt, simul factæ reputantur, & non simul editæ iudicantur. Non simul editæ, pro essentia: simul factæ, pro comparatione forma, ad imaginem & similitudinem Dei prærogata. Caro de carne generando traducitur; sed spiritus de spiritu minimè propagatur. Certò tenemus, quia caro contracta de carne per legem concupiscentiæ, quàm citò vinificatur; originalis culpæ vinculo, cinisque affectionibus, anima quæ eat nem vinificat, premitur atque aggrauatur. Sub hoc peccati vinculo parvuli demerguntur, qui sine Christi remedio moriuntur. Habent enim originale peccatum, non per animam, sed per carnem vtique contractum, animæque refusum. Carni namque ita vnitur anima, vt cum carne sit vna persona. Fit enim, auctore Deo, anima & caro vnum individuum, vnus homo: vnde salua vtriusque naturæ proprietate adijcitur carni, quod animæ est; & animæ, quod carnis est; pro vnitate personæ, non pro diuersitate naturæ. Quod igitur ibidem singulis est proprium, commune fit amborum: proprium pro natura, commune pro persona. Exinde fit anima originali culpæ obnoxia, quam caro contrahit & animæ refundit, cum qua vnita est persona, licet diuersa sit natura. Eapropter necesse est, parvulum dum viuit, Christi sacramento renouari, ne obsit eius animę societas carnis peccati, qua grauatur, etiam corpore exuta; nisi dum in corpore viuit, salutari remedio fuerit expiata. Contrant igitur adulti, contrant pro seipsis, impendant etiam parvulis sacramenta fidei: suscipiant ipsi fidem cum sacramentis, vt parvulos in Christo teoatus fides Ecclesiæ tueatur; & adultos cum sacramentis opera fidei comitentur. His ita per gratiam reuocatis, tandẽ complebitur in resurrectione generali, vt eato ipsa resurgat in gloria, animæ suæ restituta, viua & æterna, fœlix & beata.

Operatio Dei noua, nõ institutio

Peccatum originis.

CAPVT XL.

Cur Deus animas creet, sine baptismi salutari remedio periturus.

Si quæratur, cur Deus donet animas illis, quos absque salutari remedio mori contingit: Respondemus, quia diuina institutio, qua rei & rerum naturæ condonatur, nec peccato tollitur, nec violentia præpeditur. Inde est, quòd lex carnalis copulæ, nec etiam in malis inter suos priuatur. Generant adulteri, fornicatores, prophani; naturalis tamen institutio nec in talibus deperit. Natura namque, quod Deus instituit, quod suũ est, operatur. Natura siquidem est quædam vis & potentia diuinitus rebus creandis insita: quæ vnicuique rei suũ esse tribuit: qua bona quisquis malè vitiat, malus esse iudicatur. Iustè etiam puniuntur, qui licitis abutuntur; iustè verò puniuntur, qui rapere inconcessa conantur. Sic Satanas cœlum, sic protoplastus paradisum. Abutuntur licitis, qui bona Dei maculant nuptiis inconcessis. Maculant bona Dei, sicut hi qui cum ardore libidinis exercent opera copulæ carnalis. Ex his filij generantur, quorum corpora fetuente creatura formantur, & Deo inspirante spiraculum vitæ ani-

Natura quid sit.

Ioan. 5.

Spiraculum vitæ anima est.

tę animantur. Spiraculum vitæ hominem animā intellige: quam non produxit terra, vel aqua, sed Deus inspirat: quo sensus corporei animantur. Vnde homo factus in animam viuentem memoratur. In his & in alijs omnipotens agit, prout instituit: quem nullius adiuuant bona, nec impedimut mala. Bonos quidem præuehit sua gratia, malos tenet sua iustitia. Nos quidem serui dū Domini bonis abutimur, rei & miseri patiter inuenimur: ipse vero Dominus, qui seruorū malis bene vtitur, sanctus & omnipotens adoratur. Ipse corpori terreno de peccati traduce propagato, pro institutione sua inspirat animam: bene vtens inolita præuaricatione nostra; quæ si esset naturalis, peccatori non poterat imputari. Sed Creator præparat omni tempore sacramenta, & obediantiæ pia proponit edicta: vt exorta peccatum sacramenta fiat in remedium, & temporalium obseruatio mandatorum, æternorū affectat præmia donatum. Vnde si aliqui sub peccato obeunt paruuli, absque remedio salutari, pertinesce iustitiam Dei qui nihil debet alicui, sed damnat in singulis malum, quod non fecit in eis. Si autem paruulos tenomat sacramentis, admirare misericordiam Dei in eis; qui sicut nescient culpare, cum qua ex carne nascuntur; sic nesciunt gratiam, qua per Christum renascuntur. Nō accusat paruulos à culpa, quod eam non norunt: non exhodię gratiam ab eis, qui eam nesciunt. Quæris in eis culpam inuenis ex carne traductā Quæris in eis gratiam? inuenis à Deo collatam. Illa debitè damnatur, hæc indebitè prærogatur. Illa iudicium prædicat: hæc misericordiam repræsentat. In vtroque Deus agnoscitor, cui misericordia & iudicium laude perpetua cantatur. Sed ab his intuendis mens nostra, mox infirma, atque peccatis obnoxia, citiùs ad seipsam redeat; sibique remedium quærat, vt qui in Adam cecidit, in Christo resurgat.

Peccatum originale.

CAPVT XLI.

De anima Immortalitate, & Deo vita eius, vt & ipsa corporis.

PLato veteres de natura Animæ diuisse inuenitur: sed nihilita, vt non aliquid testare videatur. Ego autem ex eorum dictis quantò diligentiùs potui, breue istud & certum colligere, atque in vnum tedigere studui, quod memoriæ commendetur. Hebes namque est memoria hominis, & breuitate gaudet; & si in otio diuiditur, fit minor in singulis. Ex corpore & anima constat homo: & quicquid oculis corporis videtur, propter corpus factum est, corpus propter animam, anima propter Deum. Vita corporis anima est, vita animæ Deus. Immortalis est anima, quia carna caret; nec habet quo cadat, vt resurrectione egeat post animam, nisi peccato ceciderit. Et ideo in morte vita nostra non perit, sed corpus destitoit, dum discedens anima vim suam non perdit; sed quod viuificauerat, hoc dimittit; & quantum in se est, mortem alterius facit ipsa, non recipit. Facit inquam, cum viuificando quod deserit; non amittendo quod vioit. Ita mors hominis nihil aliud est, quàm carnis occasus; à qua cùm vis potentiæ viuificantis abscessit; in terram, de qua sumpta est, redit, amissis sensibus, quos non per seipsam habuit. Anima nō aliter, quàm sol lucem diei, vitam tribuit cæteris, cum venerit; mortem essi. it, cum recedit. Mora tamen nō consumit inuicta sed diuidit; dum origini suæ vtrumque reddit. Et ne quis putet animam corporis morte consumi, audiat quid Dominus in Euangelio dicat. *Nolite, inquit eos timere, qui corpus occidunt, animam autem nō possunt occidere.* Fatigatur corpus cogitationibus mentis, afficitur in corpore mens dolentibus corporis.

Anima amorem facit recedendo.

Matth. 10.

CAPVT XLII.

Anima vt inuisibilis sola debet inuisibilia videre

CORpus ex quatuor elementis constat. Anima nec elementū est, nec ex elementis: sed de nihilo est facta, & soli creatori suo cognita. Ea his ergo omnibus, quæ in se, hoc est in corpore suo visibilia videt, nihil se esse, vel posse esse, videt. Secernat ergo, & diuidat se per se, ab eo toto quod visibile videt in se; & inuisibilem omnino se esse videat, in eo quod videt se, & tamē videri se non posse, videt. Deinde elevat se super se, & in eo quod primum ipsa & principale speculum est speculandi Dei, illiusque imaginis & similitudinis proximum, & cognatum magis factum, in visibilem Deum aspiciat. Hoc autem est ipsa ratio, & mens rationa vtens; quæ ad primam Dei similitudinem facta est, vt per seinuenire possit eum, à quo facta est, & in eius amore atque contemplatione dulciter requiescere. Ea namque perfectiùs suum auctorem manifestant, quæ illius similitudini vicinius appropiquant. Hoc autē est ipsa rationalis creatura, quæ & excellenter & propriè ad illius similitudinem facta est: & tantò citiùs Creatorem suum, quem non videt, agnoscit & diligit: cùm se ad illius similitudinem factam intelligit.

Anima ex nihilo creatur.

CAPVT XLIII.

Anima à Deo ad beatitudinem creata.

DEus omnipotens, cuius beatitudo nec augeri potest, quia perfecta est; nec minui, quia æterna est; sola caritate, nulla sui necessitate, rationales spiritos creauit: vt eos suæ beatitudinis participes faceret. Alios verò in sua portitate in æcle confirmauit: alios autem propter superbiā in inferiorum præcipitauit: atque alios ad probandam humilitatem & obedientiam, in terrena habitatione terrenis corporibus sociauit, vt ad vitæ sensum luteam materiam vegetarent. Habent nāque in natura sua quamdam mutabilitatem, secundùm quā corporibus viuificandis appropinquant: in qua quidem nonnihil suæ puritatis deponūt. Cùm enim delectatione corporis afficiūtur: quasi quamdam corpulentiam inde contrahunt, quæ priorem earum naturam corrumpit. Et hoc vitiū quantò aliùs eis in corporibus manentibus inhæserit, tantò difficilius ea ab ijs discedentes deserit. Quoniam non tollitur passio, etiam cùm tollitur causa passionis: nisi ab huiusmodi fæculentia se in hac vita mundare studuerint. Nos ergo qui in medio bonorum & malorū positi sumus, considerare sæpe debemus, & gaudium illorum, & futurum supplicium, atque nostram miseriam. Rationalis siquidē est anima nostra, vt sciat discernere inter bonum & malum. Est etiam concupiscibilis, & irascibilis: vt possis amare bonū, & odire malum. De concupiscibilitate nascitur amor, & de amore desiderium. Amor est delectatio cordis ad aliquid, propter aliquid, per desiderium cocrens, atque per gaudium exaquescens. Per desiderium in appetendo, per gaudium in fruendo. Nec aliunde bonum est, si bonum est cor humanum, nisi quò bene amat. quod bonum est: nec aliunde malum est, si malum est, nisi quòd malè amat, quod bonum est. Omne

Angeli, dæmones, & homines liberè à Deo creati.

enim quod est, bonum est: sed in eo tantùm vitium est, quod malè amatur. De irascibilitate oritur odium, ira enim odium generat; & de odio dolor & timor. Cùm enim contra peccata nostra irascimur, & ea odire incipimus, dolemus, quia peccauimus: & pœnas pro peccatis timemus.

Caput XLIV.

Quis passionum animæ vsus ad beatitudinem comparandam.

CReator omnium Deus, inter cetera & super cetera rationalem dignatus est amplius illustrare creaturam; quam & sua similitudine fecit insignem, & suæ beatitudinis voluit esse participem. Cuius tamen rationalis creaturæ licet similis videatur origo, facta est diuersa conditio; dū pars eius in æterna est fœlicitate firmata; pars rudentibus infeti detracta, & in tartarum tradita, in iudicium cruciandæ seruatur: pars etiam tertia terrenis vnita corporibus locum medium sortita cognoscitur. Et prius quidem eadem media summis vicinior, in delicijs erat posita paradisi; nunc iam propinquior infimis, pro reatu inobedientiæ humiliata est in loco afflictionis. Sūmus ergo bonum omnium locus plenam habet lætitiam: infimus solam tristitiam. Ibi enim plena fœlicitas: illic sola & summa miseria. In medio autem summa speranda: sed nihilominus infima sunt timenda. Et ideo nobis iam ampliori timoris causa, quam spei: quò viciniores eisdem infimis, in ipsa deiecti degimus vmbra mortis. Quia tamen illius beatitudinis, & illius nihilominus damnationis æternæ humanam Deus animam pro suorum qualitate meritorum participē fieri, bonum esse cognouit: naturales ei affectus quatuor indidit, vt haberet vnde bona illa optare, & in eis posset quandoque lætari: & tutum vnde mala illa metuere, vel in eis etiā dolore perpetuo contristari. Interim sanè cò grauiorem moderna conditio exhibet tristitiam & molestiam; sed etiam timor habet pœnam: & spes ipsa quæ differtur affligit animam. Prissimus enim patet, & terribilis index, qui vera illa & perpetua gaudia filijs, dolores æquè perpetuos reis in hac paranit, nonnulla tamen etiam nos in præsenti experimenta capere voluit gaudij vel doloris; vnde illa non modò certiùs credi, sed & affectuosiùs quoque optari valeant, & timeri. Ceterum, nec præsentia gaudia in illorum comparatione sunt gaudia; nec tristitia præsens in illius comparatione tristitia. Nec despiet, si quis interim omnem operam dare voluerit, quemadmodum illa potiùs valeat concupiscere gaudia, illos formidare dolores; quàm hui' vitæ vitare molestias, captare lætitiam. Verumtamen inuenire est etiam in præsenti, vnde quis vtiliter gaudeat, vel salubriter contristetur; si lætetur de beneficijs suis, gratias agens Deo, & in deuotione eius exulteti; & propria, seu etiam proximorum delicta deploret. Vnde etiam diuina dispositione, media inter eosdem affectus constituta est ratio in corde hominis; per quam nimirum discernere & diiudicare possit, vnde gaudeat, seu doleat; imò etiā, quod capiat, vel quod timeat. Sanè quintiplicem vim illam animæ esse docent, rationem, irascibilem, & concupiscibilem asserentes; affectus quidem diuersos, sed quadam sibi cognatione iunctos, sub irascibili metum & tristitiam, sub concupiscibili desiderium & lætitiam comprehendisse videntur. Interim igitur inter affectus varios humanæ fluctuās anima, necesse est, vt certam demum vel in imis vel in summis accipiens stationem, in solo deinceps vel gaudio vel dolore consistat. Deus est in summo, mundus in imo. Ille in eodem statu æternitatis suæ semper consistit: iste cursu mutabilitatis suæ semper instabilis fluit. Humanus animus, quasi in quodam medio collocatus quadam conditionis suæ excellentia, & huic mutabilitati, quæ deorsum est, superemineat: & ad illam, quæ est apud Deum, immutabilitatem nondum pertingit. Si verò in his quæ deorsum sunt, se per cupiditatē immerserit, statim per infinitas distractiones rapietur, & à semetipso quodāmodo diuisus dissipabitur: si verò ab hac inhonita distractione, quæ deorsum est, se erexerit: & hæc infima despexerit, atque paulatim in vnum se colligens, secum esse didicerit: tanto amplius in vnum colligetur, quantò magis cogitatione sursum eleuabitur: donec tandem omnino immutabilis sit, & ad illam veram & veiam, quæ est apud Deum, immutabilitatem perueniat: vbi perpetuò sine omni mutabilitatis vicissitudine requiescet.

Anima olim Angelis, nunc dæmonibus vicinior.

Futura bona magis quàm præsentia optanda.

Anima inter summa & infima collocata.

Caput XLV.

De anima creatione, vnitate, libertate, & cum Deo cooperatione.

CRedimus animas non esse ab initio cum Angelis, nec simul creatas, sicut Origenes fingit: neque cum corporibus per rationum seminātur, sicut Luciferianus, & Cyrillus, & aliqui Latinorum præsumptores affirmant. Sed dicimus animæ creationem solum omnium Creatorem nosse; corpus tantùm per coniugij copulam seminari, Dei verò iudicio coagulari in vulua, & compingi atque formari; ac formato iam corpore animam creari & infundi, vt viuat in vtero homo, ex anima constans & corpore; & egrediatur vnus ex vtero, plenus humana substantia. Nec duas esse animas in vno homine dicimus, sicut multi sentiunt: vnam animalem, qua animetur corpus, & quæ immixta sit sanguini: & alteram spiritualem, quæ rationem ministret: sed dicimus vnam eandemque animam esse in homine, quæ & corpus sua sortitate vinificet, & semetipsam sua ratione disponat; habens in se libertatem arbitrij, vt quod vult, eligat. Libertati siquidem arbitrij sui commissus est homo. Postquam verò seductione serpentis per Euam eecidit, naturæ bonum perdidit, pariter & vigorem arbitrij, non tamen electionem; ne non esset suum, quod emendaret peccatum. Manet itaq; ad quærendam salutem arbitrij libertas, id est rationalis voluntas, sed admonente prius Deo, & inspirante ad salutē. Ergo vt acquiescamus salutiferæ inspirationi, nostræ potestatis est; vt adipiscamur, quod adipisci desideramus, diuini est muneris. Vt non labamur adepto salutis munere, solicitudinis nostræ est, & cœlestis pariter adiutorij; vt labamur potestatis nostræ, & ignauiæ. Solum hominem credimus habere animam substantiam, quæ etiam exuta corpore viuit, & sensus suos atque ingenia viuaciter tenet. Neque cum corpore moritur, vt Arabs asserit; atque postmodum interitura est, sicut Zeno dicit, quia substantialiter viuit. Animalium verò animæ non sunt substantiæ; sed cum carne ipsa carnis vinacitate nascuntur, & cum carnis morte finiuntur: & ideo nec ratione reguntur; sicut Plato & Alexander putant; sed ad omnia naturæ incitamenta ducuntur. Anima humana non cum carne mo-

Errores de anima productione.

Vera sententia.

Non moritur anima.

ritur, quia nec cum carne, vt superiùs diximus, seminatur; sed formato in vtero matris corpore, Dei iudicio creari & infundi eam dicimus; vt vivat homo intus in vtero, & sic procedat natiuitate in mundum. Anima à creatore principium habens, ex quo est, perfecta est in genere suo. Vnde ex quo est, scit omnia, quæ ab homine fieri possunt, nisi grauitas carnis esset: quod per primum hominem, qui ante corruptionem humanitatis perfectè habuit scientiam humanam, probati potest: sed mudò corrupta humanitate, ex quo cõjungitur corruptioni corrumpitur, nec proprietates suas potest exercere; donec vsu & experientia, & alicuius doctrina exacuata, incipit discernere. Veluti si quis eum subtili acie oculorum intenebrosa dei tudatur, videre tamen non potest ibi; nisi prius assuescat tenebris, vel lumen accendatur. Vnde Virgilius. *Quantum non noxia corpora tardant.* Et licet aliæ sint actiones corporis, aliæ animę; actiones tamen corporis vitia vel virtutes possunt esse animæ. Cùm enim ad hoc sit data, vt illiemos motus carnis corrigat, ignoratia illius contingunt vel negligentia. Sicut si vel discipulus vel seruus negligẽtia doctoris vel domini peccet, magister vel dominus extra culpam non est: sic anima illis contingentibus, extra culpam non est: cum ista debeat imperare, & illa obedire.

CAPVT XLIV.

De sensibus animæ interioribus, humanaque vita miseria ac infirmitate.

DVab' substantijs constat homo, anima tantum & carne; anima cum ratione sua, & carne cum sensibus suis; quos tamen sensus absque animæ societate non mouet carno; anima verò etiam sine carne rationale suum tenet. Notandum tamen, quod tidẽ ipsi sensus, qui in exteriori homine dicti tribuuntur, simili modo secundum modum suum in interiori homine esse manifestantur: quia spirituales res non corporalibus sensibus, sed spiritualibus tm andæ sunt. Vode diuina voa in Deuteronomio ait. *Videte, quòd ego sum* *Deuter. 32.* *Deus, & non est alius præter me.* Et in Apocalypsi. *Qui habet aures audiendi, audiat, quid spiritus dicat Ecclesijs.* Et in Psalterio. *Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus.* Et Apostolus *Christi bonus odor sumus & in his qui pereunt, & in his* *2. Cor. 2.* *qui salui fiunt.* Et in Evangelio Dominus mulierem fide se tetigisse, magis quàm corpore ostendit, dicens. *Tetigit me aliquis. Nam & ego sensi* *Marc. 5.* *Luc. 8.* *virtutem de me exisse.* Sic ergo cum omni cautela obseruandũ est, quid ad corporis sensus, & quid ad animæ pertineat dignitatem; ne fortè confusus ordo & irrationabilis æstimatio alicubi repugnare videatur veritati. Non est tertius in substantia spiritus hominis, vt Dydimus contendit: sed spiritus ipsa est anima, quæ vel pro spirituali natura, vel eo quòd spiret in homine, spiritus appellatur: anima verò ea eo quòd ad viuendum vel ad viuificandum animet corpus. Tertium verò, qui ab Apostolo cum anima & corpore induitur, spiritum, gratiam Spiritussancti intelligamus: quam orat Apostolus, vt integra perseueret in nobis, nec nostro vitio aut minuatur, aut fugetur à nobis: quia Spiritussanctus effugit fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Iugi ergo meditatione animum nostrum exerceamus, & consideremus miserias & necessitates nostras, labores & dolores. Lugentes enim in hanc vitam intrauimus, cum labore viuimus, cum dolore & timore exacti sumus. Cogitemus ergo, quàm sit brevis vita nostra: quàm vita lubrica quàm mors certa, quàm hora mortis incerta. Cogitemus, quãtis amaritudinibus admixtum sit, si quid dulce aut iocundum in via huius vitæ, occurrit suo nobis alludit: quam fallax & suspectum, quàm instabile & transitorium est, quicquid huius mundi amor parturit: quicquid spes aut pulchritudo temporalis promittit. Consideremus etiam, quæ sit patriæ cœlestis suauitas, atque dulcedo. Attendamus & perpendamus, vnde cecidimus, & vbi iacemus: quid perdidimus, & quid inuenimus: vt ea vtroque intelligamus, quaotùm nobis in hoc exilio lugendum sit. Hinc etenim Sa- *Eccle. 1.* lomoo ait. *Qui apponit scientiam, apponit dolorẽ:* quia quantò magis homo mala sua intelligit, tãtò amplius suspirat & gemit. Meditatio siquidẽ parit scientiam, scientia compunctionem, compunctio deuotionem, deuotio perficit orationẽ. Meditatio est frequens cogitatio, curiosa & sagax obscura inuestigare, & occulta ad notitiam trahere. Scientia est, quando homo ad cognitionem sui assidua meditatione illuminatur. Compunctio est, quando ea consideratione malorum suorum, cor interno dolore tangitur. Deuotio est pius & humilis affectus in Deum: humilis ex conscientia infirmitatis propriæ: pius ex consideratione diuinæ clementiæ. Oratio est mentis deuotio, id est conuersio in Deum, per pium & humilem affectum. Affectus est spontanea quædam, ac dulcis ipsius animi ad Deum inclinatio. *Purus mentis affectus quæ rum valeat.* Nihil enim ita Deum inclinat ad pietatem & misericordiam, quẽadmodum pura mentis affectus. Scientiam cęlestium ac tercitrium rerum laudare, atqua amare solent homines: sed multò meliores sunt, qui huic scientiæ præponunt, nosscere seipsos. Laudabilior siquidẽ est animus, cui nota est miseria sua: quàm qui ea non respecta vias siderum, & naturas rerum scrutatur. Qui verò iam in Deum emigrauit, Spiritus sancti calore excitatus: atque in eius amore eorum se viluit, ad eum intrare volens, nec valens: eoque sibi lucente attendit in se, & inuenit se, suamque ęgritudinem illius mundiciæ contẽperati ooo posse cognoscit: dulce habet flere, eumque precari, vt misereatur, totamque miseriam exuat. Hunc tia egentem ac dolentem scientia non inflat: quia caritas ædificat. Præposuit enim scientiã scientiæ: id est scire seipsum, & infirmitatẽ suam, magis quã scire vires herbarum, & naturas animalium. Et hanc apponendo scientiam, apposuit dolorẽ, scilicet peregriuationis suæ, ax desiderio patriæ suæ, & visionis Dei, quem cernere finis.

Spiritus non differt ab anima.

1. Thessal 5.

Sap. 1.

Vita brevitas cogitanda.

Visio Dei finis nostræ.

EIVSDEM B. ISAAC

EPISTOLA

AD IOANNEM EPISCOPVM PICTAVIENSEM

De Officio missæ.

DOomino & Patri in Christo, Ioanni Dei gratia Pictavorum Episcopo, Frater Isaac Abbas Stellæ, salutem, obsequium, obedientiam. Ecce, quod diu multumque postolando impetrata non potuit vestra humilitas; imperando citò exorsit authoritas. Cogit enim nos, ex occasione collationis (qua vtique pœnitet nos sic leuiter effudisse) stilo alligare; quomodo in sacrum Canonem, dum sacro sancta celebramus, intendimus. Rem quidem difficilem, & fortasse ineaplicabilem. Nihil humano cordi fugacius, nihil curiosius; quare & id tam morosè in vno renere nimis arduum, & in vnum vniformitet sepe intendere; sed hoc ex vitio curiositatis. Vnde consulens infirmitati nostræ gratia diuina, antiqua capitula, totâ sensuum nouitate sæpe perfundit, qui cum subitò effulserint, supra omnem humanum modum mirantur, vbi nunc latitauerint, vnde tam subitò emerserint. Ea ipsa verò admiratione dilatatur cor, sicut scriptum est, & ob ipsam dilatationem adimpletur deuotione, dilectione, delectatione iusta psalmistam. *Dilatasti tuum, & implebo illud.* Nonnumquam vero luce clariùs visa, & super mel & fauum dulciùs gustata nouitas suauitatis, dum per eadem transimus, absconditi, juxta illud. *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te,* id est vt timeant te: ipsa enim abscondito timorem gignit horribilem, horror dolorem, dolor gemitus, suspiria, & internos conquestus inenarrabiles; ita vt nihil minùs lugeamus amisisse nos vetera, quàm gaudeamus inuenisse nous: sicque vtraque vicissitudine, ac si per vtramque molam confracti, comminuti, permoliti, in similaginem sacrificij Dei transimus: ipsamque vtroque genere lacrymarum, id est compunctionis & deuotionis commiscentes, & in clibano cordis contriti & humiliati coquantes, nosmetipsos panes propositionis efficimus; quos primò omnium offeramus. Quomiam ergo, Serenissime Pater, nos nobis ipsis minimè constamus, sed spiritus vbi vult, & quod vult, spirat; & nescimus vnde veniat, aut quò vsdat; & non potest homo à semetipso accipere quidquam, nec pro voto id ab alio, nisi datum fuerit desuper; humiliati postulationis vestræ sapientiùs hocusque silaimus, quàm impetio authoritatis vestræ adhoc loqui possimus. Sed fortasse non quid nobis rotem cœli desuper, aut quomodo nubes pluant, quæritur: sed quomodo aperiatur terra, & germinet Salvatorem: quæstio est, non quomodo prospiciat iustitia de cœlo, sed quomodo oriatur veritas de terra; non quomodo intendat in nos Deus, sed quomodo intendamus in ipsum. Nos itaque, vt simpliciter fateamur, singulis capitellis sigillatim, pro vt gratia nobis datur, intendimus: & dum ea quasi vbera de cœlo plena per labia sorbimus, intentè lactemus: ex ora infantis & lactentis perficientes laudes, quas valemus. Vnde licet ibi plurima & diuersio modo dicantur, & fiant; nos tamen sub titulo actionis fere vniuersa concludimus. Tres enim distinguuntur in sacro Canone principales actiones; quibus quasi tribus deseruiunt altaria, quibus quasi ministeres, & trinus assistit sacrifex, cum quodammodo tribus sacrificijs. Et est fortasse hoc exemplar, quod ostensum est Moysi in monte; iuxta quod vt bene condeteret futurorum, id est tabernaculum in deserto. Vidit in alio, quod faceret in imo; in monte didicit, quod faceret in plano: sursum tandem didicit, quod doceret deorsum; didicit à Deo, quod doceret homines. Iuxta hanc formam & Apostolus loquitur. *Ego,* inquit, *& quod accepi, tradidi vobis.* O bone pater, attende tibi ipsi, quanti hodie tradunt, quod nec à Deo, nec ab Apostolo acceperunt! Traditiones hodierunæ ferè omnes turpiloquio deseruiunt; pœna quæ pro commissio irrogatur; fere omnis pecuniaria est: beneficium quod quasi gratis impendunt, ferè omne & si pretium ante non taxat, obsequium postea spernit. Grauidę sunt hodie gratiæ nostræ, sub prætextu virginis pregnantem nuptui tradimus. Hanc simulationem nec docuit Moyses, nec docuit Paulus. Non est hæc figura de monte, tabernaculum igitur de monte, id est tabernaculum Dei cum hominibus, sic compositum est, vt in atrio altare habeat æneum, vbi animalia sacrificantur: intus autem in tabernaculo aliud auteum, quod dicitur altare incensi: vbi thimiama ponitur, & thus, & cetera, quæ concremata odorem fumum tedoleant; post quod quasi in intimo & supremo positum est propitiatorium, quod non solùm sanctũ, sed sancta sanctorum dicitur. Intra propitiatorium argo & altare aoteũ, velum panditur; quod in passione Christi scissum est, vt pateret propitiatorium, id est corpus Christi: quod etiam sub hoc mysterio nudum erat affixum est. Inter altare aoteum & æneum paries quidem tabernaculi in eremo, & muros dimidit in templo, de quo peccator per pœnitentiam tendens ad iustitiam, sic loquitur. *Et in Deo meo transgrediar murum.* Primum enim altare cor contritum & humiliatum significat: in quo dum quod quasi jumentum vitiamus, & irrationabiles actus per pœnitentiam mactamus, quid nisi animalia diuersorum generum Deo sacrificamus? Talia etenim animalia in conuersione peccatoris, qui per peccatum quidem foris est, & nisi pœnitentiam non intrat ad iustitiam, macerat cordis compunctio, excoriat oris confessio, in frusta concidit dijudicatio; combustio autem condigna afflictio. Æneum quidé est: obscurum videlicet & sonorum, quia collocatur pœnitens in semetipso in obscuris, dum anxiatur in semetipso spiritus eius, & cor conturbatur, & de

Psalm. 80.

Psalm. 30.

In Canone tria altaria.

1. *Cor.* 11.

Psal. 17.

profundis fortiter clamet, opus est, vt audiatur eius vox in excelsis. Sic enim in Deo suo transgredi poterit murum, qui inter culpam & iustitiam diuidit: quoniam sacrificium acceptum Deo spiritus contribulatus, qui cor contritum & humiliatum non despicit; sed in vero altari quod intus & aureum est, cor significat per pœnitentiã purgatum, testimonio bonæ conscientiæ rutilans, & clarum. Similiter quod devotio offert sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta; dum non adhuc sua commissa deplorat; sed jam in diuinis exultat, non iam de commissione criminum gemit, sed de collatione virtutum gratias agit. Tertium verò, quod maius propitiatorium quàm altare dicitur, vbi non Angeli quandoque, & quibusdam, & quicumque appareant: sed semper & alis expansis propitiatorium obumbrantibus, ipsum, & Cherubin, cor significat super nebula phantasmatum, exaltatum; sicut dicitur, *Accedet homo ad cor altum*: cuius conuersatio in cœlis est, non solùm desiderio & spe, sed jugi, quantum homini fas est, contemplatione, quæ retrorsum sunt, siue bona, siue mala, oblitum, in anteriora se semper extendens: sequens ad brauium supernæ vocationis; in quod desiderat & delectatur cum Angelis prospicere. Primum igitur sacrificium pœnitentiæ, quam super cor contritum spiritus rectus offert, id est compunctio: secundum iustitiæ; quam super cor mundum offert spiritus sanctus id est deuotio; tertium verò intelligentiæ, quam super cor altum offert spiritus principalis, id est contemplatio. Compunctio enim peruersos corrigit, deuotio correctos dirigit, contẽplatio autem directos erigit, & cum Angelis conuersari facit. Cor contritum in præteritis malis cruciatur: cor mundum in præsentib⁹ donis delectatur; cor autẽ altum præmia æterna contemplatur. Pœnitentia separat à diabolo, Iustitia coniungit Deo, Intelligentia verò delectatur in ipso. Hæc est compositio tabernaculi Dei, non tam cum hominibus, quam in hominib⁹: cuius imago quomodo in facto Cs nouæ fulgeat, in promptu est: vbi distinctè priùs sacrificium offertur seruitutis, postmodum libertatis, tertio vnitatis. Ad hoc enim per diuina sacramẽta à seruitute diaboli per Filium liberamur, vt ipsi patrifamilias cum filio vniamur. Sic nempe pro seruis Filius loquitur Patri, *Vola pater, vt sicut ago & in vnum sumus, ita & isti sint vnum nobiscũ*, Omnis ergo actio sacramentorum cœlestium huic fini deseruire dignoscitur, vt fine fine vni Deo per Christum vniti, in Christo delectemur. Ideo vnus panis, vnum corpus multi sumus: ideo non multa capita habemus, sed vnum, & eius caput Deus: quatenus multi per vnum, & in vno, vni vniti, vnus cum eo spiritus efficiamur: cum sapientia de sapientia sapientes, cum vita de vita viuentes, cum virtute de virtute potentes, cũ charitate de charitate feruentes, cum iustitia recti, & cũ lætitia de lætitia semper læti. Sed propriè de extrema actione hoc gestiens præhibuit nimiùm anida deuotio. Cunctis igitur rite dispositis, quæ ad primam actionem pertinent; præmissis quibusdam orationibus seu postulationibus eum incenso aretum, id est suffragiis Apostolorum, ac Martyrum; accedit visibilis sacerdos, & adhuc quasi qui natus est de carne caro, ad offerendas visibiles hostias, & de terra terrenas; & hoc super altare visibile & materiale, materiali oleo visibiliter consecratum. Et hæc omnia quasi adhuc foris agentur, dum quæ fiunt, & quomodo fiũt foris conspiciuntur: vnde & ad seruum, qui nõ manet in domo in æternũ, pertinere nosse putatur. Quamobrem & seruitutis oblatio dicũtur, sicut dicitur, *Hanc oblationem seruitutis nostræ*, & oblationẽ seruitutis panem & vinum rectè nominat; nam cùm homo de terra sumptus per naturam, super terram Dominus constitueretur per gratiam ab auctore naturæ, & datore gratiæ; recedens per culpam infra terram damnat⁹ est per iustitiam. Vnde cui terra famularetur gratis fertilis ad suauitatem, nunc moltis & mitis obsequijs deliuita, laboribus & sudoribus plurimùm miseria ac miserandis exulta, vix largitur ad necessitatem: sicut scriptum est *In sudore vultus tui vesceris pane tuo* Quoniam ergo in victualibus, sine quibus vita animalis non transigitur, principalia sunt panis & vinum; aptè per ea virtus vitæ animalis dum offeruntur, offertur. Præcipua quippe illius portio suus, & totum figurant. Itaque quid amplius potest seruus, qui reconciliari appetit Domino suo, quàm de penuria sua totũ victum suum offerre; & sic totam vitam suam mactare? Sic igitur in prima actione, dum in pane & vino totum victum suum offert, totũ quod animaliter viuit, occidit; vitam enim occidit, qui victum ei subtrahit. Hinc est, quod sapientur dicitur. *Ad mensam magnam sedisti, diligenter attende, quod apponitur tibi: fige cultrum in gutture tuo, scias quoniam talia oportet te præparare.* Mensa magna est altaris Domini; ille nobis apponitur ibi ad refectionem, qui corpus & animam suam posuit pro nobis ad redemptionem. Attendendum est, quod talia oportet etiam illi præparare, id est pro illo nostrum simul & similiter corpus & animam ponere. Sic enim per spiritum consilij ipsi sibi respondit propheta. *Quid retribuam Domine, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris*, &c. Formam verò attende, qua subtiliter & eleganter expressit dicens, *Fige cultrum in gutture tuo*. Culirum quippe abstinentiæ & inediæ quasi in gutture figimus, dum qui totum victum nostrum Deo obtulimus, de eo postmodum parcè & timidè quasi de altari Dei ad necessitatem sumimus. Nam qui altari deseruiunt, ordinauit Dominus de altari viuere. Alioquin si post oblationem talem iterum delitiosè & luxuriosè, quasi de nostro absumimus, totum quod offerimus, auferimus; & de rapina jam peiùs viuimus. Nam sic iam non Domino, sed nobis viuim⁹ & morimur: & siue sic viuimus, siue sic morimur, jam non Domini, sed nostri, imò nec nostri, sed diaboli sumus. Ideo vir bone & prudens, diligenter attende, nostrum esse altare, de quo non licet edere ijs, qui tabernaculo corporis sui deseruiunt: sed sicut corpus polluitur voluptate, ita anima vanitate, & spiritus ambitione fœdatur. Ista sunt nimirum capita draconis, quem dedit Dominus escam populis Ethiopum: iste calix dæmoniorum, quem simul bibere cum calice Domini non conuenit. Nulla enim conuentio Christi ad Belial. Numquid si mundus es corpore, statim mundus spiritu? Imo mundus corpore, mundior sit anima, & spiritu mundissimus; quatenus castitate, puritate, humilitate totus mundus, non indigeat, nisi vt pedes lauet. Ecce, in quid intendimus, dum primam oblationem offerimus: ecce quid esse contendimus, dum ista intendimus, ista cogitamus, dum ista tractamus foris verbo & lingua, intus quantum

Tertium altare, imò propitiatorium.

Psalm 63.

Verba Canonis.

Genes. 3.

Vita nostra offertur per panis & vini oblationẽ.

Prou. 23.

Psalm. 115.

Ioan. 17.

possumus opere & veritate. Verumtamen altioris opus est consilij. Totum quod potest in hac actione servus facit, sed in toto non satisfacit, non potest amplius aliquid, sed hoc totum non sufficit: occidere se potest, sed non vivificare potest; itaque oratione se erigit, & ad eum qui omnia potest se convertit, dicens, *Quam oblationem tu Deus, in omnibus, benedictam ascriptam, ratam acceptabilemque facere digneris: ut corpus & sanguis nobis fiat.* Ac si dicat, Domine, fecit quod potui: supple, quod non potui, & in fide nihil hesitans accedit ad actionem secundam dicens. *Qui pridie quam pateretur*, &c. & ad verba illa potétia & efficientia, sicut scriptum est. *Dabit voci suæ vetem virtutis:* dicit enim & facit: verbum & virtus; *Hoc est corpus meum* Fit igitur super omnem rationem humanam, divina virtute, humana solicitudine, de vetere cibo veteris hominis, novus cibus hominis novo Habens ergo novus sacerdos non iam vetus Melchisedech, neque natus caro de carne, non de sudore suo, neque de terra, cui misereè & multiplicatè serviit; sed novus IESVS natus de spiritu spiritus, de donis ac dans divinis, de cœlo cœlestem hostiam carnis & sanguinis offert, dicens, non ut priùs timidè, neque hostiam servaturis, sed cum exultatione & lætitia, *Præclara majestati tuæ; hostiã puram*, & purificantem, *sanctam*, & sanctificantem, *immaculatam*, & immaculatos efficientem: id est, *Panem sanctum*, nec temporalis, nec animalis, sed spiritualis, *& æterna vita & calicem*, q i in perpetuũ satiare & saluare potest; & ideo, *salutis perpetuæ.* Amplius autem, quia caro & sanguis non prodest quicquam, secundum verbum, quia spiritus & vita sunt, altius adhuc aliquid expetit, cui donec per corpus in cœlo Deo vniatur, & per humanitatem divinitati coniungatur, nihil sufficit, quippe qui sealam sibi ereait, ascendere vtique satagit. Vnde & per hanc oblationem accingit se ad orationẽ dicens *Supra quæ propitie*, &c. & quasi per gradus ipsius scalæ ascendens, commemorat munus Abel pueri, sacrificium Abrahæ, oblationem Melchisedech sacerdotis, qui elegantẽ speciem expressit in pane & vino; sicut Abrahã veritatem in filio, & Abel innocentiæ munus in agno. Hac itaque oratione fretus, cum fiducia accedit ad actionem tertiam. Sed quoniam ad illud summum sublime altare in conspectu divinæ maiestatis, vbi summus & perpetuus sacerdos assistit vultui patris, nondũ vt vult, valet ascendere: nam & hoc dum se visibilis sacerdos infra visibile altare inclinat, & surgens osculatur, significat: rogat per manus Angeli, invisibilis videlicet sui ministri, eò sacrificium suum perferri, & corpori Christi in cœlo vniri: quæcunq; sicut per ipsum quod hoc inspicit, panis & vini de primo altari sumimus, & in veritate carnis & sanguinis de secundo vltra velum in cœlo benedictione olim semini Abrahæ promissa, & gratia Mariæ allata, virtuti sacramenti ipsius communicet, id est summo capiti per spiritũ vnitur. Caput enim Christi Deus. Ecce Pater Serenissime quomodo sicut in præfatione commonetur, sursum corda. sursum verba, sursum opera. Prima namq, oblatio separat à mundo, secunda coniungit Christo, tertia vnit Deo. Prima mortificat, secunda vivificat, tertia Deificat. In prima actione passio, in secunda resurrectio, in tertia glorificatio. Vnde & dicitur, *Memores beatæ passionis, nec non & ab inferis resurrectionis* &c. prim° quasi foris in actio vitã animalẽ, secundus intus & in templo sensum rationalem, tertius vltra velum & in cœlo iam ipsam fidem. Sicut enim super animalem sensum ratio, & super rationem fides: ita super fidem visio. Quod enim videt quis quid speret? Sic carnalis fit spiritalis, & spiritualis cœlestis. aut divin°: seruus fit liber, & regnat cum patre filius, intimi eius amicus, & heres, O sacerdos Christi, insiste dum assistis, ista dum facis, fias veri seruus tui p'è, memor, qui vestrę paterę in omni oratione & sacrificio reminiscimur.

Verba Canonis.

Verba Canonis.

SED eece dum delectabar nos ista vobis scribere, tum pro materia, tum pro persona; ne Epistolarem modũ excederemus, proeranus vester Hugo de Caluiniaco: qui subito impetu in nostros irruens, de conuersis aliquos propria manu diu durè verberauit; de familia quosdã... iniuriam... personam absentem contumelijs, & minas multas & inhonestas. De bubus octo rapuit, & vt putamus, iam vendidit: & adhuc manus eius extenta. Super recta iam loquitur, quòd in me de omnibus Anglis vlciscetur. Vtinam aut Anglus non fuissem: aut vbi exulo, Anglos nunquã vidissem.

BEATI SERLONIS

SAVIGNIACENSIS QVONDAM ABBATIS

OPERA,

COENOBIVM SAVIGNIACENSE *anno Domini* 1112. *eo ipso tempore, quo Sanctissimus Pater Bernardus Cistercium cum triginta sociis petiit. à B. Vitale primo eius Abbate ad Cistercienſium normam fundatum, & exiguo temporis internallo aliis triginta Monaſteriis auctum, & Caput Ordinis effectum, quartum Abbatem habuit B Serlonem: qui in Capitulo Generali anni* 1148 *praſente Eugenio Papa* 3. *ipſum Savigniacenſe Cœnobium, vniverſamq; eius ſobolem Ordini ſi ſi Ciſtercienſi tradidit, & S Bernardo, ac Monaſterio Claravallenſi ſubmiſit. Abdicare officium ab illo tempore optauit, ſed non permiſit S. Bernardus: quo tamen defuncto, Claramuallem, relicto Savigniaco, migrauit: vbi B. Robertum S Bernardi ſucceſſorem in multis iuuit, præſertim in prædicatione nonnere: vt ex libro ſepulchrorum Claravallis Manrig. tom 2 Annalium Ciſtercienſ. & alij tradunt. Eius Opera ſunt ſermones aliquot, & quadam eius dicta, ſeu ſententia: quæ in codice manuſcripto Viſſecampi, quo vſus ſum, cenſuiè poſita, ac ſermonibus ex parte permixta, hic ſeparatim exhibentur.*

SERMONES BEATI SERLONIS.

SERMO PRIMVS

In feſto Pentecoſtes.

SPIRITVS *Domini replevit orbem terrarum.* Cùm de Spiritu ſancto ſermo habeodus ſit; præparanda ſunt corda noſtra, vt eum quaſi fontem vitæ ſuſcipere mereamur: & alijs moribus & verbis tanię ſuavitatis humorem effundamus Sic enim caritas Dei ad inuicem diffunderetur in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Ipſe eſt communis bonitas Patris & Filij Vnde hoc nomen proprium ei ceſſit, quod eſt commune Patris & Filij; dicitur namque Pater ſpiritus, Filius ſpiritus, Pater ſanctus, Filius ſanctus. Eſt itaque Spiritus ſanctus amborum cõmunis benignitas: in qua benignitate nos etiam communt. Ipſe eſt fluminis impetus qui letificat ciuitatem Dei: de quo dicitur. *Qui ſitit, veniat &*
Ioan. 7. *bibat*, &c. *Hec autem*, vt teſtatur Evangeliſta, *dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Hunc Spiritum ſancto ſociatus humanus ſpiritus fulget vt ſol, dicente Apoſtolo. *Qui adhæret,*
1. Cor. 6. *Deo: vnus ſpiritus eſt.* Ab eo verò recedens per ſuperbiam, vel per inobedientiam, in ſeipſo deformis, quaſi tenebræ abſque lumine, inuenitur. Quales autem diſcipulos inuenerit, & quales eos replendo effecerit, in actibus Apoſtolorũ manifeſtiſſimè inuenitur. Legitur namque *Cùm*
Actor. 2. *eſſent diſcipuli in vnum congregati*, propter metum Iudæorum, *factus eſt repente de cœlo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritus vehementis, & replevit totam domum.* Vnde ab eius calore ſuccenſi, & eloquẽtes effecti, cum fiducia teſtimonium perhibebant IESV-CHRISTI. Erant in Ieruſalem habitantes viri Religioſi. Hi audientes vnuſquiſque linguam ſuam, in qua nati erant, tanto motu miraculo credidetunt vno die tria millia: & alio die quinque millia. Sicut legitur
1. Cor. 14. in Apoſtolo, *Lingua in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus.* Scriptum eſt & de principe Apoſtolorum, quòd ad vocem ancillæ oſtiariæ priùs Dominum negavit. Poſtea accepto Spiritu ſancto ibat ipſe & alij diſcipuli gaudentes à conſpectu Concilij: quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. *Actor. 5.* Cùm ſit vnus ſpiritus, tamen ſecũdùm diuerſitatem humanorum cordium diuerſa operatur. Data eſt ſiquidem lex in monte Sinai filius Iſraël, quinquageſimo die *Exod. 20.* poſt immolationem agni: ſed data eſt in tertæmotu, & fulgure, & tempeſtate: & ſcripta in tabulis lapideis digito Dei, ideſt Spiritu ſancto. In quo & duritia eorum ſignificata eſt: & quòd illi qui amore accendi non poterant, ſaltem terrore comprimendi erant. Accepta verò forma IESV CHRISTI, & eius doctrina, idem Spiritus ſanctus in monte Sion corda diſcipulorum non terruit, ſed amore repleuit, quinquageſimo die à Reſurrectione IESV CHRISTI, videndum eſt cariſſimi quantum differat inter timorem, & amorem. Timor enim primùm non potèrat eos cohibere, vt à malo deſiſterent, à furto, à murmurationibus. Amor verò adeò accendit, vt non ſolùm bona facerent: verumetiam pro amore boni libèret mala ſuſtinerent. Loquente etenim *Act. 10.* Petro cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, &c. Quo repleti res ſuas vendebant, & ad pedes Apoſtolorum pretia ponebant: nec quiſquam eorum aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia: de quibus ſcriptum eſt. *Multitudi-* *Actor. 4.*
nis credentium erat cor vnum, & anima vna Sic carnalis homo efficitur ſpiritualis: carnalis non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei Spiritualis omnia judicat: ipſe autẽ a nemine judicatur. A nemine dico, à nullo homine: habet enim ſuper ſe regulam rectè metientem, à qua ſubſiſtens modificatur: quam contemplans illuminatur, cui inhærens iocundatur. Etenim in æternitate Dei viget, in veritate Dei lucet, in bonitate Dei gaudet. Nec prætereundum, quod Dominus in Evangelio ait. *Expedit vobis, vt ego vadam. St Ioan. 16.*

tors voluntate, & ex tota memoria. Nam sicut ex Patre generatur Filius, & ex Patre Filioque procedit Spiritus sanctus: ita ex intellectu generator voluntas, & item ex his ambobus procedit memoria: sicut facilè à sapiente quolibet potest intelligi. Nec enim anima perfecta potest esse sine his tribus: nec horum trium aliquod sine aliis duobus integrum constat, quia non ad suam pertinet beatitudinem. Et sicut Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus, non tamen tres dij, sed unus Deus, & tres personæ: ita anima intellectus, anima voluntas, anima memoria, non tamen animæ tres in uno corpore, sed anima una & tres vires: atque in his tribus divinam imaginem gerit mirabiliter intima natura nostri interior homo. Et ex his quasi excellentioribus animæ viribus iubemur diligere Conditorem: vt in quantum intelligitur, diligatur, & quantum diligitur, semper in memoria habeatur. Nec solùm sufficit de eo intellectus, nisi fiat in amore, eius voluntas. Imò nec hæc duo sufficiunt, nisi memoria addatur, per quam semper in mente intelligentis & diligentis maneat Deus: & sicut nullum potest esse momentum, quo homo non utatur, aut fruatur Dei bonitate, & misericordia: ita nullum sit momentum, quo præsentem non habeat eum in memoria. Et ideo mihi iustè videtur dictum, interiorem hominem, imaginem esse Dei.

In intellectu, voluntate, & memoria S. Trinitatis imago est.

CAPVT XXXIII.

Similitudo Dei in interiori homine in quo consistat.

NVnc verò de similitudine aliqua dicamus. Nam sicut Deus creator, qui hominem ad imaginem suam creauit, est caritas, bonus, ac iustus, patiens & mitis, misericors, & cetera sanctarum virtutum insignia habet, quæ de eo leguntur: ita homo creatus, vt caritatem haberet, vt bonus esset ac iustus, patiens atque mitis, misereri & misereri. Quas virtutes quàto plus quisque in seipso habet, tanto propior est Deo, ac maiorem sui conditoris gerit similitudinem. Si verò, quod absit, aliquis per deuia vitiorum, ac diuerticula malorum, ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degener oberrat: tunc fiet de eo, quod scriptum est. *Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Et quis hominum maior potest esse honor, quàm vt ad similitudinem sui factoris conderetur, ac eisdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus Conditor: de quo legitur, *Dominus regnauit, decorem indutus est:* id est omnium virtutum splendore, & totius bonitatis decore ornatus est? Vel quod maius homini potest esse dedecus, vel infelicior miseria: quàm vt hac similitudine, hoc est gloria sui conditoris amissa, ad informem ac irrationalem brutorum iumentorum similitudinem dilabatur? Quapropter diligentiùs attendat primæ conditionis suæ excellentiam, ac venerandam sanctæ Trinitatis in seipso imaginem agnoscat: honoremque diuinæ similitudinis, ad quam creatus est, nobilitate morum, exercitatione virtutum, dignitate meritorum, habere conetur: vt quando apparebit, qualis sit, tunc similis ei appareat, qui eum mirabiliter ad similitudinem suam in primo homine condidit; mirabiliorique secundo, id est in seipso, reformauit.

Psalm. 48. Homo honori à Deo impertatione collatus.

Psalm. 92.

CAPVT XXXIV.

Animæ cum Deo similitudo ac felicitas ex amore Dei, tum in præsenti vita, tum in futura.

MAgna conuenientia est inter Deum & animam. Deus namque vita est, spiritus est, sapientia, & amor. Vita Deus: vita anima est, similis, sed dispar. Similis quidem, quòd vita, quòd seipsa viuens, quòd non tantum viuens, sed & vificans; sicut & Deus hæc omnia est: dispar, quo-niam ille creator est: ista creatura. Nisi enim creata ab illo, non esset: & nisi ab ipso vificata, non viueret. Viuit anima naturali vita, etiamsi spirituali vita non viuat: sed talis vita mors est potiùs, quàm vita; quoniam mors peccatorum pessima. Anima quidem, quæ secundum carnem vivit, viuens mortua est: & ideo bonum erat illi non viuere, quàm sic viuere. Vita anima est, viuens quidem, sed non aliunde, quàm seipsa; & ob hoc non tam viuens, quam vita est. Iudex est, quòd infusa corpori, vificat illud: vt sit corpus de vitæ præsentia non vita, sed viuens. Creata est anima, vita à vita, simplex à simplici, immortalis ab immortali: vt non sit longè à Creatore suo, cui apptopiare videtur simplicitate essentiæ, & perpetuitate vitæ. Licet enim spiritualiter non viuat, immortaliter tamen viuat, necesse est Creata est anima magna à magno, recta à recto: cò magna, quò capax æternorum; cò recta, quo appetens supernorum; cò beata, quòd Deo vnita. Anima namque, quam Dei pietas respicit, humilitas subiicit, pœnitentia reducit, iustitia deducit, obedientia conducit, perseuerantia perducit, deuotio introducit, puritas jungit, caritas vnit, habet in se amorem, quo semper potest stare cum Deo, aut recte, si mota cum suis affectibus, imò defectibus, ab eo fuerit. Solus est amor ex omnibus animæ sensibus atque affectibus, in quo potest anima, etsi non ex æquo, suo respondere auctori, vel de simili motuam vicem rependere. Etsi minùs amat, quoniam minor est, tamen si ex tota se diligit, nihil deest, vbi totum est. Renuntians ergo cunctis affectionibus aliis anima tota soli inhærebat amori; effluodeos se totam in amorem illius, cui respondere habet in redibendo amore. Amat siquidem Deus, vt ametur; & cùm amat, non aliud vult, quam amari; scientia ipso amore beatos, qui sic amauerint. Per amorem venit ad homines, venit in homines, factus est homo, & deliciæ illius esse cum filijs hominum. Nostræ verò deliciæ erunt, cùm ad eum venerimus, & videbimus eum sicuti est, atque similes ei erimus. Tunc erit manifesta visio, plena cognitio, vera dilectio, firma coniunctio, sociatas indiuidua, similitudo perfecta, & vita beata in æternum & vltra, in perpetuas æternitates. Sicut enim corpus in resurrectione sua vitam & sensum recipiet: sic anima in resurrectione vitam & sensum recipiet, id est cognitionem & amorem Dei. Quòd cognitio sit vita, ipsa veritas affirmat dicens. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti IESVM Christum.* Amor quoque sensus est. Nam sicut exteriori homo circa temporalia quinque petita sensus afficiunt, id est visu, auditu, &c. sic interior homo in beata vita, circa quinque ineffabilia Dei ineffabili amore afficietur. Cùm enim Deum suum amabit, quamdam lucem, quamdam vocem, quemdam odorem, quemdam cibum, & quemdam amplexum interiorem amabit. Ibi enim fulget, quod non capit locus; ibi sonat, quod non rapit tempus; ibi olet, quod non spargit flatus; ibi sapit, quod non minuit edacitas; ibi hæret, quod non diuellit sanctas. Ibi siquidem Deus videtur sine intermissione, cognoscitur sine errore, amatur sine offensione, laudatur sine fatigatione.

Anima viuens est, ac ipsa viuens.

Amore solo ex affectibus anima respondet Creatori.

Ioann. 17.

CAPVT VVVV.

Anima ciuitati, in tribus potentijs, seu sensibus, intellectuali, rationali, animali pulchrè comparatur.

NObilia creatura est anima. Ciuitas namq; est Dei, de qua tã gloriosa dicta sunt, quòd ad imaginem & similitudinem Dei facta est. Hæc ciuitas meritò Ierusalem appellanda est: quia ad fruendum visione illius summæ pacis, quæ facis vtraque vnum, creata est. Mens eius paradisus est, in qua dum cœlestia meditatur, quasi in paradiso voluptatis delectatur. Domus enim summi Patrisfamilias est anima, propter vnitatem morum: sponsa Christi per dilectionem; templũ Spiritus sancti per sanctificationem: ciuitas Regis æterni propter concordiam ciuium. Et quia nulla est ciuitas absque populo, dispositus in ea Cunditor noster populum triplicis grad°: id est sapientes ad consulendum, milites ad propugnãdum, artifices ad ministrandum. Cives huius ciuitatis sunt naturales & ingeniti animæ vigores, samquam indigenę: quorum distincti sunt grad° quia alij superiores, alij inferiores, alij medij. Superiores quidem sunt intellectuales sensus, medij rationales, infimi animales; quorum hæc differentia est. Animalis, sine sensualis appetit visibilia: rationalis discernit, & discretionis oculo aspernatur, intellectualis perstrahit ad diuina. Intellectuales ergo sensus suos tanquam animæ cõsiliarij. dicentes ei. *Deum time, & mandata eius observa, hoc est enim omnis homo.* Rationales sũt sanquam milites, qui hostes, puta concupiscentias impugnant per atma iustitiæ. Animales sine sensuales sensus, sunt sanquam rustici & artifices, qui corporalibus rudimentis insistunt, & corposi necessaria ministrant. Hanc triplicem vim animæ, philosophi partes vocauerunt, non integrales, sed virtuales; quia potentiæ eius sunt. Sensualitas ea vis animæ est, quæ corpus vegetat: & per corporis sensus ista exteriora sentit & discernit. Omnes enim sensus, tam exteriores quàm interiores, ad animam referuntur vt pote ab illa procedentes. Vt enim sentiant, omnes ab anima habent. Ratio est vis animæ supra corporalia, & infra spiritualia collocata. Secernit enim vera à falsis, quod est Logicæ: virtutes à vitijs, quod est Ethicæ: & per experimenta, rerum naturas inuestigat, quod est Physicæ. Et in his tribus disciplinis tota Philosophia consistit. Totam ergo philosophiam ratio comprehendis. Intellectus sine intelligentia ea vis animæ est, qua de diuinis, quantum homini possibile est, cognoscitur. Ad cœlestia enim arcana penetranda ratio per se non sufficit; nisi à Deo adiuta fuerit. Tunc finis eius si bene viget; cùm ad notitiam secretorum, quæ diu inuestigando quæsiuit, peruenerit, intellectus sine intelligentia nuncupatur. Boëtius tamen dicit intelligentiam solius Dei esse, vel admodum paucorum hominum: sed bonum alterũ pso altero sæpe punitur. Memoria etiam consors & coopetatrix est rationis: quoniam sine ea ratio nec ad incognita procedere, nec cognitorum scientiam retinere potest. Memoria est vis animæ, accepta retinens, præterita repetens, elapsa recolligens. Humanus appetitus inter ima & summa positus, cùm plerumque in vtraque diuisus sibi metipsi sit contrarius, in quamcumque partem totus transierit, nomen eius meritò sortitus. Si carnis voluptatibus pascitur, carnalis sive animalis nominatur: si spiritualibus desideriis delectatur, spiritualis nuncupatur. Appetitus siquidé est naturalis vis in animante, monendis amicè sensibus attributa.

Eccle. 12.

Partes virtuales animæ.

In 3 Logica, Ethica, & Physica consistit Philosophia.

CAPVT VVVVI.

Virium seu facultatum animæ definitio.

QUoniam de viribus animæ sæpe mentionẽ feci, diffinire eas debeo; quatenus quæ de anima dicta, vel dicenda sunt, euidentiùs intelligi possint. Sensualitas, sensus, imaginatio, tam corporis quam animæ dici possunt. Sensualitas est potentia sensus quædam vis ignea: sensualitas animę est inferior vis eius, quæ secum trahens sensualitatem carnis velut famulam & obedientem, sensus & imaginationes facit, easque in asca memoriæ reponit. Instrumentum est sensualitatis, & origo imaginationis. Ipsa namque vis ignea, quæ extrinsecùs formata, sensus dicitur, eadem forma vsque ad intimum traducta, imaginatio vocatur. Sensus itaque parit imaginationem, imaginatio cogitationem, cogitatio meditationem, meditatio acuit ingenium, ingenium sationem, ratio conducit ad intellectum, intellectus ad intelligentiam; intelligentia per cõtemplationem veritatem ipsam admiratur, & per caritatem in ea delectatur. Sensus est passio animæ in corpore, ex qualitatibus extra accidentibus. Imagination est vis animæ, quæ figuram corporearum rerum in absentia corporum, sine exteriori sensu sc̃ repræsentat. Cogitatio est circa quælibet animi occupatio. Considetatio est intensa cogitatio. Meditatio est frequens cogitatio, modum, & causam, & rationem vnuscuiusque rei inuestigans. Ingenium est via quædam naturaliter animis insita, per se valens. Ratio est quædam vis animæ, qua omnia discernit & indicat; sed maximè cùm inhiat spiritualibus, & imaginẽ Dei in se conservat. Intellectus est rerũ verè existentium perceptio. Intelligentia est de solis rerum principiis; id est Deo, Idæis, hyle: & de incorporeis puta cęstaque cognitio. Contemplatio est perspicuæ veritatis incunda admiratio. Caritas est concordia mentium, & societas electorum: vita beatarum animarum & Angelorum; quia nec animæ, nec Angeli; nisi pes caritatem viuunt.

Sensualitas quædam vis ignea.

Charitas repræsentat Trinitatem.

CAPVT XXXVII.

In qua sui parte anima Dei imaginem & similitudinem debeat repræsentare.

ANima rationalis & intellectualis facta est ad imaginem & similitudinem Dei; vt factorem suum per imaginem cognoscat, & per similitudinem diligat. Ex imagine namque Dei habet rationem, & ex similitudine caritatem. Caritas verò in seipsa repræsentat Trinitatem. Hanc ratio sentit, & perditam requirit. Hanc caritas inuenit, & videndo beata quiescit. Hanc in præsenti fides sequitor; & spes in cœlum vsque comitatur: caritas perennitas ãplexatur. Mens itaque spiritualis, seu intelligentia rationalis, primò creatorem suum aspiciat, inde creaturam ipsius videat, & mediante arbitrij libertate, ad eum qui condidit omnia, & se eum iis, se referat. Sic in homine Trinitas appareat, quam caritas manifestat; vt caritatem semper homo exhibeat, semperque aspiciat is, quem Trinitatis imago perornat. Sic homo eius seruabit similitudinẽ, cuius in se naturaliter portat imaginem. Appareat ergo imago Dei in intelligẽtia rationali, in mente spirituali, in honore liberi arbitrij. Appareat Dei similitudo in moribus pro natura: in operibus pro

Spiraculum vitæ anima est.

tę animantur. Spiraculum vitæ humanam animā intelliga: quam non producit terra, vel aqua, sed Deus inspirat: quo sensus corporei animantur. Vnde homo factus in animam viuentem memoratur. In his & in aliis omnipotens agit, prout instituit: quem nullius adiuuant bona, nec impediunt mala. Bonos quidem pronchit sua gratia, malos tenet sua iustitia. Nos quidem sermi dū Domini bonis abnimur, rei & miseri pariter inuenimur: ipse vero Dominus, qui seruorū malis bona vtitur, sanctus & omnipotens adoratur. Ipse corpori terreno de peccati traduce propagato, pro institutione sua inspirat animam: bene vtens inulita præuaricatione nostra; quæ si esset naturalis, peccatori non poterat imputari. Sed Creator præparat omni tempore sacramenta, & obedientiæ pia proponit edicta: vt contra peccatum sacramenta sint in remedium, & temporalium obseruatio mandatorum, æternorū asserat præmia donorum. Vnde si aliqui sub peccato obeunt parauli, absque remedio salutari, per tumescit iustitiam Dei iqui nihil debet alicui, sed damnat in singulis malum, quod non fecit in eis. Si autem parulos tenonat sacramentis, admitare misericordiam Dei in eis; qui sicor nesciunt culpam, cum qua ex carne oaseuotut; sic nesciunt gratiam, qua per Christum tenaseuntur. Nō excusat parnulos à culpa, quod eam non norunt: non excludit gratiam ab eis, qui eam nesciunt. Quæris in eis culpam? inuenis ex carne traductā. Quæris in eis gratiam? inuenis à Deo collatam.

Peccatum originale.

Illa debitè damnatur, hæc indebitè prætegatur. Illa iudicium prædicat: hæc misericordiam repræsentat. In vtroque Deus agnoscitur, cui misericordia & iudicium laude perpetua canitatur. Sed ab his intuendis meos nostra, mea infirma, atque peccatis obruta, citiùs ad seipsam redeat; sibique remedium quærat, vt qui in Adam cecidit, in Christo resurgat.

CAPVT XLI.

De anima Immortalitate, & Deo vita eius, vt & ipsa corporis.

PLura vereres de natura Animæ dixisse inueniuntur: sed nihil ita, vt non aliquid testata videatur. Ego autem ex eorum dictis quantò diligentiùs potui, breue istud & cartum colligere, atque in vnum redigere studui, quod memoriæ commendetur. Hebes namque est memoria hominis, & brenitate gaudet; & si in multo diuiditur, fit minor in singulis. Ea corpore & anima constat homo: & quicquid oculis corporis videtur, propter corpus factum est, corpus propter animam, anima propter Deum. Vita corporis anima est, vita animæ Deus. Immortalis est anima, quia carne caret; nec habet quo cadat, vt resurrectione egeat post ruinam, nisi peccato ceciderit. Et ideo in morte vita nostra non perit, sed corpus destituit, dum discedens anima vim suam non perdit; sed quod viuificauerat, hoc dimittit; & quantum in se est, mortem alterius facit ipsa, non recipit. Facit inquam, quia viuificando quod deserit; non amittendo quod viuit. Ita mors hominis nihil aliud est, quàm carnis occasus; à qua cùm vis potentiæ viuificantis abscessit; in terrem, de qua sumpta est, redit, amissis sensibus, quos non per seipsam habeat. Anima nō

Anima mortem facit recedendo.

aliter, quàm sol lucem diei, vitam tribuit carni, eum venerit; mortem effecit, eum recedit. Mors tamen nō consumit nuda sed diuidit; dum origini suæ vtrumque reddit. Et ne quis puter animam corporis morte consumi, audiat quid Dominus in Euangelio dicat. *Nolite, inquit eos timere, qui corpus occidunt, animam autem nō possunt occidere.* Fatigatur corpus cognationibus mentis, afficitur in corpore meus dolotibus corporis. *Matth. 10.*

CAPVT XLII.

Anima vt inuisibilis sola debet sensibilia videre

CORpus ex quatuor elementis constat. Anima nec elementū est, nec ex elementis: sed de nihilo est facta, & soli creatori suo cognita. Ex his ergo omnibus, quæ in se, hoc est in corpore suo visibilia videt, nihil se esse, vel posse esse, videt. Secernat ergo, & diuidat sapere se, ab eo toto quod visibile videt in se; & inuisibilem omnimo se esse videat, in eo quod videt sa, & tamē videri se non posse, videt. Deinde eleuet se super se, & in eo quod primum ipsa & principale speculum est speculandi Dei, illiusque imaginis & similitudiot proximum, & coguatum magis factum, toinuisibilem Deum aspiciat. Hoc autem est ipsa ratio, & mens rstione viens; quæ ad primam Dei similitudinem facta est, vt per seinuenire possit eum, à quo facta est, & in eius amore atque contemplatione dulciter requiescere. Ea namque perfectiùs suum auctorem manifestant, quæ illius similitudini vicinius appropinquant. Hoc autē est ipsa rationalis creatura, quæ & excellenter & propriè ad illius similitudioem facta est: & tanto citiùs Creatorem suum, quam non vider, agnoscit & diligit cùm suad illius similitudinem factam intelligit.

Anima ex nihilo creatur.

CAPVT XLIII.

Animà Deo ad beatitudinem creata.

DEus omnipotens, cuius beatitudo nec augeri potest, quia perfecta est; nec minui, quia æterna est; sola caritate, nulla sui necessitate, rationales spiritus creauit: vt eos suæ beatitudinis participes faceret. Alios verò in sua puritate in cœlo confirmauit: alios autem propter superbiā in inferoum præcipitauit: atque alios ad probādam humilitatem & obedientiam, in terrena habitatione terrenis corporibus sociauit, vt ad vitæ sensuoi luteam matariam vegetarent. Habent nāque in natura sua quamdam mutabilitatem, secundùm quā corporibus viuificandis appropinquant: in qua quidem nonoibil suæ puritatis daponōr. Cùm enim delectatione corporis afficiūtur: quasi quamdam corpulentiam inde contrahunt, quæ puriotem earum naturam corrumpit. Et hoc vitiū quantò altiùs eis in corporibus manentibus inhæserit, tanto difficilius ea ab ijs discedentes deserit. Quoniam non tollitur passio, etiam cùm tollitur causa passionis: nisi ab huiusmodi fæculentia se in hac vita mundare studuerint. Nos ergo qui in medio bonorum & malorū positi sumus, considerare sæpe debemus, & gaudium illorum, & istorum supplicium, atque nostram miseriam. Rationalis siquidē est anima nostra, vt sciat discernere inter bonum & malum. Est etiam concupiscibilis, & irascibilis: vt possis amare bonū, & odire malum. De concupiscibilitate nascitur amor, & desiderium. Amor est delectatio cordis ad aliquid, propter aliquid. per desiderium cocrens, atque per gaudium requiescens. Per desiderium in appetendo, per gaudium in fruendo. Nec alicude bonum est, si bonum est cor humanum, nisi quò bene amat, quod bonum est: nec alicude malum est, si malum est, nisi quòd male amat, quod bonum est. Quare

Angeli, demones, & homines liberè à Deo creati.

enim quod est, bonum est: sed in eo tantùm vitium est, quod malè amatur. De irascibilitate oritur odium, ira enim odium generat; & de odio dolor & timor. Cùm enim contra peccata nostra irascimur, & ea odire incipimus, dolemus, quia peccauimus: & pœnas pro peccatis timemus.

CAPVT XLIV.

Quis passionum animæ vsus ad beatitudinem comparandam.

CReator omnium Deus, inter cetera & super cetera rationalem dignatus est amplius illustrare creaturam; quam & sua similitudine fecit insignem, & suæ beatitudinis voluit esse participem. Cuius tamen rationalis creaturæ licet similis videatur origo, facta est diuersa conditio; dū pars eius in æterna est fœlicitate firmata; pars rudentibus inferni detracta, & in tartarum tradita, in iudicium cruciandā seruarit: pars etiam tertia terrenis vnita corporibus locum medium sortita cognoscitur. Et prius quidem eadem media summis vicinior, in delicijs erat posita paradisi; nunc iam propinquior infimis, pro reatu inobedientiæ humiliata est in loco afflictionis. Sūmus ergo horum omnium locus plenam habet lætitiam: infimus solam tristitiam. Ibi enim plena fœlicitas: illic sola & summa miseria. In medio autem summa speranda: sed nihilominus infima sunt timenda. Et ideo nobis ista ampliori timoris causa, quam spei: quò viciniores eisdem infimis, in ipsa deiecti degimus vmbra mortis. Quia tamen illius beatitudinis, & illius nihilominus damnationis æternæ humanam Deus animam pro suorum qualitate meritorum participē fieri, bonum esse cognouit: omnibus ei affectus quotquot indidit, vt haberet vnde bona illa optare, & in eis posset quandoque lætari: & rursum vnde mala illa meuere, vel in eis etiā dolore perpetuo contristari. Interim sanè eò grauiorem modernæ conditio exhibet tristitiam & molestiam; sed etiam timor habet pœnam: & spes ipsa quæ differtur affligit animam. Piissimus enim pater, & terribilis iudex, qui veram illa & perpetua gaudia filijs, dolores æquè perpetuos reis in hac parauit, nonnulla tamen etiam nos in præsenti experimenta capere voluit gaudij vel doloris; vnde illa non modò certiùs credi, sed & affectuosiùs quoque optari valeamus, & timeri. Cetetum, nec præsentia gaudia in illorum comparatione sunt gaudia; nec tristitia præsens in illius comparatione tristitia. Nec desipiet, si quis interim omnem optatam dare voluerit, quemadmodum illa potiùs valeat concupiscere gaudia, illos formidare dolores, quàm hui' vitæ vitare molestias, captare lætitiam. Verumtamen inuenire est etiam in præsenti, vnde quis velit gaudeat, vel salubriter contristetur; si lætetur de beneficijs suis, gratias agens Deo, & in deuotione eius exultet; & propria, seu etiam proximorum delicta deploret. Vnde etiam diuina dispositione, media inter eosdem affectus constituta est ratio in corde hominis; per quam nimirum discernere & diiudicare possit, vnde gaudeat, seu doleat; imò etiā, quod cupiat, vel quod timeat. Sanè qui tripliceem vim illam animæ esse docuerunt, rationem, irascibilem, & concupiscibilem asserentes; affectus quidem diuersos, sed quadam sibi cognatione iunctos, sub irascibili metum & tristitiam, sub concupiscibili desiderium & lætitiam comprehendisse videntur. Interim igitur inter affectus varios humanæ sanctuās animæ, necesse est, vt certam demum vel in imis vel in summis accipiens stationem, in solo deiecto vel gaudio vel dolore consistat. Deus est in summo, mundus in imo. Ille in eodem statu æternitatis suæ semper consistit: iste cursu mutabilitatis suæ semper instabilis fluit. Humanus animus, quasi in quodam medio collocatus quadam conditionis suæ excellentia, & huic mutabilitati, quæ deorsum est, superemineat: & ad illam, quæ est apud Deum, immutabilitatem nondum pertingit. Si verò in his quæ deorsum sunt, se per cupiditatē immerserit, statim per infinitas distractiones rapietur, & à semetipso quodāmodo diuisus dissipabitur: si verò ab hac infinita distractione, quæ deorsum est, se eripuerit: & hæc infima deserens, atque paulatim in vnum se colligens, secum esse didicerit: tamè ampliùs in vnum colligetur, quantò magis cogitatione sursum eleuabitur: donec tandem omnino immutabilis sit, & ad illam veram & vnicam, quæ est apud Deum, immutabilitatem perueniat: vbi perpetuò sine omni mutabilitatis vicissitudine requiescet.

Anima olim Angelis, nunc dæmonibus vicinior.

Futura bona magis quàm præsentia optanda.

Anima inter summa & infima collocata.

CAPVT. XLV.

De animæ creatione, vnitate, libertate, & cum Deo cooperatione.

CRedimus animas non esse ab initio cum Angelis, nec simul creatas, sicut Origenes fingit: neque cum corporibus per coitum seminātur, sicut Luciferianus, & Cyrillus, & aliqui Latinorum præsumptores affirmant. Sed dicimus animæ creationem solum omnium Creatorem nosse; corpus tantùm per coniugij copulam seminari, Dei verò iudicio coagulari in vulua, & compingi atque formari; ac formato iam corpore animam creari & infundi, vt viuat in vtero homo, ex anima constans & corpore; & egrediatur viuus ex vtero, plenus humana substantia. Nec duas esse animas in vno homine dicimus, sicut multi scribunt: vnam animalem, qua animetur corpus, & quæ immixta sit sanguini: & alteram spiritualem, quæ rationem ministret: sed dicimus vnam eandemque animam esse in homine, quæ & corpus sua societate viuificet, & semetipsam sua ratione disponat; habens in se libertatem arbitrij, vt quod vult, eligat. Libertati siquidem arbitrij sui commissus est homo. Postquam verò seductione serpentis per Euam cecidit, naturæ bonum perdidit, pariter & vigorem arbitrij, non tamen electionem; ne non esset vnum, quod emendaret peccatum. Manet itaq; ad quærendam salutem arbitrij libertas, id est rationalis voluntas, sed admonente prius Deo, & inspirante ad salutē. Ergo vt acquiescamus salutiferæ inspirationi, nostræ potestatis est; vt adipiscamur, quod adipisci desideramus, diuini est muneris. Vt non labamur adepto salutis munere, solicitudinis nostræ est, & cœlestis patitur adiutorij; vt labamur potestatis nostræ, & ignauiæ. Solum hominem credimus habere animam substantiam, quæ etiam exuta corpore viuit, & sensus suos atque ingenia viuacitet tenet. Neque cum corpore moritur, vt Arabs asserit; neque postmodum interitura est, sicut Zeno dicit, quia substantialiter viuit. Animalium verò animæ non sunt substantiuæ; sed cum carne ipsa carnis viuacitate nascuntur, & cum carnis morte finiuntur & ideo nec ratione reguntur; sicut Plato & Alexander putant; sed ad omnia naturæ incitamenta ducuntur. Animæ humanæ non cum carne mo-

Errores de animæ productione.

Vera sententia.

Non moritur anima.

ritur, quis nec cum carne, vt superiùs diximus, seminatur; sed formato in vtero matris corpore, Dei iudicio creati & infundi eam dicimus; vt vivat homo iotus in vtero, & sic procedat natiuitate in mundum. Anima à creatore principium habens, ex quo est, perfecta est in genere suo. Vnde ex quo est, sciret omnia, quæ ab homine fieri possunt, nisi grauitas carnis esset: quod per primum hominem, qui ante corruptionem humanitatis perfectè habuit scientiam humanam, probati potest: sed modò corrupta humanitate, ex quo cõjungitur corruptioni corrumpitur, nec proprietates suas potest exercere; donec vsu & experientia, & alicuius doctrina exerata, incipit discernere. Velut si quis cum subtili acie oculorum in tenebrosa detrudatur, videre tamen non potest ibi, nisi priùs assuescat tenebris, vel lumen accendatur. Vnde Virgilius. *Quantum non noxia corpora tardant* Etsicet aliæ sint actiones corporis, aliæ animæ; actiones tamen corporis virtu vel virtutes possunt esse animæ. Cùm enim ad hoc sit data, vt illicitos motus carnis coërcat, ignorantia illius continguot vel negligentia. Sicut si vel discipulus vel seruus negligentia doctoris vel domini peccet, magister vel dominus extra culpam non est: sic anima illis contingentibus, extra culpam non est: cum ista debeat impetare, & illa obedire.

CAPVT XLIV.

De sensibus animæ interioribus, humanaque vita miseria ac infirmitate.

DVab⁹ substantijs constat homo, anima tantum & carne; anima cum ratione suâ, & carne cum sensibus suis; quus tamen sensus absque animæ societate non mouet cato; anima verò etiam sine carne rationale suum tenet. Norandum tamen, quod itidẽ ipsi sensus, qui in exteriori homine describuntur, similr modo secundum modum suum in interiori homine esse manifestantur: quia spirituales res non corporalibus sensibus, sed spiritualibus rimandæ sunt. Vnde diuina vox in Deuteronomio ait. *Videte, quòd ego sum* Deuter. 32. *Deus, & non est alius præter me.* Et in Apocalypsi. *Qui habet aurem audiendi, audiat, quid spiritus dicat Ecclesijs.* Apoc. 2. Et in Psalterio. *Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus.* Et Apostolus *Christi bonus odor sumus; & in his qui pereunt, & in his* 2. Cor. 2. *qui salui fiunt.* Et in Euangelio Dominus mulierem fide se tetigisse, magis quàm corpore ostendit, dicens. *Tetigit me aliquis Nam & ego sensi* Marc. 5. Luc. 8. *virtutem de me exisse.* Sic ergo cum omni cautela obseruandũ est, quid ad corporis sensus, & quid ad animæ pertineat dignitatem; ne fortè confusus ordo & irrationabilis æstimatio alienbi repugnare videatur veritati. Non est tertius in substantia spiritus hominis, vt Dydimus contendit: sed spiritus ipsa est anima, quæ vel pro spirituali natura, vel eo quòd spiret in homine, spiritus appellatur: anima verò ex eo quòd ad viuendum vel ad viuificandum animet corpus Tertium verò, qui ab Apostolo cum anima & corpore inducitur, spiritum, gratiam Spiritus sancti intelligamus: quam orat Apostolus, vt integra perseueret in nobis, nec nostro vitio aut minuatur, aut fugetur à nobis: quia Spiritus sanctus effugit fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Iugi ergo meditatione animum nostrum exerecamus, & consideremus miserias & occessitates nostras, labores & dolores. Lugentes enim in hanc vitam intrauimus, cum labore viuimus, cum dolore & timore exituri sumus. Cogitemus ergo, quàm sit brevis vita nostra: quàm vita lubrica quàm mors certa, quàm hora mortis incerta. Cogitemus, quãtis amaritudinibus admixtum sit, si quid dulce aut iocundum in via huius vitæ, occurrit suo nobis alludit: quam fallax & suspectum, quàm instabile & transitorium est, quicquid huius mundi amor patuit: quicquid spes aut pulebritudo temporalis promittit. Consideremus etiam, quæ sit patriæ cœlestis suauitas, atque dulcedo. Arrendamus & perpendamus, vnde ecciderimus, & vbi iaceamus: quid perdidimus, & quid inuenimus: vt ex vtroque intelligamus, quantùm nobis in hoc exilio lugendum sit. Hinc etenim Salomon ait. *Qui apponit scientiam, apponit dolorem;* Eccle. 1. quia quantò magis homo mala sua intelligit, tãtò amplius suspirat & gemit. Meditatio liquidẽ parit scientiam, scientia compunctionem, compunctio deuotionem, deuotio perficit orationẽ. Meditatio est frequens cogitatio, curiosa & sagax obscura inuestigare, & occulta ad notitiam trahere. Scientia est, quando homo ad cognitionem sui assidua meditatione illuminatur. Compunctio est, quando ex consideratione malorum suorum, cor interno dolore tangitur. Deuotio est pius & humilis affectus in Deum: humilis ex conscientia infirmitatis propriæ: pius ex consideratione diuinæ clementiæ. Oratio est mentis deuotio, id est conuersio in Deum, per pium & humilem affectum. Affectus est spontanea quædam, ac dulcis ipsius animi ad Deum inclinatio. *Parum mentis affectus quæ rarum valeat.* Nihil enim ita Deum inclinat ad pietatem & misericordiam, quẽ admodum pur⁹ mentis affectus. Scientiam cœlestium ac terrestrium rerum laudare, atqua amare solent homines: sed multò meliores sunt, qui huic scientiæ præponunt, noscere seipsos Laudabilior liquidẽ est animus, cui nota est miseria sua: quàm qui ea non respecta viss fidenum, & naturas rerum scrutatur tui. Qui verò iam in Deum erigitauit, Spiritus sancti calore excitatus: atquerv eius amore coram se viluit, ad eum intrare volens, nec valens: eoque sibi lucente attendit in se, & inuenit se, suamquo ęgritudinem illi⁹ mundiciæ contẽperati non posse cognoscit: dulce habet flere, eomque precari, vt misereatur, totamque miseriam exuat. Hunc ita egentem ac dolentem scientia non inflat: quia caritas ædificat. Præposuit enim scientiæ scientiæ: id est scire seipsum, & infirmitatẽ suam, magis quã scire vires herbarum, & naturas animalium. Et hanc apponendo scientiam, apposuit dolorẽ, scilicet pe- *Visio Dei finis nostræ.* segritudinis suæ, ex desiderio patriæ suæ, & visionis Dei, quem ecroere finis.

Spiritus non differt ab anima.

Vita brevitas cogitanda.

EIVSDEM B. ISAAC

EPISTOLA

AD IOANNEM EPISCOPVM PICTAVIENSEM

De Officio missæ.

DOMINO & Patriin Cbristo, Ioanni Dei gratia Pictavorum Episcopo, Frater Isaac Abbas Stellæ, salutem, obsequium, obadiétiam. Ecce, quod diu multumque postulando impetrare non potuit vestra humilitas; imperando cùò extorsit euthoriras. Cogit enim nor, ex occasione collationis (qoa vtique pœniter nos sic leuiter effudisse) stilo alligare; quomodo in sacrum Canonem, dum sacro-sancta celebramus, intendimus. Rem quidem difficilem, & forrasse inexplicabilem. Nihil humano corde fugacius, nihil curiosius; quare & id tam morosè in vno tenere vimis arduum, & in vnum vniformiter sepe intendere; sed hoc ex vitio curiositatis. Vnde consulens infirmitati nostræ gratia diuina, antiqua capitula, totà sensuum nouitate sæpe perfundit, qui cum subitò effulserint, supra omnem humanum modum miramur, vbi nunc latitanerint, vnde tam subitò emerserint. Ex ipsa veto admiratione dilatatur cor, sicut scriptum est, & ob ipsam dilationem adimpletur deuotione, dilectione, delectatione iuxta psalmistam. *Dilatasti cor meum, & implebo illud.* Nonnumquam veto luce clariùs visa, & super mel & favum dulciùr gustata nouitates suauitatis, dum per eadé transimos, absconditur, juxta illud. *Quàm magna multitudo dulcedinis tua Domine, quam abscondisti timentibus te,* Id est vt timeant te: ipsa enim absconsio timorem gignit horribilem, horror dolorem, dolor gamitus, suspiria, & interuos eonquestus inanatrabiles; ite vt nihil minùs lugeamus amissse nos vetere, quàm gaudeamus inuenisse noua: sicqne vtteque vicissitudine, ec si per vtramque molam confracti, comminuti, permoliti, in similaginem sacrificij Dei transimur: ipsamque vtroque genere lacrymarum, id est conpunctionis & devotionise ommiscentes, & in clibano cordis conteriti & humilieti coquentes, nosmetipsos penes propositionis efficimus; quos primò omnium offeremus. Quoniam ergo, Serenissime Pater, nos nobis ipsis minimè constamus, sed spiritus vbi vult, & quod vult, spiter; & nescimus vnde veniat, aut quò vadat; & non potest homo à semetipso accipere quidquam, nec pro voioid ab alio, nisi datum fuerit desuper; humiliratí postulationis vestræ sapientiùs huncsque silimus, quàm impetio authoritetis vestræ adhuc loqui possumus. Sed forrasse noo quid nobis rorem cœli desuper, aut quomodo nubas pluent, quæritur? sed quomodo aperiatur terra, & germinet Salvatorem? quæstio est, non quomodo prospiciat iustitia de cœlo, sed quomodo oriatur veritas de terra; nou quomodo intendet in nos Deus, sed quomodo intendamus in ipsum. Nos itaque, vt simpliciter fateamur, singulis capitellis sigillatim, pro vt gratia nobis datur, intendimus: & dum ea quasi vbere de cœlo plena per lebia sumimus, intantè lactemos: ex ore infantis & lectantis perficientes laudes, quae valamus. Vnde licet ibi plurima & diverso modo dicantur, & fiant; nos tamen sub trina actiooe ferè vniuersa concludimus. Tres enim distinguuntur in sacro Canone principales actiones; quibus quasi tria deseruiunt altaria, quibus quasi trinus assistit sacrifex, cum quodammodo tribus sacrificijs. Et est fortasse hoc exemplar, quod ostensum est Moysi in monte; iuxta quod vt btã conderet futurorum, id est tabernaculum in deserto. Vidit in alto, quod faceret in imo; in mõte didicit, quod faceret in plano: sursum tandé didicit, quod doceret deorsum; didicit à Deo, quod doceret homines. Iuxta hanc formam & Apostolus loquitur. *Ego*, inquit, *& quod accepi, tradidi vobis.* O bone pater, attende tibi ipsi, quanti hodie traduntur, quod nec à Deo, nec ab Apostolo acceperunt! Traditiones hodiernæ ferè omnes turpi lucro deseruiunt; pœna quæ pro commissio irrogatur; fere omnis pecuniaria est: beneficium quod quasi gratis impenditur, ferè omne & si pretium ante non taxat, obsequium posteesperat. Grauidę sunt hodie gratiæ nostræ, sub prætextu virginis prægnantem nupiarum tedimus Hanc simulationem nec docuit Moyses, nec docuit Paulus. Non est hæc figura de monte, tabernaculum igitur de monte, id est tabernaculum Dei cum hominibus, sic compositum est, vt in atrio altare habeat æneum, vbi animalia sacrificantur: intus autem in tabernaculo aliud enteum, quod dicitur altare incensi, vbi thimiama ponitur, & thus, & cetera, quæ concremate odoriferum fumum redoleant; post quod quasi in intimo & supremo positum est propitiatorium, quod non solùm sanctũ, sed sancta sanctorum dicitur. Inter propitietorium ergo & altare enteũ, velum paodetur; quod in passiooe Christi scissum est, vt pateret propitietorium, id est corp⁹ Christi: quod etiam sub hoc mysterio oodum crux affixum est. Inter altare enteum & æneum paries qoidem tabernaculi in eremo, & murus dinidit in templo; de quo peccator per pœnitentiam tendens ad iustitiam, sic loquitur. *Et in Deo meo transgrediar murum.* Primum enim altare cor contritum & humiliatum significat: in quo dum quod quasi jumentum vitium, & irrationabiles ectus per pœnitentiam mactamus, quid oiſi animalia diuersorum generum Deo sacrificamus? Talia etenim animalia in conversione peccatoris, qui per peccatum quidem foris est, & nisi per cõdignam pœnitentiam non intrat ad justitiam, mactat cordis compunctio, excoriat oris confessio, in frusta concidit dijudicatio; comburit autem condigna afflictio. Æneum quidé est: obscurum videlicet & sonorum, quia collocetur pœnitens in semetipso in obscurir, dum enxiatur in semetipso spiritus eius, & cor cooturbetur, & de

Psalm. 80.

Psalm. 30.

1. Cor. 11.

Psal. 17.

profundis fortiter clamet, opus est, vt audiatur eius vox in excelsis. Sic enim in Deo suo transgredi poterit murum, qui inter culpam & iustitiam diuidit: quoniam sacrificium acceptum Deo spiritus contribulatus, quem eor cõtritum & humiliatum non despicit; sed in vero altari quod totus & auteum est, eor significat per pœnitentiã purgatum, restimonio bonæ cunscientiæ rutilans, & clarum. Similiter quod deuotio offert sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta; dum non adhuc sua commissa deplorat; sed jam in diuinis exultat, non iam de cummissione criminum gemit, sed de collatione virtutum gratias agit. Tertium vero, quod melius propitiatorium quàm altare dicitur, vbi non Angeli quandoque, & quibusdam, & quicumque apparent: sed semper & alis expansis propitiatorium obumbrantibus, ipsum, & Cherubin, eor significat super nebula phaotasmarum, exaltatum; sicut dicitur, *Accedet homo ad cor altum*: cuius conuersatio in cœlis est, non solùm desiderio & spe, sed jugi, quantum homini fas est, contemplatione, quæ tetroi sum sunt, siue bona, siue mala, oblitum, in anteriora se semper extendens t sequens ad bravium supernæ vocationis; in quod desiderat & delectatur cum Angelis prospicere. Primum igitur sacrificium pœnitentiæ, quam super cor contritum spiritus rectus offert, id est compunctio: secundum iustitiæ; quam super cor mundum offert spiritus sanctus id est deuotio; tertium verò intelligentiæ, quam super cor altum offert spiritus principalis, id est contemplatio. Compunctio enim peruersos corrigit, deuotio correctos dirigit, contẽplatio autem directos erigit, & cum Angelis conuersari facit. Cor contritum in præteritis malis cruciatur: cor mundum in præsentib⁹ donis delectatur; cor autẽ altum præmia æterna contemplatur. Pœnitentia separat à diabolo, Iustitia coniungit Deo, Intelligentia verò delectatur in ipso. Hæc est compositio tabernaculi Dei, non ram cum hominibus, quam in hominib⁹: cuius imago quomodo in sacro Canone fulgeat, in promptu est: vbi distinctè priùs sacrificium offertur seruitutis, postmodum libertatis, tertio vniratis. Ad hoc enim per diuina sacramẽta à seruitute diaboli per Filium liberamur, vt ipsi patrifamilias cum filio vniamur. Sic nempe pro seruis Filius loquitur Patri. *Volo pater, vt sicut ego & tu vnum sumus, ita & isti sint vnum nobiscũ.* Omnis ergo actio sacramentorum cœlestiũ huic fini deseruire dignoscitur, vt sine fine voi Deo per Christum vniti, in Christo delectemur. Ideo vnus panis, vnum corpus multi sumus: sed non multa capita habemus, sed vnum, & cuius capot Deus: quatenus multi per vnum, & in vno, vel vniri, vnus cum eo spiritus efficiamur: cum sapientia de sapientia sapientes, cum vita de vita vinentes, cum virtute de virtute potentes, cũ charitate de charitate feruentes, cum iustitia recti, & cũ lætitia de lætitia semper læti. Sed propriè da extrema actione hoc gestiens præsumpsit nimiùm auida deuotio. Cunctis igitur rite dispositis, quę ad primam actionem pertinent; præmissis quibusdam orationibus seu postulationibus cum incensu altarium, id est suffragiis Apostolorum, ac Martyrum; accedit visibilis sacerdos, & adhuc quasi qui caros est de carne caro, ad offerandas visibiles hostias, & da terra terrenas; & hoc super altare visibile & materiale, materiali oleo visibiliter consecratum. Et hæc omnia quasi adhuc foris agentur, dum quæ fiunt, & quo modo fiũt foris conspiciuntur: vnde & ad seruum, qui nõ manet in domo in æternũ, pertinere noscuntur. Quamobrom & seruitutis oblatio dicitur, sicut dicitur, *Hanc oblationem seruitutis nostræ*, & oblationẽ seruitutis panem & vinum rectè nominat; nam cùm homo de terra sumptus per naturam, super terram Dominus constituerit ut per gratiam ab auctore naturæ, & datore gratiæ; recedens per culpam infra terram damnat⁹ est pat iustitiam. Vnde coi terra famularetur grata fertilis ad suauitatem, nunc multis & miris obsequiis deluira, laboribus & sudoribus plurimùm miseris ac miserandis exulta, vix largitur ad necessitatem: sicut scriptum est *In sudore vultus tui vescêris pane tuo.* Quoniam ergo in victualibus, sine quibus vita animalis non tuusigitur, principalia sunt panis & vinum; apiè per ea virtus vitæ animalis dum offeruntur, offertur. Præcipua quippe illius portiu suor, & totum figurant. Itaquoquid amplius potest seruus, qui reconciliari appetit Domino suo, quàm de penuria sua totũ victum suum offerre; & sic tutam vitam suam mactare? Sicigitur in prima actione, dum in pane & vino totum victum suum offert, totũ quod animaliter viuit, occidit; vitam enim occidit, qui victum ei subtrahit. Hinc est, quod sapientur dicitur. *Ad mensam magnam sedisti, diligenter attende, quod apponitur tibi: fige cultrum in gutture tuo, scitus quoniam talia oportet te præparare.* Mensa nagoa est altaris Dominij; ille nobis appunitat ibi ad refectionem, qui corpus & animam suam posuit pro nobis ad redemptionem. Attendendum est, quod talia oportet etiam illi præparate, id est pro illo nostrum simul & similiter corpus & animam ponere. Sic enim per spiritum contilij ipsi sibi respondit propheta. *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris*, &c. Formam verb attende, qua subtilitat & elegantier expressit dicens, *Fige cultrum in gutture tuo.* Cultrum quippe abstinentiæ & inediæ quasi in gutture figimus, dum qui totum victum nostrum Deo obtulimus, de eo postmodum parcè & timidè quasi de altari Dei ad necessitatem sumimus. Nam qui altari deseruiunt, ordinauit Dominus de altari viuere. Alioquin si post oblationem talem iterum deliciosè & luxuriosè, quasi de nostro absumimus, totum quod offerimus, auferimus; & de rapina jam pcùs viuimus. Nam sic lam non Domino, sed nobis viuim⁹ & morimur: & siue sic viuimus, siue sic murimur, jam non Domini, sed nostri, imò nec nostri, sed diaboli sumus. Ideo vir bone & prudens, diligenter attende, nostrum esse altare, de quo non licet edere ijt, qui tabernaculo corporis sui deseruiont: sed sicut corpus pullulitur voluptate, ita anima vanitate, & spiritus ambitioue fœdatot. Ista sunt nimirum capita draconis, quem dedit Dominus escam populis Ethiopum: iste calix dæmoniorum, quem simul bibere cum calice Domini non conuenit. Nulla enim conuentio Christi ad Belial. Numquid si mundus es corpore, statim mundus spiritu? Imo mundus corpore, mundior sit anima, & spiritu mundissimus; quatenus castitate, puritate, humiliare totus mundus, non indigeat, nisi vt pedes laver. Ecce, in quid intendimus, dum primam oblationem offerimus: ecce quid esse contendimus, dum ista intendimus, ista cogitamus, dum ista tractamus foris verbo & lingua, totus quantum

Tertium altare, imò propitiatorium.

Psalm 63.

Verba Canonis.

Vita nostra offertur per panis & vini oblationẽ.

Prou. 23.

Psalm. 115.

Ioan. 17.

possumus opere & veritate. Verumtamen altioris operis est consilij. Totum quod potest tu hac actione servus facit, sed in toto non satisfacit, non potest amplius aliquid, sed hoc totum non sufficit: occidere se potest, sed non vivificare potest; itaque oratione se erigit, & ad eum qui omnia potest se convertit, dicens, *Quam oblationem tu Deus, in omnibus, benedictam ascriptam, ratam acceptabilemque facere digneris: ut corpus & sanguis nobis fiat.* Ac si dicat, Domine, fecit quod potuit: supple, quod non potui, & tu fide nihil hesitans accedit ad actionem secundam dicens. *Qui pridie quam pateretur*, &c. & ad verba illa potentia & efficientia, sicut scriptum est, *Dabit voci suæ vocem virtutis*: dicit enim & facit: verbum & virtus; *Hoc est corpus meum*. Fit igitur super omnem rationem humanam, divina virtute, humana solicitudine, de vetere cibo veteris hominis, novus cibus homini novo. Habens ergo novus sacerdos non iam verus Melchisedech, neque natus caro de carne, non de sudore suo, neque de terra, cui miserè & multiplicatè servit, sed unus IESVS natus de spiritu spiritus, de donis ac datis divinis, de cœlo cœlestem hostiam carnis & sanguinis offert, dicens, non ut priùs timidè, neque hostiam servitutis, sed cum exultatione & lætitia, *Præclara majestati tuæ hostiã puram*, & pacificantem, *sanctam*, & sanctificantem, *immaculatam*, & immaculatos efficientem: id est, *Panem sanctum*, nec temporalis, nec animalis, sed spiritualis, *& æterna vita & talem*, qui in perpetuũ sanare & salvare potest; & ideo, *salutis perpetuæ*. Amplius autem, quia caro & sanguis non prodest quicquam, secundum verbum, quia spiritus & vita sunt, altius adhuc aliquid caperit, cui donec per corpus in cœlo Deo vniatur, & per humanitatem divinitati conjungatur, nihil sufficit, quippe qui scalam sibi erecta, ascendere vrique satagit. Vnde & per hanc oblationem accingit se ad orationẽ dicens *Supra quæ propitio*, &c. & quasi per gradus ipsius scalæ ascendens, commemorat munus Abel pueri, sacrificium Abrahæ, oblationem Melchisedech sacerdotis, qui aleganter speciem expressit in pane & vino; sicut Abrahã veritatem in filio, & Abel innocentiæ munus in agno. Hac itaque oratione fretus, cum fiducia accedit ad actionem tertiam. Sed quoniam ad illud

Verba Canonis.

summum sublime altare in conspectu divinæ majestatis, ubi summus & perpetuus sacerdos assistit vultui patris, nondũ ut vult, valet ascendere: quam & hoc dum se visibilis sacerdos infra visibile altare inclinat, & surgens osculatur, significat: rogat per manus Angeli, invisibilis videlicet sui ministri, eò sacrificium suum perferri, & corpori Christi in cœlo vniri: quatenus sicut per ipsum quod hoc inspicit, panis & vini de primo altari sumimus, & in veritate carnis & sanguinis de secundo vltra velum in cœlo benedictione olim semini Abrahæ promissa, & gratia Matræ allata, virtuti sacramenti ipsius communicet, id est summo capiti per spiritũ vniatur. Caput enim Christi Deus. Ecce Pater Serenissime quomodo sicut in præfatione commonetur, sursum corda, sursum verba, sursum opera. Prima namq; oblatio separat à mundo, secunda conjungit Christo, tertia vnit Deo. Prima mortificat, secunda vivificat, tertia Deificat. In prima actione passio, in secunda resurrectio, in tertia glorificatio. Vnde & dicitur, *Memores beatæ passionis, nec non & ab inferis resurrectionis* &c. primo quasi foris in atrio vitã animalẽ, secundus intus & in templo sensum rationalem, tertius vltra velum & in cœlo tam ipsam fidem. Sicut enim super animalem sensum ratio, & super rationem fides: ita super fidem visio. Quod enim videt quis quid speret? Sic carnalis fit spiritalis, & spiritalis cœlestis. aut divinus: servus fit libet, & regnat cum patre filius, imo Ieus amicus, & heres. O sacerdos Christi, insiste dum assistis, ista dum facis, fias veri fetus tui prè, memor, qui vestrę paternæ in omni oratione & sactificio reminiscimur.

Verba Canonis.

Sed ecce dum delectabat nos ista vobis scribere, tum pro materia, tum pro persona; ne Epistolarem modũ excederemus, procurante vestro Hugo de Caluiniaco: qui subito impetu in nostros irruens, de conuentus aliquos propria manu diu dorè verberauit; de familia quosdã... iniuriam... personam absentem contumeliis, & minas multas & inhonestas. De bobus octo rapuit, & vt putamus, iam vendidit: & adhuc manus eius extenta. Super tecta tam loquitur, quòd tu me de omnibus Anglis vlciscetur. Vtinam aut Anglus non fuissem: aut vbi taxolo, Anglos nunquã vidissem.

BEATI SERLONIS

SAVIGNIACENSIS QVONDAM ABBATIS

OPERA,

COENOBIVM SAVIGNIACENSE anno Domini 1112. eo ipso tempore, quo Sanctissimus Pater Bernardus Cistertium cum triginta sociis petiit. à B. Vitale primo eius Abbate ad Cistercienſium normam fundatum, & exiguo temporis internallo aliis triginta Monasteriis auctum, & Caput Ordinis effectum, quartum Abbatem habuit B Strlonem. qui in Capitulo Generali anni 1148 praſente Eugenio Papa 3. ipſum Sanigmacenſe Cœnobium, vniuerſamq; eius ſoboremOrdini ſi Ciſtercienſi tradidit, & S Bernardo, ac Monaſterio Claraualleſi ſubmiſit. Abdicare officium ab illo tempore optauit. ſed non permiſit S. Bernardus: quo tamen defuncto, Claramallem, relicto Sanigmiaco, migrauit: vbi B. Robertum S Bernardi ſucceſſorem in multis iuuit, præſertim in prædicatione tonuere: vt ex libro ſepulchrorum Claraualli Mauriq. tom 2 Annalium Ciſtercienſ. & alij tradunt. Eius Opera ſunt ſermones aliquot, & quædam eius dicta, ſeu ſententia: qua in codice manuſcripto Vrſicampi, quo vſus ſum, confuſè poſita, ac ſermonibus ex parte permixta, hic ſeparatim exhibentur.

SERMONES BEATI SERLONIS,

SERMO PRIMVS

In feſto Pentecoſtes.

SPIRITVS *Domini replevit orbem terrarum.* Cùm de Spiritu ſancto ſermo habendus ſit; præparanda ſuot corda noſtra, vt eum quaſi fontem vitæ ſuſcipere mereamur: & aliis moribus & verbis tanquę ſuavitatis humorem effundamus Sic enim caritas Dei ad inuicem diffundetur in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Ipſe eſt communis bonitas Patris & Filij Vnde hoc nomen proprium ei ceſſit, quod eſt commune Patris & Filij; dicitur namque Pater ſpiritus, Filios ſpiritus, Pater ſanctus, Filius ſanctus. Eſt itaque Spiritus ſanctus amborum cõmunis benignitas: in qua benignitate nos etiam connimur. Ipſe eſt fluminis impetus qui letificat ciuitatem Dei: de quo dicitur. *Qui ſitit, veniat & bibat,* &c. *Hoc autem,* vt teſtatur Evangeliſta, *dixit de ſpiritu, quem acceperi erant credentes in eum.* Huic Spiritui ſancto ſociatus humanus ſpiritus fulget vt ſol, dicente Apoſtolo. *Qui adhæret, Deo: vnus ſpiritus eſt.* Ab eo verò recedens per ſuperbiam, vel per inobedientiam, in ſeipſo deformis, quaſi tenebræ abſque lumine, inuenitor. Quales autem diſcipulos inuenerit, & quales eos replendo effecerit, in actibus Apoſtolorũ manifeſtiſſimè inuenitur. Legitur namque *Cùm eſſent diſcipuli in vnum congregati,* propter metum Iudæorum, *factus eſt repente de cœlo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritus vehementis, & replevit totam domum.* Vnde ab eius calore ſuccenſi, & eloquẽtes efficti, cum fiducia teſtimonium perhibebant IESV-CHRISTI. Erant in Ieruſalem habitatores viri Religioſi. Hi audientes vnuſquiſque linguam ſuam, in qua nati erant, tanto motu miraculo crediderunt vno die tria millia: & alio die quinque millia. Sicut legitur in Apoſtolo, *Lingua in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus.* Scriptum eſt & de principe Apoſtolorum, quòd ad vocem ancillæ oſtiariæ priùs Dominum negavit. Poſtea accepto Spiritu ſancto ibat ipſe & alij diſcipuli gaudentes à conſpectu Concilij: quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati Cùm ſit vnus ſpiritus, tamen ſecũdùm diuerſitatem humanorum cordium diuerſa operatur. Data eſt ſiquidem lex in monte Sinai filiis Iſraël, quinquageſimo die poſt immolationem agni: ſed data eſt in terræmotu, & fulgure, & tempeſtate: & ſcripta in tabulis lapideis digito Dei, id eſt Spiritu ſancto. Inquo & doctrina eorum ſignificata eſt: & quòd illi qui amore accendi non poterant, ſaltem terrore comprimendi erant. Accepta verò fuit ma IESV CHRISTI, & eius doctrina, idem Spiritus ſanctus in monte Sion corda diſcipulorum non terruit, ſed amore repleuit, quinquageſimo die à Reſurrectione IESV CHRISTI, videndum eſt cautiſſimi quantum differat inter timorem, & amorem. Timor enim primùm non poterat eos cohibere, vt à malo deſiſterent, à furto, à murmorationibus. Amor verò adeò accendit, vt non ſolùm bona facerent: verumetiam pro amore boni libẽter mala ſuſtinerent. Loquente etenim Petro cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, &c. Quo repleti res ſuas vendebant, & ad pedes Apoſtolorum pretia ponebant: nec quiſquam eorum aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia: de quibus ſcriptum eſt. *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna* Sic carnalis homo efficitur ſpiritualis: carnalis non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei Spiritualis omnia judicat: ipſe autẽ a nemine judicatur. A nemine dico, à nullo homine: habet enim ſuper ſe regulam rectè mentientem, à qua ſubſiſtens modificatur: quam contemplans illuminatur, cui inhærens iocundatur. Etenim in æternitate Dei viget, in veritate Dei lucet, in bonitate Dei gaudet. Nec prætereundum, quod Dominus in Euangelio ait. *Expedit vobis, vt ego vadam.* *Se Ioan. 16*

Ioan 7.

1. Cor. 6.

Act. 2.

Act. 5.

Exod. 20.

Act. 10.

Act. 4.

1. Cor. 14.

Ioann. 16. *enim non abiero, paraclytus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos.* Ac si dicat. Oportet, vt corporis Iesu præsentiam, quam vobis quasi lac exhibui, subtrahatur: vt sic à corporali præsentia remoti, me spiritualiter intelligere eo omni: & spiritualiter intelligendo, spiritualiter suscipere mereamini. Quod autem Spiritus sanct⁹ quinquagesimo die à Resurrectione datus est, nō vacat à mysterio magni sacramenti. Quinquagesimos namque omnes ex septies septem vocabulo completur. Per primum volentes tempotis, per secundum gratia septiformis designatur. Qui enim in cursu præsentis vitæ secundum Spiritus sancti gratiam dirigit operationem suam: veræ cōsequitur illam vnam æternam felicitatem, in qua erit Deus omnia in omnibus: vbi esse nostrum non habebit mortē, nosse nostrum non incurret errorem, amare nostrum nullam sustinebit affectionem. Inhotus rei figura exules in lege, ni iubileo ad hereditatem reuertebantur, servi manumittebantur: & solvebantur oppressi debito ærs alieni. Hinc Isaias. *Gaudium onagrorum pascua gregum, dulce effundatur super nos spiritus de excelso.* Onagri intelliguntur Philosophi, idest sapientes huius mundi, qui dicebant. *Linguam nostram magnificabimus.* Greges autem eorum discipuli. In sæculari siquidem sapientia, Philosophi gaudebant, & discipuli pascebantur: donec Spiritus sanctus advenēs, sapientiam sæculorem evacuavit: & sapientiam verbi effudit, secundùm illud *Dirupit fontes & torrentes, & siccauit fluvios Ethan*, scilicet robusti, id est diaboli

Mysterium quinquagesimi dies.

Isai. 32.

Psalm. 11.

Psalm. 73.

Sermo 2. in eadem solemnitate.

Luc. 14. VOs autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto. Duo fuot spiritos immobiles, alter in bono, alter in malo; spiritos scilicet Dei, & spiritꝰ diaboli. Spiritus verò hominis mobilis est inter vtrūque: quasi ouis inter lupum & pastorem. Isti duo numquam ex vno latere concurrunt. Si lupos ad dexteram, pastor ad sinistram: & è conuerso. De Iuda namque dicitur. *Diabolus stetit à dextris eius.* Ac si diceret. Quia nullait Deum facere summū bonum suū, habeat potiorem partem suam diabolum. Contrà vox iusti. *A dextris est mihi Dominus, ne commouear.* Potiorem partem meā facio Deum: propterea non timebo commoueri per spiritum malignū. Cauendum verò summopere est spiritui hominoo, ne decept⁹ sub specie boni, pro sancto Spirito malignū recipiat. Multi oāqua sanctum sequontur Spiritum, pfessione, & operatione repellunt. Propterea dicitur in libro Iudicum. *Ierunt ligna silvarum, vt vngerent sibi Regem, & dixerunt oliuæ. Veni, impera nobis.* At illa non acquieuit. Venerūt quoque ad ficum, deinde ad vitem, & repulsa sunt. *Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum. Veni, & impera super nos. Quæ respondit. Si verè me regem vobis constituitis, venite, & sub umbra mea requiescite. Si autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani.* Ligna siluarum intelliguntur negligentes Religiosi: sublimes professione, steriles operatione. Per oliuam intelligitur Spiritus sanctus. Olevm namque facit tria: illuminat, pascit, sanat dolores. Sic Spiritus sanctus illuminat mentem, recreat, & reficit, & sanat vulnera peccatorum. Volunt igitur vani ac steriles habere Spiritū sanctum Regem: sed quia non sunt idonei, audiunt, quod Petrus dixit Simoni mago. *Non est tibi pars in sorte ista.* Vbi attendendum est, cùm idem

Luc. 14.

Psal. 109.

Iudic. 9.

Act. 8.

desideraret Petrus, & Simon magus, quare alter susceptus, alter repulsus est. Spiritus siquidē sanctus facit duo: interiorem vnctionem, & exteriorē gloriam. Interiori vnctione delectabatur Petrus: exteriorem tantùm gloriā diligebat Simon magꝰ. Et quia exinde pecuniam quærebat, per pecuniam habere voluit: vnde audiuit. *Pecunia tua tecum sit in perditionem. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse.* Vnde oliua respondit. *Numquid possum deserere pinguedinem meā,* &c. Quasi dicat. Pinguedo quam profero, spiritualibus, ac fideliter me quærentibus cōpetit: vos autem quia sterile estis, indigni estis suscipere tantam gratiam. Per ficum intelligitur lex. Vnde in Evangelio Dominus ait. *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua:* hoc est Dñs Ietos pabi Iudaicæ dedit legem. Ficus habet grossos malos, & ficos bonos. Vnde dictū est Prophetæ. *Quid tu vides, Ieremia? Ficus ait, bonas, bonas valde: & malas malas valde.* Litera siquidem legis occidit, spiritos autē viuificat. Obstruuntiæ carnales valde malæ sunt: intelligentiæ spirituales valde bonæ sunt. Veniunt itaque ad ficum, vt imperet eis. Sed ait Isaias. *Excæcatum est cor populi huius, ne videat oculis, ne audiat auribus, & corde intelligat, & conuertatur, & sanem eum.* Mala siquidem opera cotū excæcaverunt illos, ne spiritualē intelligentiam valeāt habere, & sic in sancta sanctorum intrare. Per vitē intelligitur Christus, sicut in Evāgelio habemus. *Ego sum vitis vera, & vos palmites:* id est, ego sum caput, vos membra. Veniunt itaque prædicti ad vitem, vt faciant sibi regem. Sed quæ conuentio Christi ad Belial? Ac si Christus dicat. Ego factꝰ sum obediens Patri vsq; ad mortem: vos autem estis Belial, id est absque iugo, & ideo non potestis mihi associari: nō est enim pars iustitiæ cum iniquitate. Repulsi igitur ab his tribos, scilicet à Spiritu sancto, ab intellecto legis sacræ, & à Domino Iesu Christo, veniunt ad rhāmum, per quem Antichristus significatur. Sicut enim rhamnꝰ primùs mollis est in herba, postea dēsos & acutos aculeos profert: sic Antichristus in principio dio blandietur, postea crudeliter persequetur: coluber in via, cerastes in semita. Veniunt itaque ad Antichristum, non tamen volentare, sed compellente prana operatione. Ille inuitat, vt sub vmbra eius requiescāt, id est desiderijs burꝰ mundi appetant, & in operibus carnis requiescant: sin autem, egrediatur ignis de rhamno, hoc est persecutio de Antichristo: quæ deuorabit, nō solùm simplices, sed etiam cedros Libani, hoc est maiores & altiores in Ecclesia. Sic multi currunt, & nō apprehendunt. Quærunt enim bonū bonꝰ & malꝰ: sed mali non inuenient, quia non quærunt, vbi est: boni verò quia ordinatè quærunt, accipere merebuntur. Dicit enim beatus Augustinus, quia quædam gens quærit aurum in cœno, quædam in thesauro. Dicunt ergo isti. Quid quæritis? Respōdeot, aurum. Et isti. Quod vos quæritis, & nos: sed non est ibi, vbi quæritis.

Antichristꝰ rhamnus cōparatur.

Querunt boni & mali.

Sermo 3. in festo Pentecostes.

1. Cor. 2. SPiritualis omnia diiudicat, &c. Hæc est vocatio, quæ docet de omnibus. Spiritus sanctus cùm cordi per gratiam se infundit, sicut in ipso omnis veritas continetur: its per ipsum omnium cognitio administratur: & incipiunt in illo omnia esse, quæ accipit, sicut in illo sunt omnia quæ dedit. Est enim in homine oculus contemplationis, & oculus ratiocinationis, & oculus carnis. Qui videt oculo cōtemplationis,

emplationis, videt Deũ, & ea quæ in Deo sunt. Qui videt oculo rationis, videt animũ, ac ea quæ in animo sunt. Qui videt oculo carnis, videt mundum, ac ea, quæ in mundo sunt. Qui videt superiora, videt & inferiora: sed non connectitur. Duo sunt verum & bonum, ac in eis constat omne bonum. Sicut lumen corporeum per splendorẽ illuminat, per ardorem calefacit: sic summum bonũ mentem ad agnitionem veritatis illuminat, & ad amorem virtutis inflammat. Et hoc est totũ bonum hominis, cognoscere & amare Creatorẽ suum. Hinc Spiritus sanctus in igneis linguis super discipulos apparuit: vt in illo habeamus cognitionem veritatis, & amorẽ virtutis. In lingua verbum, in igne flamma. Verbum ad cognitionem, ignis ad dilectionem pertinet. Venit verbum cum igne, sapientia cũ dilectione: vt illuminaret contra ignorantiã, inflammaret contra concupiscentiam. Ignorantia veri, & concupiscentia mali, mane malum. Hæc dona in vnum congregatis, & ad superiora sublevatis venire potuerunt. Congregatis per consensum, sublevatis per desiderium. Congregatis per dilectionem proximi, sublevatis per dilectionem Dei. Si talia dona percipere volumus, oportet, vt tales inveniamur. Non requiret Spiritus sanctus, nisi humilem & quietum, ac tremente sermones eius. Itaque qui Spiritu Dei capit proficere, à spiritu suo deficiat. Vt autem à spiritu nostro deficiamus: vtile est, vt opera Redẽptoris nostri fideliter ac subtiliter inspiciamus. Quod bene significatum est in Salomone: qui à regnum Austri à finibus terræ venientem docuit, & ea quæ in corde eius erant, exposuit. Illa autẽ sapientiam ipsius videns, & opera, cibos mensæ eius: vestimenta seruorum eius, habitacula eorũ: sacrificia quoque, quæ offerebat Salomon in domo Dñi, non habuit vltra spiritum. Ecce plusquã Salomon hic. Salomon siquidem nostat, ipse est Iesus Christus, Rex ac Salvator noster. Ipse verè pacificus pacificauit nos cum Deo Patre, pacificauit cum Angelis, & nos in nobismetipsis. Pacificauit autem, cõiungendo in eadem persona Deum & hominem: in eadem fide Iudæum & Gentilem. Ipse Rex Ierusalem, hoc est rector fidelium, visioni summæ pacis intendentium. Huius laudes à finibus terræ audiuimus, hoc est à Prophetis, & sanctæ Ecclesiæ Doctoribus: qui finẽ huius mundanæ vitæ annuntiant: & conuenimus videre gloriã iusti. quæ sunt opera Salomonis nostri, quæ sapientia eius? Apostolus dicit. *Quia in sapientia Dei mundus per sapientiam non nouit Deum, placuit Deo per stultitiam predicationis saluos facere credẽtes.* Quia enim non poteramus ad Dei sapientiam ascendere, apparuit in nostra stultitia vt qui Deũ non poteramus videre in sua sapientia, videamus in nostra stultitia. Et hæc sunt magna opera Dñi, exquisita in omnes voluntates eius: cùm ex eius stultitia, quæ sic vocatur ab impetitis, sapientes essi cimur: & ex eius infirmitate roboramur. Ecce opera Salomonis nostri. Venite ergo, & videte opera Dei, terribilis in consiliis super filios hominũ. Verè terribilis. Vnde enim humana cõsilia putauerunt consiliũ eius pervertere & annullare, inde Deminus perduxit consilium suum ad manifestationem maioris gloriæ: quia vnde natus est, inde contemptus est. Vnde contẽptus est, inde occisus est. Vnde occisus est, inde ad resurrectionem pernenit. Vnde sequitur. *Qui conuertit mare in aridã*, id est amaritudinem humanæ instabilitatis ad stabilitatẽ gloriosæ immortalitatis: & sic in flumine pertransibunt pede: scilicet fideles facilè pertransibunt per fluxũ mortalitatis humanæ. Iam enim factum est per virtutem crucis, vt non habeamus timorem mortis. Ibi autem lætabimur, non in nobis, sed in ipso. Post opera Salomonis, videamus cibos mensæ illius. Mensa Salomonis nostri altare sacrum. Cibi, corpori & sanguinis eius sacramentũ. De qua dicitur. *Ad mensam magnam sedisti, diligenter attende, quæ apponuntur tibi, & pone cultrum in gutture tuo: sciens quia talia oportet te preparare.* Pone cultrum in gutture tuo, id est discretionẽ in corde tuo: & diligenter considera, quæ apponũtur tibi: quia quemadmodum posuit Christus animã pro nobis, sic & nos debemus pro fratribus animam ponere. Ad mensam magnam sedemus, cùm ad altare accedimus. Vel mensa sancta scriptura est, ad quam accedimus, cum eã studiose legimus. Diligenter igitur attendenda sunt, quæ nobis apponuntur, vt quæ audiuimus ante, intelligamus corde, & impleamus opere. Propterè huius mensæ ministri sunt sacerdotes, ac pastores sancti. Sacerdotes propter sacrificium: pastores propter verbum. Vestimenta eorum decor, ac formonso: secundũ illud. *Dominus regnauit, decorem induit: induit* Dñs. *fortit. & præc. se in virtute.* Christus quãdo prædicabat, aliis placebat, aliis displicebat: quibus placebat, ad illos induit decorem: quibus displicebat, ad illos fortitudinem. Et nos, vt membra eius esse valeamus, induamur decorẽ ad obedientes: simus fortes contra impugnantes. Apostolus ait. *Bonus odor sumus Deo in omni loco, & in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Aliis odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem.* Quibus erat odor vitæ in vitam, ad illos induit decorem: quibus odor mortis in mortem, ad illos induit fortitudinem. Habitacula autẽ seruorum Salomonis nostri hæc sunt: fides, & iustitia. Fides, vt credamus: iustitia, vt operemur. Deinde inspicienda sũt sacrificia, quæ offert Salomon. Primùm namque & principaliter seipsum pro nobis immolauit, deinde passiones Martyrum, postea confessiones, & opera iustorum omnium. Omnia enim opera nostra, quæ fiũt misericordia, vt libere mutẽ à miseria, possunt sacrificia dici: & omnis homo deuotus Deo, & consecratus, inquisitum mortuus mundo, vt Deo viuat, potest dici sacrificium. Similiter & omnis ciuitas Dei in fide cõgregata, dici potest sacrificiũ. In hac est ipse sacerdos & sacrificium, immolator & hostia. Ipse enim offert, & offertur in ea. Hoc sacrificium quotidie cõpletur: tandem perfectum erit, cùm ipse offeret se, & regnum suum Deo & Patri. Ecce opera Salomonis nostri. Hæc illa videns, non habuit vltra spiritum: & nos talia de Domino nostro cõsiderantes, deficiamus in spiritu nostro, vt abundem' ac proficiamus in Spiritu sancto. Auferte spiritum nostrum Domine, vt in pulverem reuertamur, id est vt pulverem nos esse cognoscamus. Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectam: non spiritus meus malus deduxit me in terrã tenebrosam. Spiritus meus mala præsumptio: spiritus suus benigna dilectio. Spiritus meus superba vanitas: spiritus tuus sincera caritas.

Cur Spiritus sanctus in igne apparuit.

Requiritur Spiritus sanctus humilem & quietum.

3. *Reg.* 10.

Christus noster Salomon.

1. *Cor.* 1.

Psalm. 65.

Sacrificia Salomonis nostri.

Psal 92.

2. *Cor.* 2.

Sermo 4. In eadem solemnitate.

Prou. 23.

CAriſſimi, gratias agamus Deo Patri, qui hodie misit Spiritum Filii sui in corda discipulorum suorum, clamantẽ, Abba pater. Quod nomen, scilicet patet, non invenitur in datione legis. Ibi potiùs dicitur. *Audi Israel. Ego sum Dominus,* *Galat.* 4. *Exod.* 20.

nent tuus: quia seruiui sub timore Domini comprimendi erant. In hoc verò tempora gratiæ per Spiritum sanctum dicimus, *Pater noster, qui es in cælis.* *Matth. 6.*
Isai. 10. De quo Prophata. *Computrescet iugũ à facie olei.* Verè etenim iugum & dæmoniacæ captiuitatis, & legalis seruitutis, in nobis computruit à facia olei, scilicet à præsantia Spiritus sancti: vt iam non seruiamus in vetustate literæ, sed in nouitate spiritꝰ gaudeamus. Vbi enim spiritus Domini, ibi libertas: qua libertate Christꝰ nos liberauit, & de peccatoribus iustos, & de seruis filios fecit. Hoc autem significatũ est in Psalmo, qui legitur à nobis, & ita inscribitur. *Pro his, qui commutabuntur, ipsi* *Titulus*
Dauid, cum succendit Mesopot. Syr. &c, & percussit Idumæam in valle Salinarum duodecim millia. *Psalmi 59.*
Vnde cõmutati clamant, *Deus repulisti nos.* Non est credendum, Dauid Psalmũ hunc de sua victoria constituisse: sed per Dauid & opera eius Iesus Christus & eius opera significantur. Dauid namque manu fortis, vel visu desiderabilis interpretatur. Manu fortis in passione, cùm fortem fortiorem superauit: visu desiderabilis in Resurrectione, & Ascensione, cùm immortalitatẽ ac impassibilitatem sibi donauit, & nobis daturus est: imò, vt familiarius loquar, nobis dedit, & sibi daturus est. Hæc est animi felix cõunctio serui & domini, creaturæ & Creatoris, qua nobiscũ peregrinatur per caritatem in terris: & nos per eamdem caritatem cum eo regnamꝰ in cælis. Porrò commutationes duæ sunt: alia in bonum, alia in malum. In malũ, *Psalm. 48.*
vt legitur de Adam. *Homo cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* In bonum, vt hic. Cõmutantur namque fideles ipsi Dauid, eundem in doctrinã eius. Quando? Cùm scilicet venit peccatores saluos facere cum igne & gladio. Cum igne, vt succenderet, & illuminaret: cum gladio, vt superflua vitiorũ amputaret. De igne, [Ignem veni mittere *Luc. 11.*
in terram.] De gladio, [Non veni pacẽ mittere, *Matth. 10.*
sed gladium.] Hoc igitur igne succendit Mesopotamiam Syriæ, & Syriam Sobal. Mesopotamia supponitur alia vocatio, Syria sublimis, Sobal vana vetustas. Succeedit dein, cùm totum mundũ dato Spiritu sancto ad regnum ecclorum vocauit: Iudæus scilicet de sublimitate superbiæ, Gentiles de vana vetustate idolatriæ: & conuertit Ioab inimicum in fugam, scilicet diabolum, & ad fidem Christianam: & postea quàm dispersi sunt Apostoli, & Apostolici viri ad prædicandum verbum Dei, percussit gladio verbi Edom, id est terrenũ, ve faceret cælestem. Quot percussit? Duodecim millia: vt scilicet fidẽ Trinitatis in quatuor mũdi partibꝰ firmiter teneant. Isti omnes in valla Salinarum, id est saporis percussi sunt, qui non amora mundi, sed amora Dei tribulationes ac torm̃ta sustinuerunt. Hoc modo Ecclesia hodie igne Spiritus sancti succensa, ad fidẽ conuersa est, ac postea in toto mundo Apostolis in orbem missis in eadem fide confirmata est.

Sermo 5. in eadem solemnitate.

Hodierna die, carissimi, Spiritus sanctus supra discipulos apparens, corda eorum cõplenit: & diuersitatem Gentium, quæ per superbiam facta est in diuisione linguarũ, in vnam fidem & vnius dilectionis caritatis associauit: in quo admonemur, vt simus solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Sumus enim vnũ corpus, & vnus spiritus: vna spes vocationis nostræ, vna fides, vnum baptisma, vnum sacramentum, scilicet baptismatis. Ab vnitate enim propagati, ad vnitatem reversuri sumus. Est enim vnitas creatrix, & est vnitas iustificatrix, & vnitas glorificatrix. Vnitas creatrix Pater, Filius, & Spiritus sanctus, sancta Trinitas vnus Deus. Hæc est summa potẽtia, qua corroboratur nostra infirmitas: summa sapientia, qua illuminatur nostra cæcitas: summa benignitas, qua delentur nostra iniquitates. Hæc sunt inuisibilia, quæ per ea quæ facta sũt ab homine conspiciuntur. Potentiam nãque demonstrat multiplicitas ac magnitudo rerum: sapientiam ostendit decor & pulchritudo rerũ: benignitatẽ exhibet fructus & vtilitas earum. Ab his tribus præcedunt omnia, per hæc tria reguntur omnia, in his tribus consistunt omnia. Potentia creat, sapientia gubernat, benignitas cõsummat. Ad hanc creati sumus, vt in ea potentes, sapientes, & beati permaneamus. Ab illa verò repulsi, in nobismetipsis infirmi, cæci, ac maligni inuenti sumus. Necessaria igitur fuit vnitas reparatrix, per quam reducerentur. Vnitas siquidem: quia Verbũ, anima, & caro vnus est Christus. Hæc tres essentiæ, & vna persona. Et ast ista vnitas quasi prædictæ postposita. Ibi siquidẽ tres personæ, vna essentia; hicautẽ tres essentiæ, & vna persona. In hac vnitate Creator noster Saluator factus ast, ideoque nos à peccatis; & Redemptor, redimẽdo à captiuitate antiqui hostis, adiutor in oportunitatibꝰ in tribulatione, ac protector, vt inter aduersa maneamus illæsi: & tandem susceptor, vt peracta obedientia suscipiat nos ad gloriam regni. In hic habemus remedium & exemplum, viam veritatem & vitam, victoriam atque coronam. Hic factus est nobis à Deo Patre sapiẽtia, & iustitia, sanctificatio, & redemptio. Sapientia in fide, iustitia in operatione, sanctificatio in perseuerantia vtriusq; redẽptio, quia primùm redemit nos à seruitute antiqui hostis: tandem liberabit ab omni corruptione mortalitatis. In hac voitate iustum fecit ex spoto Dominos, & liniuit oculos cæci orti: quia coniũctione Dei & hominis in eadem persona illuminauit genus humanum in primo parente exæcatum, vt Deum videret, videndo diligeret, diligendo coleret, videndo ac diligendo frueretur, & fruendo perenniter satiaretur. Ecce statera, in qua appẽsa sunt nostra peccata. Superauit Dei misericordia, & confusa est antiqui hostis malitia Domiꝰ dixit. *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem,* *Ioann. 15.*
sicut dilexi vos. Sic ostendit nobis vnitatẽ, in qua iustificaremur. In hac enim da plenitudine eius nos omnes accepimus, in qua bonum & iucundũ, habitare fratres in vnum. Quomodo bonum & iocundum? Sicut est bonum & iocundum vnguentum, quod descendit de capite in barbã, & de barba in oram vestimenti. Vnguentũ in capite, Spiritus sanctus in Deo homina, quod descendit in barbam, id est in Apostolos, & Apostolicos viros, qui sunt fortitudo Christi. Inde in oram vestimenti, hoc est in primitiua Ecclesia, in qua factus est sonus iste adeo dulcis, vt multi cantent eum, qui nesciunt psalterium. Iste sonus fecit, vt Iudæis ad Apostolos venientibus essent omnia cõmunia, adeò vt esset eis tam cor vnum, & anima *Act. 4.*
vna. Et est aptasimilitudo. Sicut enim ab vno homine effluxit peccatũ in omnes homines, in quo ões peccauerũt, & egent gloria Dei: sic à capite nostro Iesu Christo, Spiritus sanctꝰ descendit in doctores ecclesiæ, & ita per eos in totũ corpꝰ ecclesiæ: quæ dicitur Christi vestimẽtũ, vt tota sancta Ecclesia per primũ peccatum intoxicata, Spiritu sancto purgetur, foueatur, & in vnitate fidei confirmetur.

similiter sicut corpus homiois multa mẽbra habet, omnia autem vno spiritu vegetantur: sic totum corpus Christi, quod est Ecclesia, per Spiritum sanctum viuificator. Hic datur nobis per spiritum sermo sapientiæ, & scientiæ. Sapientia in contemplatione æternorum. scientia in actione temporalium, de quibus in Iob legitur. *Pietas ipsa sapientia: abstinere à malis scientia. Pietas cultus Dei,* scilicet amor, fides, spes, quibus desideramus, & credimus, & speramus eum videre, sicuti est. De huiusmodi loqui, sermo sapientiæ est. Scientia est in actione: Actio autem nostra in euitandis malis, bonisque appetendis versatur. Iohis enim temporalibus, quæ humanis vsibus accommodata sunt: prudenter, fortiter, temperãter, & iustè agentes, bona appetere, mala vitare debemus, & de his loqui sermo scientiæ est. Hæc sapientia & scientia, sunt duo illa magna luminaria, de quibus in Genesi legitur, quod luminare maius fecit Deus. *Vt præesset diei: & luminare minus; vt præesset nocti.* Nam sapientia tanquã sol præest diei, cùm sapientiam loquimur iis qui perfectos: scientia tanquam lumi oare minº præest nocti, cum de agendis in hac vita loquimur paruulis. Secundum hoc dicitur in Psalmo. *Mõtes excelsi cerui: petra refugium erinacyt.* Cerui oãque, id est perfecti, qui in tota huius mundi salsu contemplationis tranquillitant: habent altitudinẽ intelligentiæ in contemplatione spirituali. Erinacij verò, scilicet minores, qui se peccatores cõfitentur, habent petram, fidem scilicet, & exemplum humanitatis Christi: in quibus erudiuntur in dispensatione temporalium. His duobus magnis luminaribus præmissis, cetera dona tanquã stellæ mmurer eoumerantur, cum dicitur. *Alij fides, alij genera linguarum. alij genera curationum.* In hac vnitate debet præstari subiectis prouidentiam, subiecti præstato obedientiam, omnes omnibus exhibitatem fraternam. Hoc est verè bonum & iocundum, habitare fratres in vnũ. Alioqoin qui sine gratia Spiritus sancti in vno sunt, molesti, turbulenti sunt, anarchi sunt, anaietate sua totum bant cetetor, & quærunt, quid de illis dicant. Quomodo in iunctura inquietom iumentum noo solum non trahit, sed & frangit calcibus q ioncti est Qui autem habet rorem Hermoo, qui est super montem Sioo: quietus est, placatus est, humilis, tolerans, pro murmure precem fundeos. Nam murmuratores defectibus scripturæ dicens. *Precordia fatui quasi rota carri, quæ portat fœnum & murmurat.* Ecce vnitas, in qua iustificamur, ea qua ad vnitatem gloriæ transferemur: in qoa erit Deus omoia omnibus, in qua fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Vbi lux lunæ erit sicut lux solis, & lux solis septemplicitet, sicut lux septem dierum: quia Ecclesia cum Christo in eadem claritate associabitur: & lux solis septemplicitet: quia longè & incomparabiliter claritas summæ maiestatis in cognitioue nostra exaltabitur. Vbi mensis ea mense, sabbatum ex sabbato. Mensis ea mense, quia qui hic perfectè ppetantur, ibi perfectè remunerabuntur, nam mensis perfectionem designat, quia in eo perfecit lona cursum suum. Sabbatũ ea sabbato. Quia enim hic requiescunt à prauo opere, ibi gaudebunt in æterna requie. Ita ab vnitate sumus propagati, per vnitatem reparati, in vnitate iustificati, in superna vnitate tandem glorificandi.

Ioann. 16.

Genes. 1.

1. Cor. 12.

Qualiter sint qui sine gratia Spir. Sa. sunt.

Eccli. 31.

Sermo 1. *In festo S. Ioannis Baptistæ.*

Diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur Hic duo consideranda sunt, quomodo regnum cœlorum vim patiatur, & quare à diebus Ioannis Baptistæ. Regnum cœlorum est locus iustorum, quem sæpe filij per negligentiam perdunt, publicani & peccatores per violentiam acquirunt. Vnde Dominus in Evangelio. *Multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob, in regno cœlorum. Filij autem regni ejicientur in tenebras exteriores.* Scriptura dicit. *Homo labaratsibi, & vim facit sua perditioni.* Vim suæ perditioni facere, est delectantibus terrenis resistere: hoc est tapere regnum Dei. Quare autem à tempore Ioannis Baptistæ? Quia aore aduentum Christi quicunque iustus, licet contra tentamenta diaboli, contra desideria mũdi, contra oblectamenta carnis pugnaret, in regnum cœlorum intrare non poterat, nondum tulo sanguine redemptionis nostræ. Quod verò impossibile erat per legem & liberum arbitrium, per gratiam Dei facilè acquiritur. Ioannes enim gratia Dei interpretatur Ioãnes natus est ex sterili matre, & patre muto. Mater eius significat legem, pater verò vetos sacerdotium Mater sterilis erat, quia lex neminem ad perfectionem adducebat. Hæc enim generat Ioannẽ, quia per legem venitur ad gratiam. Siquidem lex data est, vt infirmitas voluntatis ostenderetur. Infirma ostẽfacta est voluntas, vt gratia quæreretur Gratia data est, vt voluntas sanaretur. Voluntas sanata est, vt lex adimpleretur, dicente Apostolo *Quod impossibile erat legi, & in quo infirmabatur per carnẽ* id est per carnales obsecuantias, *Deus mittens filium suum, in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustitia legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum.* Sic Elisabeth sterilis peperit Ioannem, quia lex per gratiam, ad quam nos misit, accepit fœcunditatem. Inde Dominus in Evangelio. *Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem. Ab eo autem regnum Dei euangelizatur.* Sic per legem venitur ad gratiam. Quod significatur in Evangelio cũ dicitur. *Erat autem probatica piscina ioerosolimis, quinque porticus habens In his iacebat multitudo languentium, cæcorum & claudorum & aridorum expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, & mouebat aquam. & sanabatur vnus.* Piscina plebs Iudaica. Hæc cingebatur quinque porticibus, id est quinque libris legis coërcebatur, ne ad voluntatem suam deflueret. In porticibus iacebat multitudo lãguentium cæcorum, aridorum, claudorũ: quia lex ostendebat infirmitatem, nec dabat sanitatẽ. Per Angelum significatur Christi magni consilij Angelus: qui in piscina descendebat, quando assumpta humanitate plebẽ Iudaicam visitauit. Mota est aqua, quia alij dicebant, Bonus est: alij non, sed seducit turbas. Alij impostor est, alij filius Dei est. In hac motione occisus est Christus. Post motionem, id est post Christi passionẽ, quicunque de porticibus, id est de lege, descendit in aquam, id est in gratiam, sanabitur: ita tamen, si seruauerit Ecclesiæ vnitatem. Nunc de patre Ioannis dicamus, qui est vetus Sacerdotium; quod in legalibus obseruantiis erat mutum: sed per eandem gratiã recepit eloquium. Nõ enim in hostiis legalium obseruantiam inquirimus iustificationem gratiæ: sed in hymnis & canticis spiritualibus, scilicet cùm offerimus vitulos labiorũ

Matth. 11.

Matth. 8.

Galat. 4.

Ioan. 5.

nostrorum. Considerandum quoque est, quia in
In Christ⁹ & anno omnes salvandi designantur.
his duobus, scilicet Christo & Ioanne, omne genus salvandorum significatur. Salvandorum namque alij perfecti, alij imperfecti. Imperfecti, qui laborant in luctu pœnitentiæ: perfecti, qui gaudent in plenitudine iustitiæ. Imperfecti tentationibus & tribulationib⁹ afflicti in Ioanne significantur; qui in deserto habitans, & asperis vestibus indutus, ctibisque vilibus vtens, vitam pœnitentium, & in tribulatione laborantium demonstrat. Dominus Iesus cũ hominibus habitans, & in conuiuijs conuescens, & colloquẽs, perfectos designat, cœlesti gaudio exultantes. Hæc duo genera in duobus altaribus legis significata sunt: quorum alterum erat sub dio, alterum in tabernaculo. Altare sub dio quinque cubitis mensuratur, super quod comburebantur carnes, & effundebatur sanguis. Hoc est genus hominum, quod pugnat contra illicitos motus carnis, qui per quinque sensus aguntur: in quo igna diuini amoris cremantur carnalia desideria, & effunditur sanguis peccati. Hoc erat sub dio, non in tabernaculo: quia isti adhuc in terrenis operibus agentes, nondum in cellam vinariam, id est in cognitionem diuinorum secretorũ introducti sunt. Nondum perveneruntad illud. *Vacate & videte, quoniam suavis est Dominus* Potiò altare in
Psalm 33.
tabernaculo, vbi ardebat sacerdos incensum mane & vesperc; significat perfectos, qui tentationibus carnis superatis, à seculi actibus euacuati, hostiam laudis accensam igne caritatis in ara cordis frequenter offerunt in odorem suavissimum Domino. Istud vno cubito mensuratur: quia perfecti in caritatis vnitate firmari, ad vnitatem æternæ felicitatis omni desiderio tendunt. Per hoc verò, quòd illud quinque, istud vno cubito mensuratur, nobis significator, quod major est numerus imperfectorum, quàm perfectorum. Nec prætereundum, quod illud æneum, istud aureum est: quia imperfecti velut æs resonant in confessione peccatorum: perfecti verò ictus tribulationum patienter sine sono murmurationis tolerant, velut aurum quod non resonat ad ict⁹ malleorum. Illi laborant in actione: isti quiescunt in contemplatione. Quia vero Iudæi nec cum Ioanne pœnitentiam, nec cum Christo spiritualem lætitiam agere volebant, exprobrando, loquitur eis Dominus, dicens. *Cui assimilabo generationem istam? Similis est pueris ludentibus in*
Matth. 11.
foro, qui coaqualibus suis dicunt: Cantauimus vobis & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis. Venit enim Ioannes Baptista non manducans neque bibens, & dicunt, dæmonium habet: venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt. Ecce homo vorax, & potator vini, & amicus publicanorum. Per forum intelligitur Synagoga, in quam Propheræ pueri Domini conveniebant, alij annuntiantes luctum pœnitentiæ: vt illud. *Con-*
Ioel. 2.
vertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & planctu: & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Alij gaudium spirituale vitæ: vt, *exultate Deo adjutori nostro, jubilate Deo Iacob.* Iudæi verò nec cum Ioanne pœnitere: nec cum Christo gaudere volebant. Et tamen iustificata est sapientia à filijs suis: id est glorificat⁹ est Deus ab electis suis, sine in labore pœnitentiæ: sine in actu spirituali lætitiæ. Et attende, quòd annum dividũt Ioannes & Christus. In Nativitate Christi dies crescunt, in Ioannis decrescunt: quia ad hoc natus est Christus, vt remittat peccata: quæ non remittuntur, nisi homo peccatorem se confiteatur esse. Peccatorum confessio, hominis est minoratio, idco in Nativitate Ioannis dies decrescunt. Eorumdem remissio augmentum est gloriæ Dei. Crescunt igitur dies in Nativitate *Dies crescũt in Nativit. Christi, decrescunt in Ioannis.*
Christi, quia Dei gloria augmentatur. Decrescunt in Nativitate Ioannis, quia hominis præsumptio humiliatur. Huic rei astipulatur, quòd in passione Christus est exaltatus in cruce: Ioannes minoratus est capite: vt Dei gloria crescat, & hominis superbia minoretur. Superbis enim Deus resistit, humilibus autẽ dat gratiam. Quod bene significauit Salomon, qui postquam ædifi- *3. Reg. 7.*
cavit templum Domini, vasa quæ necessaria erant ad ministerium eius, ferri fundi in argillosa terra, in campestribus Iordanis. Vasa fidelcs sancti ad diversa ministeria Ecclesiæ dispositi, Iordanis interpretatur descensus, & significat humilitatem, argillosa terra caritatem, vasa igitur templi in argillosa terra in campestribus Iordanis fundenda sunt: quia fideles Ecclesiæ prælati & subditi in humilitate, vel cara humilitate fundandi suot. Nisi enim in humilitate & caritate fortmentur, ad ministerium sanctæ Ecclesiæ apti non sunt; hæc vasa, aorea, argentea, & ærea. Aurea doctores sapientiæ: argentea dispensatores eloquentiæ: ærea sonantes in peccatorum confessione.

Sermo 2. De eodem.

Vox clamantis in deserto Per tria manifestatus est Deus mundo, per creaturã, per carnem assumptam, per vocem humanam. Per creaturam; quia invisibilia Dei per ea quæ facta sũt à creatura mũdi conspiciuntur. Per hanc cognitionem ascenderunt Philosophi, id est sapientes *Philosophi verum Deum inuenit.*
huius mundi, vt inuenirent Deum initiũ esse rerum creatarum, lumen cognoscendarum, bonũ agendarum, principiũ naturæ, veritatem doctrinæ, felicitatem vitæ. Sed cùm cognouissent Deũ, *Rom. 1.*
non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerũt in cogitationibus suis: & dicentes se esse sapientes, stulti facti suot: quia sapientiam suam non à Deo, sed à se reputauerunt. Vnde corruerũt primò ad cultũ idolorum, deinde ad turpitudinẽ omnium virtorum. Et quia in hac cognitione non potuit mundus consequi salutem: venit Salvator ad nos per assumptam humanitatem. Ad hanc manifestandam voluit habere & Propbetas, qui longè antè eam prædicerent, & postea noui Testmenti Doctores, qui eãdem per totam mundi latitudinem annuntiando dilatarent. Inter eos beatus Ioannes maximè enituit: qui non solùm Propheta à Dño, sed plusq̃ Propheta dictus est; quia non solùm eum prophetauit, sed digito ostendit. Annuntiauit, *Venit fortior me post me.* Ostendit, *Ecce Agnus* *Ioann. 1.*
Dei, & etiam baptizavit. Itaque in illo Verbum habuit vocem, quod spiritu sancto edoctus Isaias prædixerat dicens. *Vox clamantis in deserto* Quasi dicat. Si vultis scire adventum Verbi, audite Ioannem, qui est vox Verbi clamantis per eundẽ, in deserto Iudææ derelictæ. Quid clamat: *Para-* *Isai. 40.*
te viam Domini, id est fidem & bona opera accipite quibus veniat ad vos Christus. *Rectas facite semitas Dei nostri.* Hoc est, altiora præcepta studete implere: vt eum perfectiùs suscipere mereamini. Rectas, hoc est recta intentione. Gregorius. *Via Domini ad cor dirigitur: cùm sermo ejus* *Greg. hom. 7. in Euang.*
diligẽter auditur. De ipsius meritis ait Dominus.

Inter

Matth. 11. *Inter natas mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* De quo Angelus ad Zachariam. *Ipse præibit ante illum in spiritu & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum.* Quod enim legitur de Elia historialiter, in beato Ioanne, & in multis Sanctorum inuenitur spiritualiter. De Elia scriptum est, *3. Reg. 19.* quia fugiens persecutionem Iezabel, venit in Bersabee Iudæ, & dimisit ibi puerum suum. Ab inde per desertum viam vnius diei, & sedit subter vnam iuniperum, petiitque animæ suæ, vt moreretur, & ait. Sufficit mihi, Domine, tolle animam meam: neque enim melior sum, quàm patres mei: & obdormiuit sub vmbra iuniperi. Cumq; obdormisset, ecce Angelus Dñi tetigit eum, dicens. Surge, sede, comede. Et ecce ad caput eius panis subcinericius, & vas aquæ. Comedit ergo & bibit, & rursum obdormiuit. Et iterum Angelus Domini admonuit eum dicens. Surge comede. Comedit ergo & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius, quadraginta, diebus, & quadraginta, noctibus, vsque ad montem Dei Horeb. Elias, qui interpretatur Deus Dominus, ideſt qui ait, Deus est Dominus meus, significat vitam pœnitentiæ, & mundanam conuersationem fugientium; vt Domini propitiationem impetrare valeant. Fugit iustus Iezabel, quæ interpretatur fluxus sanguinis, vel sterquilinium, cùm mundi oblectamenta & carnis desideria reliquere festinat. Hic venit ad Bersabee Iudæ, quæ interpretatur puteus satietatis, id est ad consilium alicuius spiritualis viri. Ibi & peccata sua confitetur, & consilium vitæ satietatis accipit. Reliquit ibi puerum suum, hoc est puerilia opera, & verba quæ in hoc mundo exercebat. Abijt viam vnius diei per desertum. Hæc via significat separationem à mundo. Sedit sub vmbra iunipeti, quia diutno timore cõpunctus se humiliauit. Petiit animæ suæ, vt moreretur: hoc est mortificationem à mundanis desideriis ad exemplum patrum suorum elegit. Obdormiuit sub vmbra iunipeti. Per iuniperũ, quæ aculeos habet profundibus, timor Dñi significatur. Ceteræ arbores frondes habent. Hæc autem aculeos: quia ceteræ virtutes delectant, timor verò pungit. Habet & haec natorum iuniperus: quod carbo eius diuere coopertus, viuit vsque ad annum; quod timori bene conuenit, qui ignem caritatis & diuinæ sollicitudinis in se perfectè custodit. Qui enim timet Deum nihil negligit. Porrò sub vmbra iuniperi obdormire, est mala mundi compunctione diuini timoris deserere. Hunc Angelus Domini suscitat, quia diuina miseratio huiusmodi vel auctoritate verbi, vel diuina inspiratione non desiuit admonere, qui dicit. Surge à torpore negligentiæ: sede in humilitate, comede bene operando. Inuenit iste ad caput suum, ideſt in mente sua, panem subcinericium: id est mala sua considerans, dignos fructus pœnitentiæ in luctu & tremore peragere satagit. Sed ne asperitas huius panis eũ strangulet, apponendus est potus aquæ, ideſt spes & fiducia spiritualis gratiæ. Sic panis & aqua miscentur, cum in bonis operibus spes & timor associantur. Propterea dictum est in lege. *Deuter 24.* *In loco pignoris non accipias.* id est ne auferas, *superiorem vel inferiorem molam.* Peccata debita dicuntur. Nihil enim aliud est peccatum, nisi auferre Deo, vel proximo, vel sibi, quod ei debetur. Hujus debiti pignus datur, cùm confessio peccatoris suscipitur. Dicitur ergo, in loco pignoris, id est cõfessione peccatoris, ne auferas superiorem vel inferiorem molam, id est spem vel timorem. Superior mola spes, quæ ad superiora trahit: inferior timor, quæ de inferioribus surgit. Animus mulcedinem est, quod inter has duas molas cogitationes suas & opera molit, vel continet. Dicitur ergo præiatus, in confessione peccatoris, nec sis ita durus in correptione, vt spem auferas: nec ita mollis, vt relicto timore securitatem cõfoues. Comedit & bibit, & rursus obdormiuit. Hic non dicitur, quod obdormisset sub vmbra iuniperi; quia peracta pœnitentia, jam non timore, sed virtutum delectatione, mundanæ conuersationis obliuiscitur, secundum illud. *Comedite & bibite; & inebriamini*, & sic erit is carissimus. Comedite bene operando, bibite in bonis operibus delectãdo, inebriamini, vt amore cœlestis vitæ oblitticamini terrenæ cupiditatis. Ad hunc cibum inuitat Angelus secundò commonens. Surge comede: quasi, quæ retro sunt obliuiscens, in anteriora se extendens, sequere ad palmam supernæ vocationis Dei. Hic Deus noster cibus & potus factus est, & facit tria ad similitudinem corporei cibi. Dat enim saporem, confert vires, grauat ventrem. Saporem, cùm dulcis est sermo in audiendo, vires cùm transit in operationem. Grauat ventrem, quia refrænat carnales cõcupiscentiss. Inde est, quod Angelus ait ad beatum Ioannem. *Apoc. 10.* *Accipe librum, & deuora illum, & erit dulcis in ore tuo, & faciet amaricare ventrem tuum.* Accipe & devora, intellige & imple. Erit dulcis in ore tuo, id est in intelligentia & locutione: & faciet amaricare ventrem in operatione. Hoc cibo iustus rõfortatus pergit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: hoc est per prospera & aduersa huius mundanæ conuersationis, vsque ad montem Dei Horeb: hoc est vsque ad contemplationem supernæ maiestatis. Ibi & exaltatur & ab humore totius prauitatis exsiccatur. Horeb enim interpretatur siccitas. Hæc B. Ioanni conueniunt satis apiè. Ipse enim mundana desideria quasi Iezabel fugit, & in deserto asperitatem vitæ iustioens, primò habuit cibum in luctu pœnitentiæ, deinde in perfectione iustitiæ. Ita amicus sponsi factus est sponsum, quia etiam pro eo decollatus est. In cuius decollatione perpendere possumus, quantam pernicium in electis Dei faciat vanalætitia huius sæculi, cùm videamus propter saltationem vnius meretriculæ tantum Prophetam tam viliter occidi.

Duo mala quid sint.

Animus mulcedinum est

Cant. 5.

Historia Elie de Sun Elie moraliter exposita.

Iuniperum timorem Dei designat.

Decollatio S Ioan. quid doceat

Sermo 2. In festa Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.

Matth. 16. VENIT Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & cetera. Cùm Dei cognitionem, ad quam factus erat, homo amisisset inobedientia faciente, nec ad eam nisi per fidem esset reparandus: ipsa veritas Deus Dei filius homo inter homines factus, veritatis fidem mundo exhibuit, vt ad hominẽ Deũ esset via hominis per Deum hominem. Si enim est via inter eum qui tendit, & illud quò tendit, est spes perueniendi. Si autem desit, aut ignoretur via, quid prodest posse quò eundum est, si ignoretur quà eundum est? Hæc est autem via munitissima, aduersus omnes errores, vt ipse credatur Deus & homo: Deus quò itur, homo quà itur. Huius fidei fundamentum, isti duo Petrus & Paulus in mundo demonstrauerunt. Petrus in circumcisione, Paulus in præputio. Qui enim operatus est Petro in apostolatu, Ioanni:

EIVSDEM B. ISAAC

EPISTOLA

AD IOANNEM EPISCOPVM PICTAVIENSEM

De Officio missæ.

DOMINO & Patri in Christo, Ioanni Dei gratia Pictavorum Episcopo, Frater Isaac Abbas Stellæ, salutem, obsequium, obedientiam. Ecce, quod diu multumque postulando impetrare non potuit vestra humilitas; imperando citò extorsit authoritas. Cogit enim nos, ea occasione collationis (qua vtique pœnitet nos sic leuiter effudisse) stilo alligare; quomodo in sacrum Canonem, dum sacro-sancta celebramus, intendimus. Rem quidem difficilem, & fortasse inexplicabilem. Nihil humano cordi fugacius, nihil curiosius; quare & id tam morosè in vno tenere nimis arduum, & in vnum vultum mitem sæpe intendere; sed hoc ex vitio curiositatis. Vnde consulens infirmitati nostræ gratia diuina, antiqua capitula, rotâ sensuum nouitate sæpe perfundit, qui cum subitò effulserint, supra omnem humanum modum mitescunt, vbi nouæ latitauerint, vndetam subitò emeiserint. Ea ipsa vero admiratione dilatatur cor, sicut scriptum est, & ob ipsam dilatationem adimpletur deuotione, dilectione, delectatione iuxta psalmistam. *Dilatasti cor meum, & implebis illud.* Nonnunquam vero loca clarius visa, & super mel & fauum dulciùs gustata nouitas suæ vtilitatis, dum per eadem transimus, absconditur, ioats illud. *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te,* Id est vt timeant te: ipsa enim abscondito timorem gignit horribilem, horror dolorem, dolor gemitus, suspirijs, & internos conquestus inenarrabiles; ita vt nihil minùs lugeamus amississe nos vetera, quàm gaudeamus inuenisse noua: sicque vtraque vicissitudine, ac si per vtramque molam confracti, comminuti, permolti, in similaginem sacrificij Dei transimus: iplamqua vtroque genere lacrymarum, id est compunctionis & deuotionis ommiscentes, & in clibano cordis contriti & humiliati coquamur, nosmetipsos panes propositionis efficimus; quos primò omnium offeramus. Quoniam ergo, Serenissime Pater, nos nobis ipsis minimè constamus, sed spiritus vbi vult, & quod vult, spirat; & nascimus vnde veniat, aut quò vadat; & non potest homo à semetipso accipere quidquam, nec pro voto id ab alio, nisi datum fuerit desuper; humilitati postulationis vestræ sapientiùs hucusque silemus, quàm imperio authoritatis vestræ adhuc loqui possumus. Sed forrasse non quid nobis rorem cœli desuper, aut quomodo nubes pluant, quæritur: sed quomodo aperiatur terra, & germinet Saluatorem; quæstio est, non quomodo prospicist institia de cœlo, sed quomodo oriatur veritas de terra; non quomodo intendat in nos Deus, sed quomodo intendamus in ipsum. Nos itaque, vt simpliciter fateamur, singulis capitellis sigillatim, pro vt gratia nobis datur, intendimus: & dum ea quasi vbera de cœlo plena per labia sumimus, intenrè lactemus: ex ore infantis & lactentis perficientes laudes, quas valemus. Vnde licet ibi plurima & diuerso modo dicantur, & fiant; nos tamen sub trina actione ferè vniuersa concludimus. Tres enim distinguuntur in sacro Canone principales actiones; quibus quasi tria deseruiunt alia tria, quibus quasi trinos assistit sacrifex. cum quodammodo tribus sacrificijs. Et est forsitan hoc exemplar, quod ostensum est Moysi in monte; iuxta quod vt hâc conderet futurorum, id est tabernaculum in deserto. Vidit in silo, quod faceret in imo; in monte didicit, quod faceret in plano: sursum tandem didicit, quod doceret deorsum; didicit à Deo, quod doceret homines. Iuxta hanc formam & Apostolus loquitur. *Ego*, inquit, *& quod accepi, tradidi vobis.* O bone pater, attende tibi ipsi, quanti hodie tradunt, quod nec à Deo, nec ab Apostolo acceperunt! Traditiones hodierna ferè omnes tui pi luero deseruiunt; pœna quæ pro commissio irrogatur; ferè omnis pecuniatis esti beneficium quod quasi graris impenditur, ferè omne & si pretium ante non taxst, obsequium posteasperat. Grauidę sunt hodie gratiæ nostræ, sub præteatu virginia prægnanteo; nuptui tradimus. Hanc simulationem nec docuit Moyses, nec docuit Paulus. Non est hæc figura de monte, tabernaculum igitur de monte, id est isberns colum Dei cum hominibos, sic compositum est, vt in artio altare habaat æneum, vbi animalia sacrificantur: intus autem in rabernaculo aliud auteum, quod dicitur altare incensi: vbi thimiama ponitur, & thos, & cetera, quæ concremata odorifarum fumum redolcant; post quod quasi in intimo & supremo positum est propitiatorium, quod non solùm sanctũ, sed sancta sanctorum dicitur. Inter propitiatorium ergo & altare aureũ, velum panditur; quod in passione Christi scissum est, vt pateret propitiatorium, id est corp⁹ Christi: quod etiam sub hoc mysterio nudum erat affiandum est. Inter altare aureum & æneum paries quidem tabernaculi in eremo, & muros dini dit in templo, de quo peccetor per pœnitenti... tendens ad iustitiam, sic loquitur. *Et in Deo meo transgrediar murum.* Primum enim altare cor contritum & humiliarum significat: in quo dum quod quasi iumentorum vitiamos, & irrationabiles actus per pœnitentiam mactamus, quid nisi animalia diuersorum generum Deo sacrificamus? Talia etenim animalia in conversione peccatorit, qui per peccatum quidem foris est, & nisi pec cõdignam pœnitentiam non intrat ad iustitiam, mactat cordis compunctio, excoriat otis confessio, in frusta concidit dijudicatio; comburit autem condigna afflictio. Æneum quidé est: obscurum videlicet & sonorum, quia collocatur pœniteus in semetipso in obscuris, dum anxiatur in semetipso spiritus eius, & cor conturbatur, & de

Psalm. 80.

Psalm. 30.

In Cana tres actiones, & tria altaria.

1. *Cor.* 11.

Psal. 17.

profundis fortiter clamet, opus est, vt audiatur eius vox in excelsis. Sic enim in Deo suo transgredi poterit murum, qui intet culpam & iustitiam diuidit: quoniam sacrificium acceptum Deo spiritus contribulatus, qui cor cõtritum & humiliatum non despicit; sed in vero altari quod totus & aureum est, cor significat per pœnitentiã purgatum, testimonio bonæ conscientiæ tutilans, & clarum. Similiter quod deuotio offert sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta; dum non adhuc sua commissa deplorat; sed jam in diuinis exultat, non iam de commissione criminum gemit, sed de collatione virtutum gratias agit. Tertium verò, quod melius propitiatorium quàm altaria dicitur, vbi non Angeli quandoque, & quibusdam, & quicumque apparent: sed semper & alis expansis propitiatorium obumbrantibus, ipsum, & Cherubin, cor significat super nebula phantasmatum, exaltatum; sicut dicitur, *Accedet homo ad cor altum*: cuius conuersatio in cœlis est, non solùm desiderio & ipe, sed jugi, quantum homini fas est, contemplatione, quæ retrorsum sunt, siue bona, siue mala, oblitum, in anteriora se semper extendens: sequens ad brauium supernæ vocationis; in quod desiderat & delectator cum Angelis prospicere. Primum igitur sacrificium pœnitentiæ, quam super cor contritum spiritus rectus offert, id est compunctio: secundum iustitiæ; quam super cor mundum offert spiritus sanctus id est deuotio; tertium verò intelligentiæ, quam super cor altum offert spiritus principalis, id est contemplatio. Compunctio enim perversos cor rigit, deuotio correctos dirigit, contẽplatio autem directos erigit, & cum Angelis conuersari facit. Cor contritum in præteritis malis cruciatur: cor mundum in præsentib⁹ donis delectatur; cor autẽ altum præmia æterna contemplatur. Pœnitentia separat à diabolo, Iustitia coniungit Deo, Intelligentia verò delectat cor in ipso. Hæc est compositio tabernaculi Dei, non tam cum hominibus, quam in hominib⁹: cuius imago quomodo in sacro Canone fulgeat, in promptu est: vbi distinctè priùs sacrificium offertur seruitutis, postmodum libertatis, tertio vnitatis. Ad hoc enim per diuina sacramẽta à seruitute diaboli per Filium liberamur, vt ipsi patrifamilias cum filio vniamur. Sic nempe pro seruis Filios loquitur Pater, *Volo pater, vt sicut ego & tu vnum sumus, ita & isti fiant vnum nobiscũ*. Omnia ergo actio sacramentorum cœlestiũ huic fini deseruire dignoscitur, vt sine fine voi Deo per Christum vniti, in Christo delectemur. Ideo vnus panis, vnum corpus multi sumus: ied non multa capita habemus, sed vnum, & cuius caput Deus: quatenus multi per vnum, & in vno, vni vniti, vnus cum eo spiritus efficiamur: cum sapientia de sapientia sapientes, cum vita de vita viuentes, cum virtute de virtute potentes, cũ charitate de charitate feruentes, cum iustitia recti, & cũ lætitia de lætitia semper læti. Sed propriè dum extrema actione hoc gestiens prælibauit nimiùm anida deuotio. Cunctis igitur rite dispositis, quę ad primam actionem pertinent; præmissis quibusdam orationibus seu postulationibus eum inceptio arcum, id est infractus Apostolorum, ac Martyrum; accedit visibilis sacerdos, & adhuc quasi qui natus est de carne caro, ad offerendas visibiles hostias, & de terra terrenas; & hoc super altare visibile & materiale, materiali oleo visibiliter consecratum. Et hæc omnia quasi adhuc foris agentur, dum quæ fiunt, & quomodo fiũt foris conspiciuntur: vnde & ad seruum, qui oõ manet in domo in æternũ, pertinere noscuntur. Quamobrem & seruitutis oblatio dicũtur, sicut dicitur, *Hanc oblationem seruitutis nostræ*, & o- blationẽ seruitutis panem & vinum rectè nominat; nam cùm homo de terra sumptus per naturam, super terram Dominus constituerat per gratiam ab anthora naturæ, & datore gratiæ recedens per culpam infra terram damnat⁹ est par iustitiam. Vnde cui recta famularetur gratis fertilis ad suauitatem, nunc multis & mitis obsequia delinita, laboribus & sudoribus plurimùm miseria ac miserandis exulta, vix largitur ad necessitatem: sicut scriptum est *In sudore vultus tui vescêris pane tuo* Quoniam ergo in victualibus, sine quibus vita animalis non transigitur, principalia sunt panis & vinum; aptè per ea vitus vitæ animalis dum offeruntur, offertur. Præcipua quippe illius portio sunt, & totum figurant. Itaque quid amplius potest seruus, qui reconciliari optat Domino suo, quàm de penuria sua totũ victum suum offerre; & sic totam vitam suam mactare? Sic igitur in prima actione, dum in pane & vino totum victum suum offert, totũ quod animaliter vixit, occidit; vitam enim occidit, qui victum ei subtrahit. Hinc est, quod sapienter dicitur. *Ad mensam magnam sedisti, diligenter attende, quod apponitur tibi: fige cultrum in gutture tuo, si vis quoniam talia oportet te præparare.* Mensa magna est altare Domini; ille nobis apponitur ibi ad refectionem, qui corpus & animam suam posuit pro nobis ad redemptionem. Attendendum est, quod talia oportet etiam illi præparare, id est pro illo nostrum simul & similiter corpus & animam ponere. Sic enim per spiritum consilij ipsi sibi respondit propheta. *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris*, &c. Formam verò attende, qua subtiliter & eleganter expressit dicens, *Fige cultrum in gutture tuo*. Cultrum quippe abstinentiæ & inediæ quasi in gutture figimus, dum qui totum victum nostrum Deo obtulimus, da eo postmodum parcè & timidè quasi de altari Dei ad necessitatem sumimus. Nam qui aliter desipiunt, ordinauit Dominus de altari vincere. Alioquin si post oblationem talem victum delitiosè & luxuriosè, quasi de nostro absumimus, totum quod offerimus, auferimus; & de rapina jam pene viuimus. Nam sic iam non Domino, sed nobis viuim⁹ & morimur: & siue sic viuimus, siue sic morimur, jam non Domini, sed nostri, imò nec nostri, sed diaboli sumus. Ideo vir bone & prudens, diligenter attende, nostrum esse altare, de quo non licet edere ijs, qui tabernaculo corporis sui deseruiunt: sed sicut corpus polluitur voluptate, ita anima vanitate, & spiritus ambitione fœdatur. Ista sunt nimirum capita draconis, quem dedit Dominus escam populis Ethiopum: iste calix dæmoniorum, quem simul bibere cum calice Domini non conuenit. Nulla enim conuentio Christi ad Belial. Numquid si mundus es corpore, statim mundus spiritu: Imo mundus es corpore, mundior sit anima, & spiritu mundissimus; quatenus castitate, puritate, humilitate totus mundus, non indigeat, nisi vt pedes lauet. Ecce, in quid intendimus, dum primam oblationem offerimus: ecce quid esse contendimus, dum ista intendimus, ista cogitamus, dum ista tractamus foris verbo & lingua, intus quantum

Tertium altare, imò propitiatorium.

Psalm 63.

Isaiæ 17.

Verba Canonis.

Genes. 3.

Vita nostra offertur per panis & vini oblationẽ.

Prou. 23.

Psalm. 115.

BEATI SERLONIS

SAVIGNIACENSIS QVONDAM ABBATIS

OPERA,

COENOBIVM SAVIGNIACENSE *anno Domini* 1113. *eo ipso tempore, quo Sanctissimus Pater Bernardus Cisterciensium cum triginta sociis venit, à B. Vitale primo eius Abbate ad Cistercienſium normam fundatum, & exiguo temporis internallo aliis triginta Monasteriis auctum, & Capiti Ordini effectum, quartum Abbatem habuit B Serlonem. qui in Capitulo Generali anni* 1148 *praesente Eugenio Papa* 3. *ipsum Sauigniacense Cœnobium, vniuersamq; suis subiectum Ordini ut ſi Cisterciensi tradidit, & S Bernardo, ac Monasterio Clarauallensi submisit. Abbatiare officium, abillo tempore optauit, sed non permisit S Bernardus: quo tamen defuncto, Clarauallum, relicto Sauigniaco, migrauit: vbi B. Robertum S Bernardi successorem in multis iuuit, praesertim in praedicationis munere: vt ex libro sepulchrorum Clarauallis Mauriq. tom* 2 *Annalium Cisterciens. & alij tradunt. Eius Opera sunt sermones aliquot, & quaedam eius dicta, seu sententiæ: quæ in codice manuscripto Vrsicampi, quo vsus sum, confuſè posita, ac sermonibus ex parte permixta, hic separatim exhibentur.*

SERMONES BEATI SERLONIS,

SERMO PRIMVS

In festo Pentecostes.

SPIRITVS *Domini replevit orbem terrarum.* Cùm de Spiritu sancto tractandus sit; præparanda sunt corda nostra, vt eum quasi footem vitæ ſuſcipere mereamur: & alijs moribus & verbis tanquam ſuauitatis humorem effundamus. Sic enim caritas Dei ad inuicem diffunditur in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Ipſe eſt communis bonitas Patris & Filij. Vnde huic nomen proprium ei ceſſit, quod eſt commune Patris & Filij; dicitur namque Pater ſpiritus, Filius ſpiritus, Pater ſanctus, Filius ſanctus. Eſt itaque Spiritus ſanctus amborum cõmunis benignitas: in qua benignitate nos etiam continemur. Ipſe eſt fluminis impetus qui lætificat ciuitatem Dei: de quo dicitur. *Quiſitit, veniat & bibat,* &c. *Hoc autem,* vt teſtatur Euangeliſta, *dixit de ſpiritu, quem acceperi erant credentes in eum.* Huic Spiritui ſancto ſociatus humanus ſpiritus fulget vt ſol, dicente Apoſtolo. *Qui adhæret, Deo: vnus ſpiritus eſt.* Ab eo verò recedens per ſuperbiam, vel per inobedientiam, in ſeipſo deformis, quaſi tenebræ abſque lumine, inuenitur. Quales autem diſcipulos inuenerit, & quales eos repleudo effecerit, in actibus Apoſtolorũ manifeſtiſſimè inuenitur. Legitur namque *Cùm eſſent diſcipuli in vnum congregati,* propter metum Iudæorum, *factus eſt repente de cœlo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritus vehementis, & replevit totam domum.* Vnde ab eius calore ſuccenſi, & eloquẽtes effecti, cum fiducia teſtimonium perhibebant IESV-CHRISTI. Erant in Ieruſalem habitantes viri Religioſi. Hi audientes vnuſquiſque linguam ſuam, in qua nati erant, tanto motu miraculo credidérunt vno die tria millia: & alio die quinque millia. Stent legitur in Apoſtolo, *Lingua in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus.* Scriptum eſt & de principe Apoſtolorum, quòd ad vocem ancillæ oſtiariæ priùs Dominum negauit. Poſtea accepto Spiritu ſancto ibat ipſe & alij diſcipuli gaudentes à conſpectu Concilij: quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Cùm ſit vnus ſpiritus, tamen ſecũdùm diuerſitatem humanorum cordium diuerſa operatur. Data eſt liquidem lex in monte Sinai filiis Iſraël, quinquageſimo die poſt immolationem agni: ſed data eſt in terræmotu, & fulgure, & tempeſtate: & ſcripta in tabulis lapideis digito Dei, id eſt Spiritu ſancto. In quo & duritia eorum ſignificata eſt: & quòd illi qui amore accendi non poterant, ſaltem terrore comprimeodi erant. Accepta verò formã IESV CHRISTI, & eius doctrina, idem Spiritus ſanctus in monte Sion corda diſcipulorum non tetrenit, ſed amore repleuit, quinquageſimo die à Reſurrectione IESV CHRISTI, videndum eſt carniſſimi quantum differat inter timorem, & amorem. Timor enim primùm non potèrat eos cohibere, vt à malo deſiſterent, à furto, à murmurationibus. Amor verò adeò accendit, vt non ſolùm bona facerent: verumetiam pro amore boni libẽter mala ſuſtinerent. Loquente etenim Petro cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, &c. Quo repleti res ſuas vendebant, & ad pedes Apoſtolorum pretia ponebant: nec quiſquam eorum aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia: de quibus ſcriptum eſt. *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.* Sic carnalis homo efficitur ſpiritualis: carnalis non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. Spiritualis autem iudicat: ipſe autẽ a nemine iudicatur. A nemine dico, à nullo homine: habet enim ſuper ſe regulam rectè mentem, à qua ſubſiſtens modificatur: quam contemplans illuminatur, cui inhærens iucundatur. Etenim in æternitate Dei viget, in veritate Dei lucet, in bonitate Dei gaudet. Nec prætereundum, quod Dominus in Euangelio ait. *Expedit vobis, vt ego vadam.* *Ioan.* 7. *Act.* 2. *1. Cor.* 6. *Act.* 2. *1. Cor.* 14. *Exod.* 20. *Act.* 10. *Act.* 4. *Ioan.* 16.

Joann. 16. *enim non abiero, paracletus non veniet ad nos. Si autem abiero, mittam eum ad nos.* Ac si dicat. Oportet, vt corporalem præsentiam, quam vobis quasi lac exhibui, subtraham: vt sic à corporali præsentia remota, me spiritualiter intelligere conemini: & spiritualiter intelligendo, spiritualiter suscipere me reamini. Quod ansem Spiritus sanct⁹ quinquagesimo die à Resurrectione datus est, nō vacat à mysterio magni sacramenti. Quinquagesimus nemque numerus ea septies septem vno addito completur. Per primum voluertitas temporis, per secundum gratia septiformis designatur. Qui enim in cursu præsentis vitæ secundum Spiritus sancti gratiam dirigit operationem suam: verò cōsequitor illam vnam æternam felicitatem, in que erit Deus omnia in omnibus: vbi esse nostrum non habebit mortē, nosse nostrum non incurret errorem, amare nostrum nullam sustinebit offensionem. Inhibus rei figura exules in lege, in iubileo ad hereditatem reuertebantur, servi manemittebantur: & solvebantur oppressi debito æris alieni. Isiat. *Gaudium onagrorum pascua gregum, donec effundatur super nos spiritus de excelso.* Onagri intelliguntur Philosophi, Idest sapientes huius mundi, qui diuitnnt. *Lingnam nostram magnificabimus.* Greges autem eorum discipuli. In sæculari siquidem sapientia, Philosophi gaudebant, & discipuli pascebantur: donec Spiritus sanctus adveniēs, sapientiam sæculerem evacuavit: & sapientiam verbi effudit, secundùm illud *Dirupti fontes & torrentes, & fictanis fluuios Ethan,* scilicet robusti, id est diaboli

Mysterium quinquagesimus dies.

Isai. 32.

Psalm. 11.

Psalm. 73.

Sermo 2. in eadem solemnitate.

Luc. 14. *VOs autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto.* Duo sunt spiritus immobiles, alter in bono, alter in malo; spiritus scilicet Dei, & spiritꝰ diaboli. Spiritus verò hominis mobilis est inter vtrūque: quasi ouis inter lupum & pastorem. Isti duo numquem ex vno latere concutiunt. Si lupus ad dexteram, pastor ad sinistram: & è conversō. De Iuda namque dicitur.

Psal. 109. *Diabolus stet à dextris eius.* Ac si diceret. Quia noluit Deum facere summū bonum suū, habeat potiorem partem suam diabolum. Contrà vox instituti, *A dextris est mihi Dominus, ne commouear.* Potiorem partem meē facio Deum: propterea non timebo commoneri per spiritum malignū. Cauendum verò summopere est spiritui humano, ne deceptꝰ sub specie boni, pro sancto Spiritu malignū recipiat. Multi nāque sanctum sequuntur Spiritum, professione, & operatione repellunt. Propterea dicitur in libro Iudicum. *Ierunt ligna silnarum, vt vngerent sibi Regem, & dixerunt oliue. Veni, impera nobis.* At illa non acquieoit. Venerūt quoque ad ficum, deinde ad vitem, & repulsa sunt. *Dixerunt que omnia ligna ad rhamnum. Veni, & impera super nos. Quæ respondit. Si verè me regem vobis constituitis, venite, & sub umbra mea requiescite. Si autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani.* Ligne siluarum intelliguntur negligentes Religiosi: sublimes professione, steriles operatione. Per oliuem intelligitur Spiritus sanctus. Oleum nemque facit trie: illuminat, pascit, sanat dolores. Sic Spiritus sanctus illuminat mentem, ac reficit, & sanat vulnera peccatorum. Volunt igitur veni a esteriles habere Spiritū sanctum Regem: sed quia non sunt idonei, eudiunt, quod Petrus dixit Simoni mago. *Non est tibi pars in sorte ista.* Vbi etiendendum est, cùm idem desideraret Petrus, & Simon magus, quare alter susceptus, alter repulsus est. Spiritus siquidē sanctus facit duo: interiorem vnctionem, & exteriorē gloriam. Interiori vnctione delectabatur Petrus: exteriorem teutùm glotiā diligebat Simon magꝰ. Et quia eainde pecuniam quærebat, per pecuniam habere voluit: vnde audiuit. *Pecunia tua tecum sit in perditionem. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse.* Vnde oliua respondit. *Numquid possum deserere pinguedinem meā,* &c. Quasi dicat. Pinguedo quam profero, spiritualibus, ac fideliter me quærentibus cōpetit: vos autem quia sterites estis, indigni estis suscipere tantam gratiam. Per ficum intelligitur lex. Vnde in Evangelio Dominus ait. *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua:* hoc est Dñs Iesus pluribus Iudaicæ dedit legem. Ficus habet grossos malos, & ficus bonas. Vnde dictū est Prophetæ. *Quid tu vides, Ieremia?* Ficus ait, *bonas, bonas valde: & malas malas valde.* Littera siquidem legis occidit, spiritus autē viuificat. Obstinatæ carnales valde malæ sunt: intelligentiæ spirituales valde bonæ sunt. Venient itaque ad ficum, vt imperet eis. Sed ait Isaias. *Excæcatum est cor populi huius, ne videat oculis, ne auribus audiat, & corde intelligat, & conuertatur, & sanem eum.* Mala siquidem opera eorū excæcaverunt illos, ne spiritualē intelligentiam valeāt habere, & sicūt sancta sanctorum intrare. Per vitē intelligitur Christus, sicut in Evāgelio habemus. *Ego sum vitis vera, & vos palmites:* id est, ego sum caput, vos membra. Veniunt itaque prædicti ad vitem, vt faciant sibi regem. Sed quæ conuentio Christi ad Belial? Ac si Christus dicat. Ego factꝰ sum obediens Patri vsq; ad mortem: vos autem estis Belial, id est absque iugo, & ideo non potestis mihi esse ociati: nō est enim pars iustitiæ cum iniquitate. Repulsi igitur ab his rebus, scilicet à Spiritu sancto, ab intellectu legis sacræ, & à Domino Ieiu Christo, veniunt ad rhānum, per quem Antichristus significatur. Sicue enim rhamnꝰ prius mollis est in herba, postea oēsos & acutos aculeos profert: sic Antichristus in primordio blandietur, postea crudeliter persequetur: coluber in via, cerastes in semita. Veniunt itaque ad Antichristum, non tamen voluntate, sed compellente prane operatione. Ille inuitat, vt sub vmbra eius requiescāt, id est desideria huiꝰ mundi eppetant, & in operibus carnis requiescant: sin autem, egrediatur ignis de rhamno, hoc est persecutio de Antichristo: quæ deuotabit, nō solùm simplices, sed etiam cedros Libani, hoc est maiores & altiores in Ecclesia. Sic multi currunt, & nō eprehendunt. Quærunt enim bonū bonꝰ & meli: sed malinon inueniunt, quis non quærunt, vbi est: boni verò quia ordinatè quærunt, eccipere merebuntur. Dicit enim beatus Augustinus, quia quædam gens quærit aurum in cœno, quædam in thesauro. Dicant ergo isti quid quæritis? Respōdent, enim. Et isti. Quod vos quæritis, & nos: sed non est ibi, vbi quæritis.

Psalm. 73.

Ioann. 15.

Antichristꝰ rhamno cōparatur.

Quærunt boni & mali.

Sermo 3. in festo Pentecostes.

1. Cor. 2. *SPiritualis omnia diiudicat,* &c. Hæc est vnctio, quæ docet de omnibus. Spiritus sanctus cùm cordi per gratiam se infundit, sicut in ipso omnis veritas continetur: ita per ipsum omnium cognitio edmioistratur: & incipiunt in illo omnia esse, quæ accipit, sicut in illo sunt omnia quæ dedit. Est enim in homine oculus contemplationis, & oculus tetionis, & oculus carnis. Qui videt oculo cōtemplationis,

emplationis, videt Deũ, & ea quæ in Deo sunt. Qui videt oculo rationis, videt animũ, ac ea quæ in animo sunt. Qui videt oculo carnis, videt mundum, ac ea, quæ in mundo sunt. Qui videt superiora, videt & inferiora: sed non convertitur. Duo sunt verum & bonum, ac in eis constat omne bonum Sicut lumen corporum per splendorẽ illuminat, per ardorem calefacit: sic summum bonũ mentem ad agnitionem veritatis illuminat, & ad amorem virtutis inflammat. Et hoc est totũ bonum hominis, cognoscere & amare Creatorẽ suum. Hinc Spiritus sanctus in igneis linguis super discipulos apparuit: vt in illo habeamus cognitionem veritatis, & amorẽ virtutis. In lingua verbum, in igne flamma. Verbum ad cognitionem, ignis ad dilectionem pertinet. Venit verbum cum igne, sapientia cũ dilectione: vt illuminaret contra ignorantiã, inflammaret contra concupiscentiam. Ignorantia veri, & concupiscentia mali, crimen malum. Hæc dona in vnum congregatis, & ad superiora subleuatis verbi potentia. Congregatis per consensum, subleuatis per confidentiam. Congregatis per dilectionem proximi, subleuatis per dilectionem Dei. Si talia dona percipere volumus, oportet, vt tales inveniamur. Non requirit Spiritus sanctus, nisi humilem & quietum, ac tremientem sermones eius. Itaque qui Spiritu Dei cupit proficere, à spiritu suo deficiat. Vt autem à spiritu nostro deficiamus: vtile est, vt opera Redemptoris nostri fideliter ac subtiliter inspiciamus. Quod bene significatum est in Salomone: qui a eginam Austri finibus terræ venientem audit, & ea quæ in corde eius erant, exposuit. Illa antè sapientiam ipsius videns, & opera, cibos mensæ eius: vestimenta seruorum eius, habitacula eorũ: sacrificia quoque, quæ offerebat Salomon in domo Dñi, non habuit vltra spiritum. Ecce plusquã Salomon hic. Salomon siquidem nostat, ipse est Iesvs Christus, Rex ac Salvator noster. Ipse verè pacifica pacificauit nos cum Deo Patre, pacificauit cum Angelis, & nos in nobilmetipsis. Pacificauit autem, cõiungendo in eadem persona Deum & hominem: in eadem fide Iudæum & Gentilem. Ipse Rex Ierusalem, hoc est rector fidelium, visionis summæ pacis inhiantium. Huius laudes à finibus terræ audiuimus, hoc est à Prophetis, & sanctæ Ecclesiæ Doctoribus: qui finẽ huius mortibundæ vitæ annuntiant: & conuenimus videre gloriã iusti. quæ sunt opera Salomonis nostri, quæ sapientia eius? Apostolus dicit. *Quia in sapientia Dei mundus per sapientiam non nouit Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.* Quia enim non potuimus ad Dei sapientiam ascendere, apparuit in nostra stultitia: vt qui Deũ non potuimus videre in sua sapientia, videamus in nostra stultitia. Et hæc sunt magna opera Dñi, exquisita in omnes voluntates eius: cùm ex eius stultitia, quæ sic vocatur ab imperitis, sapientes effi cimur: & ex eius infirmitate roboramur. Ecce opera Salomonis nostri. Venite ergo, & videte opera Dei, terribilis in consiliis super filios hominũ. Verè terribilis. Vode enim humana cõsilia putauerunt consiliũ eius peruertere & annullare, inde Deus minus perdauit consilium suum ad manifestationem maioris gloriæ: quia vnde natus est, inde contemptus est. Vnde contẽptus est, inde occisus est. Vnde occisus est, inde ad resurrectionem pertinet. Vnde leguitur. *Qui conuertit mare in aridã*, id est amaritudinem humanæ instabilitatis ad stabilitatẽ gloriosæ immortalitatis: & sic in flumine pertransibunt pede: scilicet fideles facilè pertransibunt per fluxũ mortalitatis humanæ. Iam enim factum est per virtutem crucis, vt non habeamus timorem mortis. Ibi autem lætabimur, non in nobis, sed in ipso. Post opera Salomonis, videamus cibos mensæ illius. Mensa Salomonis nostri altare Iesum. Cibi, corpori & sanguinis eius sacramentũ De qua dicitur. *Ad mensam magnam sedisti, diligenter attende, quæ apponuntur tibi, & pone cultrum in gutture tuo si scieris quia talia oportet te præparare.* Ponecultrum in gutture tuo, id est discretionẽ in corde tuo: & diligenter considera, quæ apponũtur tibi: quia quemadmodum posuit Christus animã pro nobis, sic & nos debemus pro fratribus animam ponere. Ad mensam magnam sedemus, cùm ad altare accedimus. Vel mensa sancta scriptura est, ad quam accedimus, cum eã studiose legimus. Diligenter igitur attendenda sunt, quæ nobis apponuntur, vt quæ audiamus aure, intelligamus corde, & implcam' opere. Portò huius mensæ ministri sunt sacerdotes, ac pastores sancti. Sacerdotes propter sacrificium: pastores propter verbum. Vestimenta eorum decor, ac fortitudo: secundũ illud. *Dominus regnauit, decorem induit: induit Dominus fortit. & præc. se virtute.* Christus quãdo prædicabat, aliis placebat, aliis displicebat: quibus placebat, ad illos induit decorem: quibus displicebat, ad illos fortitudinem. Et nos, vt membra eius esse valeamus, induamur decorẽ ad obedientes: simus fortes contra impugnantes. Apostolus ait. *Bonus odor sumus Deo in omni loco, & in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Aliis odor mortis in mortem, aliis odor vitæ in vitam.* Quibus erat odor vitæ in vitam, ad illos induit decorem: quibus odor mortis in mortem, ad illos induit fortitudinem. Habitacula autẽ seruorũ Salomonis nostri hæc sunt: fides, & iustitia. Fides, vt credamus: iustitia, vt operemur. Deinde inspicienda sũt sacrificia, quæ offert Salomon. Primùm namque & principaliter seipsum pro nobis immolauit, deinde passiones Martyrum, postea confessiones, & opera iustorum omnium. Omnia enim opera nostra, quæ fiũt misericordia, vt libere mihi à misericordia, possunt sacrificia dici: & omnis homo deuotus Deo, & consecratus, inquantum moritur mundo, vt Deo viuat, potest dici sacrificium. Similiter & omnis ciuitas Dei in fide cõgregata, dici potest sacrificiũ. In hac est ipse sacerdos & sacrificium, immolator & hostia. Ipse enim offert, & offertur in ea. Hoc sacrificium quotidie cõpletur: tandem perfectum erit, cùm ipse offeret se, & regnum suum Deo & Patri. Ecce opera Salomonis nostri. Hæc ille videns, non habuit vltra spiritum: & nos talia de Domino nostro cõfidenter, deficiamus in spiritu nostro, vt abundem' ac pasciamur in Spiritu sancto. Ansi spiritum nostrum Domine, vt in puluerem reuertamur, id est vt puluerem nos esse cognoscamus. Spiritus tuus bon' deducet me in terrã rectam: mã spiritus meus malus deduxit me in terrã tenebrosam. Spirit' meus mala præsumptio: spiritus tuus benigna dilectio. Spiritus meus superba vanitas: spirit' tuus sincera caritas.

Cur Spiritus sanctus in igne apparuit

Requirit Spiritus sanctus humilem & quietum.

3. *Reg.* 10.

Christus noster Salomon

1. *Cor.* 1.

Psalm. 65.

Sacrificia Salomonis nostri.

Pron. 23.

Psal 92.

2. *Cor.* 2.

Sermo 4. *In eadem solemnitate.*

CAriſſimi, gratias agamus Deo Patri, qui hodie misit Spiritum Filii sui in corda discipulorum suorum, clamantẽ, Abba pater Quod nomen, scilicet patet, non invenitur in datione legis Ibi potiùs dicitur. *Audi Israel. Ego sum Dominus,* *Galat.* 4. *Exod.* 20.

Deus tuus: quia seruis sub timore Domini comprimendi erant. In hoc verò tempore gratiæ per Spiritum sanctum dicimus, *Pater noster, qui es in cælis.* *Matth. 6.* *Isai. 11.* De quo Propheta. *Computrescet iugũ à facie olei.* Verè etenim iugum & dæmoniacæ captiuitatis, & legalis seruitutis in nobis computruit à facie olei, scilicet à præsentia Spiritus sancti: vt iam non seruiamus in vetustate literæ, sed in nouitate spiritꝰ gaudeamus. Vbi enim spiritus Domini, ibi libertas: qua libertate Christꝰ nos liberauit, & de peccatoribus iustos, & de seruis filios fecit. Hoc autem significatũ est in Psalmo, qui legitur à nobis, & ita inscribitur. *Pro his, qui commutabuntur, ipsi Dauid, cum succendit Mesopot. Syr. &c, & percussit Idumæam in valle Salinarum duodecim millia.* *Titulus Psalmi 59.* Vnde cõmutati clamant, *Deus repulisti nos.* Non est credendum, Dauid Psalmũ huoc de sua victoria constituisse: sed per Dauid & opera eius Iesus Christus & eius opera significantur. Dauid namque manu fortis, vel visu desiderabilis interpretatur. Manu fortis in passione, cùm fortem fortiter superauit: visu desiderabilis in Resurrectione, & Ascensione, cũ nimirum immortalitatẽ ac impassibilitatem sibi donauit, & nobis daturus est: imò, vt familiarius loquar, nobis dedit, & sibi daturus est. Hæc est enim felix cõiunctio serui & domini, creaturæ & Creatoris, qua nobiscũ peregrinatur per caritatem in terris: & nos per eamdem carnatem cum eo regnam⁹ in cælis. Portò commorationes duæ sunt: alia in bonum, alia in malum. In malũ, vt legitur de Adam. *Homo cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* *Psalm. 48.* In bonum, vt hic. Cõmutantur namque fideles ipsi Dauid, eundo in doctrinã eius. Quando? Cùm scilicet venit peccatores salvos facere cum igne & gladio. Cum igne, vt succenderet, & illuminaret: eum gladio, vt superflua vitiorũ amputaret. Deigne, [Ignem veni mittere in terram.] *Luc. 12.* *Matth. 10.* De gladio, [Non veni pacẽ mittere, sed gladium.] Hoc igitur igne succendit Mesopotamiam Syriæ, & Sytiam Sobal. Mesopotamia capookur alta vocatio, Syria sublimis, Sobal vana vetustas. Succendit dico, cùm totum mundũ dato Spiritu sancto ad regnum cælorum vocauit: Indæos scilicet de sublimitate superbiæ, Gentiles de vana vetustatis idolatriæ: & connertit Ioab inimicum in fugam, scilicet diabolum, & ad fidem Christianam: & postea quàm dispersi sunt Apostoli, & Apostolici viri ad prædicandum verbum Dei, percussit gladio verbi Edom, id est terrenũ, vt sacaret cælestem. Quot percussit? Duodecim millia: vt scilicet fidẽ Trinitatis in quatuor mũdi partib⁹ firmiter teneant. Isti omnes in valle Salinarum, id est saporis percussi sunt, qui non amore mundi, sed amore Dei tribulationes ac tormẽta sustinuerunt. Hoc modo Ecclesia hodie igne Spiritus sancti succensa, ad fidẽ conuersa est, ac postea in toto mundo Apostolis in orbem missis in eadem fide confirmata est.

Sermo 5. in eadem solemnitate.

Hodierna die, carissimi, Spiritus sanctus super discipulos apparens, corda eorum cõplenit: & diuersitatem Gentium, quæ per superbiam facta est in diuisione linguarũ, in vnam fidem & vnionem caritatis associauit: in quo admonemur, vt simus soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Sumus enim vnũ corpus, & vnus spiritus: vna spes vocationis nostræ, vna fides, vnum fidei sacramentum, scilicet baptisma. Ab vnitate enim propagan, ad vnitatem reversuri sumus. Est enim vnitas creatrix, & est vnitas iustificatrix, & vnitas glorificatrix. Vnitas creatrix Pater, Filius, & Spiritus sanctus, sancta Trinitas vnus Deus. Hæc est summa potẽtia, qua coroboratur nostra infirmitas: summa sapientia, qua illuminatur nostra cęcitas: summa benignitas, qua deletur nostra iniquitas. Hæc sunt invisibilia, quæ per ea quæ facta sũt ab homine conspiciuntur. Potentiam ũaqoe demonstrat multiplicitas ac magnitudo eorum: *Vnitas creatrix.* sapientiam ostendit decor & pulchritudo rerũ: benignitatẽ exhibet fructus & vtilitas rerum. Ab his tribus ꝓcedunt omnia, per hæc tria reguntur omnia, in his tribus consistunt omnia. Potentia creat, sapientia gubernat, benignitas cõsummat. Ad hanc creati sumus, vt in ea potentes, sapientes, & benigni permaneamus. Ab illa verò repulsi, in nobismetipsis infirmi, cæci, ac maligni inventi sum⁹. Necessaria igitur fuit vnitas reparatrix, per quam reduceremur. Vnitas siquidem: quia Verbũ, anima, & caro vnus est Christus. Ecce tres essentiæ, & vna persona. Et est ista vnitas quasi prædictæ *Vnitas reparatrix.* positæ. Ibi siquidẽ tres personæ, vna essentia; hicanimẽ tres essentiæ, & vna persona. In hac vnitate Creator noster Saluator factus est, salvandos à peccatis; & Redemptor, redimẽdo à captiuitate antiqui hostis, adiutor in oppotunitatib⁹ in tribulatione, ac protector, vt inter aduersa maneamus illæsi: & tandem susceptor, vt peracta obedientia suscipiat nos ad gloriam regni. In hac habemus remedia & exemplum, viam veritatem & vitam, victoriam atque coronam. Hic factus est nobis à Deo Patre sapiẽtia, & iustitia, sanctificatio, & redemptio. Sapientia in fide, iustitia in operatione, sanctificatio in perseuerantia vtriusq; : redẽptio, quia primùm redemit nos à seruitute antiqui hostis: tandem liberabit ab omni corruptione mortalitatis. In hac vnitate lutum fecit tẽ sputo Dominus, & liniuit oculos cæci nati: quia coniũctione *Ioan 9.* Dei & hominis in eadem persona illuminauit genus humanum in primo parente excæcatum, vt Deum videret, videndo diligeret, diligendo coleret, videndo ac diligendo frueretur, & fruendo perenniter satiaretur. Ecce stateta, in qua appẽsione nostra peccata. Superauit Dei misericordia, & confusa est antiqui hostis malitia Domiu⁹ dixit. *Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem,* *Ioann. 15.* *sicut dilexi vos.* Sic ostendit nobis vnitatẽ, in qua iustificaremur. In hac enim de plenitudine ei⁹ nos omnes accepimus, in qua bonum & iucundũ, habitare fratres in vnum. Quomodo bonum & iocundum? Sicut est bonum & iocundum vnguentum, quod descendit de capite in barbã, & de barba in oram vestimenti. Vnguentũ in capite, Spiritus sanctus in Deo homine, quod descendit in barbam, idest in Apostolos, & Apostolicos viros, qui sunt fortiendo Christi. Inde in oram vestimenti, hoc est in primitiua Ecclesia, in qua factus est sonus iste adeo dulcis, vt multi cantent eum, qui nesciunt psalterium. Iste sonus fecit, vt Iudæis ad Apostolos venientibus essent omnia cõmunia, adeò vt esset eis etiam cor vnum, & anima *Actor. 4.* vna. Et est aptissima similitudo. Sicut enim ab vno homine effluxit peccatũ in omnes homines, in quo ões peccauerũt, & egene gloria Dei: sic à capite nostro Iesu Christo, Spiritus sanctꝰ descendit in doctores ecclesię, & ita per eos in totũ corp⁹ ecclesię: quæ dicitur Christi vestimẽtũ, vt tota sãcta Ecclesia per primũ peccatum intoxicata; Spiritu sancto purgetur, foueatur, & in vnitate fidei confiectue-

Similiter ſicut corpus homiois multa mẽbra habet, omnia autem vno ſpiritu vegetaotor: ſic totum corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia, per Spiritum ſanctum vivificatur. Hic datur nobis par ſpiritum ſermo ſapientiæ. & ſcientiæ. Sapientia io contemplatione æternoium. ſcientia in actione temporaliom, de quibus in Ioh legitur. *Pietas ſine ſapientia: abſtinere à malis ſcientia. Pietas cultus Dei*, ſcilicet amor, fides, ſpes, quibus deſideramus, & credimus, & ſperamus eum videre, ſicuti eſt. De huiuſmodi loqui, ſermo ſapientiæ eſt. Scientia eſt in actione: Actio autem noſtra in euitandis malis, bonisque appetendis verſatur. Io bis enim temporalibus, quæ humanis vſibus accommodata ſunt: prudenter, fortiter, temperãter, & iuſtè agentes, bona appetere, mala vitare debemus, & de his loqui ſermo ſciẽtiæ eſt. Hæc ſapientia & ſcientia, ſunt duo illa magna luminaria, de quibus in Geneſi legitur, quod luminare maius fecit Deus. *Vt præeſſet diei: & luminare minus; vt præeſſet nocti.* Nam ſapientia tanquã ſol præeſt dici, cùm ſapientiam loquimur inter perfectos: ſcientia tanquam lumen are minꝰ præeſt nocti, cum de egendis in hac vita loquimur paruulis. Secundum hoc dicitur in Pſalmo. *Mõte excelſi cerui petra refugium erinaceis.* Cerui oãque, id eſt perfecti, qui tota huius mundi ſaltu contemplationis tranſiliunt: habent altiodinẽ intelligentiæ in contemplatione ſpiritualiũ. Erinacij verò, ſcilicet minores, qui ſe peccatores cõſirentur, habent petram, fidem ſcilicet, & exemplum humanitatis Chriſti: in quibus etudiantur in diſpenſatione temporalium His duobus magnis luminaribus pia miſſis, cetera dona tanquã ſtellæ minores enumerantur, cum dicitur. *Aly fides, aly genera lingrarum, aly genera turationum.* In hac voitate debẽt præſtari ſubiectis prouidentiam, ſubiecti præſtatis obedientiam, omnes omnibus caritatem frateroam. Hoc eſt verè bonum & iocundum, habitare fratres io vnũ. Alioquin qui ſine gratia Spiritus ſancti in vno ſunt, moleſti, turbulenti ſunt, anarchi ſunt, anarchiæ ſua tortiones cæteros, & quærunt, quid de illis dicant. Quomodo in inoctura inquietum tormentum noo ſolum non trahit, ſed & fragit calcibus quiõctũ eſt Qui autem habet totem Hermon, qui eſt ſuper montem Sion: quietus eſt, placatus eſt, humilis, tolerans, pro mutmore precem fundeos. Nam murmoratoiea deſcribit ſcriptura dicens. *Præcordia ſatuꝰ quæ fiunt a carni, qua portat ſpiritum & murmurat.* Ecce vnitas, in qua iuſtificamur, ea quæ ad voluntatem gloriæ traosferemur: in qua erit Deus omnia omnibus, in qua ſulgebunt iuſti ſicut ſol io regno patris eorum. Vbi lux longe erit ſicut lua ſolis, & lux ſolis ſeptemplicitet, ſicut lux ſeptem dierom: quia Eccleſia cum Chriſto in eadem claritate aſſoctabitur: & lua ſolis ſeptemplicitet: quia longè & tocomparabiliter claritas ſummæ maieſtatis in cognitione noſtra exaltabitur. Vbi meoſis ea meole, ſabbatum ex ſabbato. Menſis ex menſe, quia qui hic perfectè pperauerit, ibi perfectè remunerabuntur, nam meoſis perfectionem deſignat, quia io eo perfitit lnoa cutſum ſuum. Sabbatũ ea ſabbato. Quia enim hic requieſcunt à prauo opere, ibi gaudebunt io æterna requie. Ita ab vnitate ſumus propagati, per vnitatem reparati, io vnitate iuſtificati, in ſuperna vnitate tandem glorificandi.

Ioann. 16.

Geneſ. 1.

1. Cor. 12.

Quales ſint qui ſine gratia Spir. Sa. ſunt.

Eccli. 31.

Sermo 1. In feſto S. Ioannis Baptiſta.

A *Diebus Ioannis Baptiſtæ regnum cælorum vim patitur* Hic duo conſideranda ſunt, quomodo regnum cælorum vim patiatur, & quare à diebus Ioannis Baptiſtæ. Regnum cælorum eſt locus iuſtorum, quem ſæpe filij per negligentiam perdunt, publicani & peccatores per violentiam arquirunt. Vnde Dominus in Evangelio. *Multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob, in regno cælorum Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores.* Scriptura dicit. *Homo laborat ſibi, & vim facit ſuæ perditioni.* Vim ſuæ perditioni facere, eſt delectantibus tentatoris reſiſtere: hoc eſt rapere regnum Dei. Quare autem à tempore Ioanois Baptiſtæ? Quia ante aduentum Chriſti quicuo qne iuſtus, licet contra tentamenta diaboli, contra deſiderta mũdi, contra oblectamenta carnis pugnaret, in regnum cælorum intrare non poterat, nondum ſuto ſanguioe redemptionis noſtræ. Quod verò impoſſibile erat per legem & liberum arbitrium, per gratiam Dei facilè acquiritur. Ioannes enim gratia Dei interpretatur Ioãnes natus eſt ex ſterilitate, & patre muto. Mater eius ſignificat legem, patet verò vetus ſacerdotium Mater ſterilis erat, quia lex neminem ad perfectionem adducebat. Hæc enim generat Ioannẽ, quia per legem venitur ad gratiam. Siquidem lex data eſt, vt infirmitas voluntatis oſtenderetur. Infirma oſtẽſacta eſt voluntas, vt gratia quæreretur Gratia data eſt, vt voluntas ſanaretur. Voluntas ſanata eſt, vt lex adimpleretur, dicente Apoſtolo *Quod impoſſibile erat legi, & in qua infirmabatur per carnẽ* id eſt per carnales obſeruantias, *Deus mittens filium ſuum, in ſimilitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtitia legis impleretur in nobis, qui non ſumus in carne, ſed in ſpiritu.* Sic Eliſabeth ſterilis peperit Ioannem, quia lex per gratiam, ad quam nos miſit, accepit fecũditatem. Inde Dominus io Evangelio. *Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem. Ab eo autem regnum Dei euangelizatur.* Sic per legem venitur ad gratiam. Quod ſignificatur in Evangelio cũ dicitur. *Erat autem probatica piſcina Ieroſolimis, quinque porticus habens In his iacebat multitudo languentium, cæcorum & claudorum & aridorum expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini deſcendebat ſecundum tempus in piſcinam, & mouebat aquam, & ſanabatur vnus.* Piſcina plebs Iudaica. Hæc cingebant quinque porticibus, id eſt quinque libris legis coërcebatur, nec ad voluntatem ſuam defluere. In porticu iacebat multitudo lãguentium cæcorum, aridorum, claudorũ: quia lex oſtendebat infirmitatem, nec dabat ſanitatẽ. Per Angelum ſignificatur Chriſti magni conſilij Angelus: qui in piſcina deſcendebat, quando aſſumpta humanitate plebẽ Iudaicam viſitauit. Mota eſt aqua, quia alij dicebant, Bonus eſt: alij non, ſed ſeducit turbas Alij impoſtor eſt, alij filius Dei eſt. In hac motione occiſus eſt Chriſtus. Poſt motionem, id eſt poſt Chriſti paſſionẽ, quicumque de porticibus, id eſt de lege, deſcẽdit in motam aquam, id eſt in gratiam, ſabbatizat: ita tamen, ſi ſeruauerit Eccleſiæ vnitatem. Nunc de patre Ioannis dicamus, qui eſt vetus Sacerdotium, quod in legalibus obſeruantiis erat mutum: ſed per eumdem gratiã recuperauit vocem. Nõ enim in noſtris legalibus obſeruantiarum quærimus iuſtificationem gratiæ: ſed in hymnis & canticis ſpiritualibus, ſcilicet cùm offerimus vitulos labiorũ

Matth. 11.

Matth. 8.

Galat. 4.

Ioan. 5.

nostrorum. Considerandum quoque est, quia in bis duobus, scilicet Christo & Ioanne, omne genus saluandorum significatur. Saluandorum nãque alij perfecti, alij imperfecti. Imperfecti, qui laborant in luctu pœnitentiæ: perfecti, qui gaudent in plenitudine iustitiæ. Imperfecti tentationibus & tribulationib⁹ afflicti in Ioanne significantur; qui in deserto habitans, & asperis vestibus indutus, cibisque vilibus vtens, vitam pœnitentium & in tribulatione laborantium demonstrat. Dominus Iesus cũ hominibus habitans, & in conuiuijs conuescens, & colloquẽs, perfectos designat, cœlesti gaudio exultantes. Hæc duo genera in duobus aliaribus legis significata sunt: quorum alterum erat sub dio, alterum in tabernaculo. Altare sub dio quinque cubitis mensuratur, super quod comburebantur carnes, & effundebatur sanguis. Hoc est genus hominum, quod pugnat contra illicitos motus carnis, qui per quinque sensus aguntur: in quo igna diuini amoris tetemantur carnalia desiderta, & effunditur sanguis peccati. Huc erat sub dio, non in tabernaculo: quia isti adhuc in terrenis operibus agentes, nondum in cellam vinatiam, id est in cognitionem diuinorum sectetorũ introducti sunt. Nondum per venerunt ad illud. *Vacate & videte, quoniam suavis est Dominus.* Porrò altare in tabernaculo, vbi accendebat sacerdos incensum mane & vesperc; significat perfectos, qui tentationibus carnis superantes, à seculi actibus euacuati, hostiam laudis accensam igne carnalis in ara cordis frequenter offerunt in odorem suavissimum Domino. Istud vno cubito mensuratur: quia perfecti in caritatis vnitate firmati, ad vnitatem æternæ felicitatis omni desiderio tendunt. Per hoc verò, quòd illud quinque, istud vno cubito mensuratur, nobis significatur, quod major est numerus imperfectorum, quàm perfectorum. Nec prætereundum, quod illud æneum, istud aureum est: quia imperfecti velut tes resonant in confessione peccatorum: perfecti verò tactus tribulationum patienter sine sono murmurationis tolerant, velut aurum quod non resonat ad tũ malleorum. Illi laborant in actione: isti quiescunt in contemplatione. Quia vero Iudæi nec cum Ioanne pœnitentiam, nec cum Christo spiritualem lætitiam agere volebant, exprobrando, loquitur eis Dominus, dicens. *Cui assimilabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui coæqualibus suis dicunt: Cantauimus vobis & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis. Venit enim Ioannes Baptista non manducans neque bibens, & dicunt, dæmonium habet: venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt. Ecce homo vorax, & potator vini, & amicus publicanorum.* Per sorum intelligitur Synagoga, in quam Prophetæ pueri Domini conuentebant, alij annuntiantes luctum pœnitentiæ: vt illud. *Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio & fletu & planctu: & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* Alij gaudium spirituale vitæ: vt, *exultate Deo adjutori nostro, jubilate Deo Iacob.* Iudæi verò nec cum Ioanne pœnitere: nec cum Christo gaudere volebant. Et tamen iustificata est sapientia à filijs suis: id est glorificat⁹ est Deus ab electis suis, sine in labore pœnitentiæ: sine in actu spirituali lætitiæ. Et attende, quòd annum dimidiũ Ioannes & Christus. In Nativitate Christi dies crescunt, in Ioannis decrescunt: quia ad hoc natus est Christus, vt remittat peccata: quæ non remittuntur, nisi homo peccatorem se confiteatur esse. Peccatorum confessio, hominis est minoratio, idcoin Nativitate Ioannis dies decrescunt. Eorumdem remissio augmentum est gloriæ Dei. Crescuni igitur dies in Nativitate Christi, quia Dei gloria augmentatur. Decrescunt in Nativitate Ioannis, quia hominis præsumptio humiliatur. Hinc ret astipulatur, quòd in passione Christus est exaltatus in cruce: Ioannes minoratus est capite: vt Dei glotia crescat, & hominis superbia minoretur. Superbis enim Deus resistit, humilibus autẽ dat grattam. Quod bene significauit Salomon, qui postquam ædificauit templum Domini, vasa quæ necessaria erant ad ministerium eius, fecit fundi in argillosa terra, in campestribus Iordanis. Vasa fideles sancti ad diversa ministeria Ecclesiæ dispositi. Iordanis interpretatur descensus, & significat humilitatem, argillosa terra caritatem, vasa igitur templi in argillosa terra in campestribus Iordanis fundenda sunt: quia fideles Ecclesiæ prælati & subditi in humilitattate, vel cata humilitate fundandi sunt. Nisi enim in humilitate & caritate formentur, ad ministerium sanctæ Ecclesiæ apti non sunt; hæc vasa, aurea, argentea, & ærea. Aurea doctores sapientiæ: argentea dispensatores eloquentiæ: ærea sonantes in peccatorum confessione.

In Christo & eanne emma salnandi designantur.

Psalm 33.

Matth. 11.

Ioel. 2.

Diet crescũ in Natiuit Christi, de crescunt in Ioannis.

3. Reg. 7.

Sermo 2. De eodem.

Vox clamantis in deserto Per tria manifestatus est Deus mundo, per creaturã, per carnem assumptam, per vocem humanam. Per creaturam; quia invisibilia Dei per ea quæ facta sũt à creatura mũdi conspiciuntur. Per hanc cognitionem ascenderunt Philosophi, id est sapientes huius mundi, vt inuenirent Deum intrũ esse terum creatarum, lumen cugnoscendarum, bonũ agendarum, principiũ naturæ, veritatem doctrinæ, felicitatem vitæ. Sed cùm cognouissent Dcũ, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerũt in cogitationibus suis: & dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt: quia sapientiam suam non à Deo, sed à se reputauerunt. Vnde corruerũt primò ad cultũ idolorum, deinde ad turpitudinẽ omnium vitiorum. Et quia in hac cognitione non potuit mundus consequi salutem: venit Saluator ad nos per assumptam humanitatem. Ad hanc manifestandam voluit habern & Propbetas, qui longè antè eam prædicerent, & postea noui Testmenti Doctores, qui eãdem per totam mundi latitudinem annuntiando dilatarent. Inter eos beatus Ioannes maximè emicuit: qui non solùm Propheta à Dño, sed plusq̃ Propheta dictus est; quia non solùm enm prophetauit, sed digito ostendit. Annuntiauit, *Venit fortior me post me.* Ostendit, *Ecce Agnus Dei*, & etiam baptizavit. Itaque in illo Verbum habuit vocem, quod spiritu sancto edoctus Isaias prædixerat dicens. *Vox clamantis in deserto* Quasi dicat. Si vultis scire adventum Verbi, audite Ioannem, qui est vox Verbi clamantis per enndẽ, in deserto Iudææ derelictæ. Quid clamat: *Parate viam Domini*, id est fidem & bona opera accipite; quibus veniatad vos Christus. *Rectas facita semitas Dei nostri.* Hoc est, altiora præcepta sundete rmplete: vt eum perfectiùs susciperc mereamini. Rectas, hoc est tecta intentione. Gregorius. *Via Domini ad cor dirigitur: cùm sermone ejus diligẽter auditur.* De ipsius meritis ait Dominus.

Philosophi verum Deum inuenire.

Rom. 1.

Ioann. 1.

Isai. 40.

Greg. hom. 7. in Euang.

Inter

Matth. 11. *Inter natas mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* De quo Angelus ad Zachariam. *Ipse præibit ante illum in spiritu & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum.* Quid enim legitur de Elia historialiter, in beato Ioanne, & in multis Sanctorum inuenitur spiritualiter. De Elia scriptum est, quia fugiens persecutionē Iezabel, venit in Bersabee Iudæ, & dimisit ibi puerum suum. Ab inde pergens desertum viam vnius diei, & sedit subter vnā iuniperum, petiitque animæ suæ, vt moreretur, & ait. Sufficit mihi, Domine, tolle animam meā: neque enim melior sum, quàm patres mei: & obdormiuit sub vmbra iuniperi. Cumq; obdormisset, ecce Angelus Dñi tetigit eum, dicens. Surge, sede, comede. Et ecce ad caput eius panis subcinericius, & vas aquæ. Comedit ergo & bibit, & rursum obdormiuit. Et iterum Angelus Domini admonuit eum dicens. Surge comede. Comedit ergo & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius, quadraginta, diebus, & quadraginta, noctibus, vsque ad montem Dei Horeb. Elias, qui interpretatur Deus Dominus, id est qui ait, Deus est Dominus meus, significat vitam pœnitentiū, & mundanam conuersationem fugientium; vt Domini propitiationē impetrare valeant Fugit iustus Iezabel, quæ interpretatur fluxus sanguinis, vel stercorilinium, cùm mundi oblectamenta & carnis desideria relinquere festinat. Hic venit ad Bersabee Iudæ, quæ interpretatur puteus satietatis, id est ad consilium alicuius spiritualis viri. Ibi & peccata sua confitetur, & consilium vesæ satietatis accipit. Reliquit ibi puerum suum, hoc est puerilia opera, & verba quæ in hoc mundo exercebat. Abijt viam vnius diei per desertum. Hæc via significat separationem à mundo. Sedit sub vmbra iuniperi, quia diuino timore cōpunctus se humiliauit Petiit animæ suæ, vt moreretur: hoc est mortificationem à mundanis desideriis ad exemplum patrum suorum elegit. Obdormiuit sub vmbra iuniperi. Per iuniperū, quæ aculeos habet profrondibus, timor Dñi significatur. Ceteræ arbores frondes habent. Hæc autem aculeos: quia ceteræ virtutes delectant, timor verò pungit. Habet & hanc naturam iuniperus: quod carbo eius cinere coopertus, viuit vsque ad annum; quod timori bene conuenit, qui ignem castitatis & diuinæ sollicitudinis in se perfectè custodit. Qui enim timet Deum nihil negligit. Porrò sub vmbra iuniperi obdormire, est mala mundi compunctione diuini timoris deserere. Hunc Angelus Domini suscitat, quia diuina miseratio hujusmodi vel auctoritate verbi, vel diuina inspiratione non desinit admonere, qui dicit. Surge à torpore negligentiæ: sede in humilitate; comede bene operando. Inuenit iste ad caput suum, id est in mente sua, panem subcinericium: id est mala sua considerans, dignos fructus pœnitentiæ in luctu & tremore peragere satagit. Sed ne aspernetur huius panis cū strangulet, apponendus est potus aquæ, id est spes & fiducia spiritualis gratiæ. Sic panis & aqua miscentur, cum in bonis operibus spes & timor associantur. Propterea dictum est in lege. *In loco pignoris non accipias.* id est ne auferas, *superiorem vel inferiorem molam.* Peccata debita dicuntur. Nihil enim aliud est peccatum, nisi auferre Deo, vel proximo, vel sibi, quod ei debetur. Hujus debiti pignus datur, cùm confessio peccatoris suscipitur. Dicitur ergo, in loco pignoris, id est cōfessione peccatoris, ne auferas superiorem vel inferiorem molam, id est spem vel timorem. Superior mola spes, quæ ad superiora trahit: inferior timor, quæ de inferioribus surgit. Animus molendinum est, quod inter has duas molas cogitationes suas & opera molit, vel contexit. Dicitur ergo prælato. In confessione peccatoris, nec sis ita durus in correptione, vt spem auferas: nec tra mollis, vt relicto timore securitatem cōferas. Comedit & bibit, & rursus obdormiuit. Hic non dicitur, quod obdormisset sub vmbra iuniperi; quia peracta pœnitentia, jam non timore, sed virtutum delectatione, mundanæ conuersationis obliuiscitur, secundum illud. *Comedite & bibite; & inebriamini*, & sic eritis castissimi. Comedite bene operando, bibite in bonis operibus delectādo, inebriamini, vt amore cœlestis vitæ obliuiscamini terrenæ cupiditatis. Ad hunc cibum inuitat Angelus secundò commonens. Surge comede: quasi, quæ retro sunt obliuiscens, in anteriora te extendens, sequere ad palmam supernæ vocationis Dei. Hic Deus noster cibus & potus iustis est, & facit tria ad similitudinem corporei cibi. Dat enim sapotem, confert vires, grauat ventrem. Sapotem, cùm dulcis est sermo in audiendo, vires cùm transit in operationem. Grauat ventrem, quia resinat carnalea cōcupiscentias. Inde est, quod Angelus ait ad beatum Ioannem. *Accipe librum, & deuora illum, & erit dulcis in ore tuo, & faciet amaricare ventrem tuum.* Accipe & devora, intellige & imple. Erit dulcis in ore tuo, id est in intelligentia & locutione: & faciet amaricare ventrem in operatione Hoc cibo iustus cōfortatus pergit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: hoc est per prospera & aduersa huius mundanæ conuersationis, vsque ad montem Dei Horeb: hoc est vsque ad contemplationem supernæ maiestatis. Ibi & exaltatur & ab humore totius vanitatis exsiccatur. Horeb enim interpretatur siccitas. Hæc B. Ioanni conueniunt satis aptè Ipse enim mundana desideria quasi Iezabel fugit, & in desertō asperitatem vitæ sustinens, primò habuit cibum in luctu pœnitentiæ, deinde in perfectione iustitiæ. Ita amicus sponsi secutus est sponsum, quia etiam pro eo decollatus est. In cuius decollatione perpendere possumus, quantam pernicies in electis Dei faciat vanalætitia huius sæculi, cùm videamus propter saltationem vnius meretriculæ tantum Prophetam tam vilitet occidi.

Dua mala quid sint.

Animus molendinum est

Cant. 5.

Apoc. 10.

Decollatio S. Ioan. quid doceat

Iuniperus imaginem Dei designat.

Deuter 24.

Hiſtoria Eliæ de Sanctis mariti ser expoſita.

Sermo 1. In festa Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.

Matth. 16. VENIT Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & cetera Cùm Dei cognitionem, ad quam factus erat, homo amisisset inobedientia faciente, nec ad eam nisi per fidem esset reparandus: ipsa veritas Deus Dei filius homo inter homines factus, veritatis fidem mundo exhibuit, vt ad hominē Deū esset via homini per Deum hominem. Si enim est via inter eum qui tendit, & illud quò tendit, est spes perueniendi. Si autem desit, aut ignoretur via, quid prodest nosse quò eundum est, si ignoretur quà eundum est? Hæc est autem via munitissima, aduersus omnes errores, vt ipse credatur Deus & homo: Deus quò itur, homo quà itur. Huius fidei fundamentum, isti duo Petrus & Paulus in mundo demonstrauerunt. Petrus in circuncisione, Paulus in præputio. Qui enim operatus est Petro in apostolatu in Iudæis:

operatus est & Paulo inter gentes. Videamus de
Mat. 16. Petro. Act Evangelista. *Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi: & interrogauit discipulos suos dicens. Quē dicunt homines esse filium hominis? Qui respondérunt. Alij Ioannem Baptistam, alij Ieremiam, aut vnum ex Prophetis* Hæc responsio ex
Error quorundam Philosophorum. errore Gentilium Philosophorum processit: qui dicebant humanas animas ex corporibus exeuntes, in alia iterare, & secundum merituin præcedentis vitæ, meliora vel detestora corpora sortiri. Hac opinione iducti erat Herodes, qui audita fama miraculorum & doctrinæ Christi, ait.
Marc. 6. *Hic est Ioannes Baptista, quem ego decollaui. Ipse surrexit à mortuis, & virtutes operantur in eo.* Post auditam opinionem hominum, ait Iesus. *Vos autem quem me esse dicitis? Respondit Petrus. Tu es Christus filius Dei viui.* Ecce perfectio fidei nostræ. Cùm enim ait, Dei filius, Deum confessus est: cùm ait Christus, hominem ostendit. Et hæc est fides nostra, vt credamus Deum & hominem; Deum, per quem facti; hominem, per quē sumus reparati. Huic confessioni Dominus dignum meritum apposuit, cùm dixit. *Beatus es Simon.* Est enim fides beatitudinis meritum, & beatudo fidei præmium. Et ne Petrus sibi hanc confessionem arrogaret, addit, *Bariona.* Bariona filius columbæ. Quasi diceret. Hæc confessio non est ex te, sed per Spiritum sanctum accepisti.
Matth. 16. Caro & sanguis quid hoc loco. Vnde subdit, *Quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui est in cœlis.* Caro & sanguis hic intelligitur doctrina Scribarum & Pharisæorum: qui in carnalibus obsetuantijs erant, & carnalia docebant A quibus Petrus hanc confessionem non habuit, imò Deus Pater filio reuelauit: ideò Spiritus sancti, manifestauit. Qualiter autem hæc fides sit fundamentum Ecclesiæ, manifestat dicens. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus,* hoc est firmos à me, qui sum petra, id est firmitas *& super hanc petram,* id est hanc firmitatem, quā de me confessus es. *ædificabo Ecclesiam meā.* Ecce fundamentum, quod posuit Petrus. De eodem
1. Cor. 3. Paulus ait. *Fundamentum aliud nemo potest ponere. Si quis autem super hoc fundamentum ædificauerit aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam: vnuscuiusque opus quale fuerit, ignis probabit* Omnis qui ædificat, fundamentum structuræ præponit: quia fides Christi omnibus operibus Christianorum præponenda est. Alioquin sine fide impossibile est placere Deo. Structores autem diuersi suot, alij perfecti alij imperfecti.
Amor Dei solus vel summus in quibus. Amor enim Dei aut solus est, aut summus Solus in perfectis, summus in imperfectis. Solus in illis, qui aurum & argentum & lapides pretiosos superædificant. Aurum in contemplatione sapientiæ: argentum in prædicatione doctrinæ, lapides preciosus in virtutibus, & in perfecta operatione. Isti sunt perfecti, qui nihil præter Deum amant, qui omni modo Deo placere laborant. Imperfecti, ligna, fœnum, stipulam, in fundamento ædificare dicuntur. Ligna in amore possessionis, fœnum in amore cognationis, stipulam in amore familiaritatis; sine in alijs negligentijs, quę eameo ooo ducunt ad mortē, nec vitam demunt, Opera istorum ignis probare dicitur, qui tripliciter intelligi potest: in futuro scilicet iudicio, & in præsenti sæculo. Non improbabiliter creditur, beat° Augustinus ait, ignis purgatorius in die iudicij inter cœlum & terram extendi, per quem animæ resumptis corporibus transibunt. Animę verò perfectorum oibil detrimenti patientur
inigne, quia in illis nihil ad purgandum remansit: sed sicut aurum & argentum sine læsione ignis mercedem accipient. Imperfecti verò, qui ligna & fœnum ædificauerunt, hoc est aliquid *Aliquid*
præter Deum, non tamen contra Deum dilexerunt, quia in eis aliquid est purgandum, detri- *præter, non*
mentum patientur: tamē quasi per ignem salua- *contra Deum*
buntur: & hoc est quod Apostolus ait. *Si cuius* *diligere,*
opus manserit, mercedem accipiet: & sicuius opus *quid sit.*
arserit, detrimentum patietur. Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Sicut in die judicij, 1. Cor. 3.
sic in tempore martyrum, ignis tribulationis inventus est. Cum enim diceretur martyri, aut negabis, aut diuersis tormentis afficieris, ipse gaudebat: quia solum Deum diligebat, & omnia aduersa pro eo pati desiderabat. Imperfectus ad hanc vocem timebat: quia quædam diligebat præter Christum. Quia verò nihil cōtra Christū, potius eligebat aduersa sustinere, quam negare. Potest etiam ignis iste inueniri in nobis. Sunt enim quidam inter nos, qui verè dicunt eum Apostolo. *Gloriamur in tribulationibus, scientes quia ad* Rom. 5.
tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio verò spem. Quibus etiam per Iaco- Iac. 1.
bum dicitur. *Omne gaudium existimate, fratres, cùm in varias tentationes incideritis, scientes quoniam probatio fidei vestræ patientiam operatur. Patientia autem perfectum habet, vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes.* Perfecti in operatione: integri in remuneratione. Imperfectorum vox est, *Propter verba labiorum tuorum, ego custodiui* Psalm. 16.
vias duras. Isti tolerāt igneiu, quia nondum omnem negligentiæ corruptionem depsuerunt: quibus Dominus per Isaiam quasi irridendo ait, *Ecce vos accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, & inflammis quas succendistis* Et est sensus. Quòd sentitis ignem tribulationis in Dei seruitute: hoc non ex natura procedit, sed ex vestra corruptione De illis autē, qui in ædificatione sua fundamentum non præponunt, quia magis temporalia, quàm Christum *Quinam*
diligunt, quia non habent fundamentum: dicen- *nec per ignē*
dum est, quia nec per ignem saluabuntur. Non *saluabuntur*
enim in eis aliquid purgabile, sed tantum sordes invenientur, & quæcumque digna sunt perpetua combustioue. His congruit illud Isaiæ. *Fremedo & fouea, & laqueus super te: qui habitatur es* Isai. 24.
terra. Intempore siquidem martyrum quidam tormenta passionis formidauerunt, & ideo in foveam negationis corruerunt: cùm verò expectarent à negatioue exire per pœnitentiam, laqueo mortis detenti suot. Hæc super te, qui habitator, hoc est amator, es terræ. Formidasti tormentum mortis, & ideo iocidisti in foveam negationis: & aotequam pœniteres, decentus es laqueo mortis. Sic amatores terrenorum etiam temporibus oostris formidant penuriam oeceSSitatis, & ideo incidunt in foveam iniquitatis: & cùm differunt pœnitere, retioentur laqoeo mortis. Heu miser! quàm dissimilis vita tua, & expectatio tua, abillo, qui ait. *Ingrediatur putredo tua ossibus meis, & sub-* Habac. 3.
ter me scatear terra vermibus. Quo fine? *Vt requiescam,* &c Hoc est, vt in die tribulationis maiorum, merear associari congregationi istorum. Hanc fidem confirmauerunt Apostoli: Petrus cruce, Paulus gladio: & super eam domum Dei ædificaverunt. Petrus fecit quasi parietes de Iu- *Petrus cui-*
dæis. Vnde cæmentarius dictus est: quia primi- *mentarius.*
tivam Ecclesiam in Iudæis convertit. Paulus vesò architectus, quia ad cōsummationem domus

Dei, gentes quasi fœnum adduxit.

Sermo 1. In Assumptione Beatæ Mariæ.

Ecclesia. *Assumpta est Maria in cœlum, gaudent Angeli laudantes benedicunt Dominum.* De Assumptione B. Virginis Mariæ Angeli gaudent in cœlis, meritò & nos gaudemus in terris. Ipsa est enim virga, quæ protulit florem, qui spargit in mundo suavem salutis odorem. Odore siquidem Christi repletus est mundus, de quo dictum est. *Ecce odor filij mei, sicut odor, agri pleni.* *B. Virgo virga. Christus flos.*

Genes. 27. Benedictio eius de rore cœli, & de pinguedine terræ, id est pluvia eloquiorum cœlestium, & de congregatione populorum. Benedictio etiam suæ fœcundi & vini. Hæc est congregatio fidelium; quam sacramento corporis & sanguinis sui congregavit. Ipse venit ad nos, in Virgine, quasi in sole, posuit tabernaculum suum: & do utero eius, velut de thalamo suo tamquam sponsus procedens, exultavit, ut in via huius sæculi pro salute nostra Patri obediens usque ad mortem perseveraret: & sic Ecclesiam à damnatione antiqui hostis liberatam, & sanguine suo dotatam sponsam sibi associaret. Hæc est verè gratia plena: quia gratia Deo, Angelis & hominibus. Deo per humilitatem, Angelis, per virginitatem: hominibus per fœcunditatem. Hæc est terra, de qua Dominus panem eduxit, cum filium suum de facta Virgine natum, prædicari fecit, ut sic vinum lætificet cor hominis, id est Evangelica prædicatio de miserore peccati, ad spem veniæ nos reformet: & exhilaret faciem in oleo, id est quem promisit ab antiquis, per Spiritum sanctum impleat & confirmet. Et panis cur hominis confirmet, id est corpus Christi dignè sumptum, ad tolerantiam passionum corda nostra corroboret. Hæc omnia nobis dona ex facta Virgine Maria. Per ipsam Christus Dei filius venit ad nos, assumpta humanitate redemit nos, resurrectione & ascensione sua vivificavit nos, & ad cœlestia sublimavit: & hodierna die beatæ Virginem matrem suam de sæculo nequam assumens, post se super choros Angelorum exaltavit. Vnde nobis firmam & indubitabilem fiduciam ascendendi præbet, si vitam eius & mores voluerimus imitari. Non est enim personarum acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Quemadmodum assumpta est igitur beata Maria, inte post eã assumenda creditur Ecclesia. Ipsa est enim & caput & principale membrũ Ecclesiæ, & spes prima post Deum. Itaque sicut Christus in Mariam descendens, habitavit in ea corporaliter, sic quotidie sanctã Ecclesiam visitans, habitat in ea spiritualiter. Est enim Ecclesia mater ei⁹, verbi prædicatione ipsum generando: est amica, secretorum eius conscia existendo: est soror, hereditatẽ cum co participando. Et sicut Christus natus est in mundo, sic quotidie nascitur in corde mundo. Natus est in Iudæa de virgine, nascitur de Ecclesia in fidei confessione. Inuentus etiam in templo post triduum in medio doctorum: quia post coeptionem cogitationis, & sermonis, & operis, in oenitur in templo, id est in consortio iustorum, in lege, & Prophetis, & cæticis spiritualibus. Quomodo Christus ad nos veniat, & de sæculari conuersatione nos educat, Salomon indicat, cùm in persona sponsi loquitur dicens. *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris, & loquar* *Cant. 4.* *sponsę meę. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Veni de Libano veni coronaberis, de capite Amana, & de vertice Sanir.* Verba sunt sponsi. Sponsus Ecclesiæ Christus. Dilexit eã in Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, ut undans eã lauacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet eam sibi in præsentia non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed ut esset sancta & immaculata. Odorem siquidem confessionis habet, neque rugam doloris duplicitatis. Vt non haberet maculam, lauit eam pretioso sanguine: ut non haberet rugam, extendit eam in cruce, sed ut sit sancta corpore & spiritu: corpore, per sanctificationem carnis: spiritu, claritate mentis. Sponsus, quia modò spondet se ipsum Ecclesiæ, si fidem ei seruauerit, ne fornicetur cum dæmone, copulabit eam sibi tandem in cœlestibus nuptijs. Sponsa Ecclesia, quæ fidem seruans spondet se Deo, & renuntiat pompis Satanæ. Beata coniunctio sponsi & sponsæ, creatoris & creaturæ! Per hanc coniunctionem Christus cum sponso peregrinatur in exilio, sponsa cum sponso regnat in cœlo. Dicit ergo sponsus. *Vadam*, id est visitabo sponsam meam & gratiam ei conferam. *Admonebo* *Cant. 4.* *myrrha, & adolebo thuris.* Istæ duæ sunt dictæ per quas Dominus venit ad nos: scilicet per mortificationem carnis, & per devotionem orationis. Aliter enim non veniet, nisi prius mortificaverimus carnem cum vitijs & concupiscentijs. Qui enim in carne sunt, id est in carnali delectatione, Deo placere non possunt. Prudentia carnis mors est, legi autem Dei non est subiecta. Neque enim potest. Caro quidem potest, sed prudentia carnis non potest. Natura potest, sed vitium non potest. Velut claudus non potest esse subjectus rectæ ambulationi. Pes quidem potest, sed claudicatio non potest. Quomodo autem caro coercenda sit, scriptura ostendit dicens. *Cibaria, & virga, & onus asino: panis, & disciplina, & opus servo. Alioquin qui enutrit servum suum delicatè à principio: postea sentiet eum contumacem.* *Eccli. 33.* Post mortificationẽ carnis, sequitur devotio orationis: secundum illud B. Iob. *Eligat suffendium anima mea, & mortem ossa mea.* *Iob 7.* Et mortificanda sunt opera carnis, ut exurgat anima ad devotionem cõtemplationis. Cuncta detestabilis hypocrita uitetur. *Non sit in recordatione: sed conteratur tam quam lignum infructuosum. Pavit enim sterilem, & quæ non parit, & viduæ bene non fecit.* *Iob 24.* Oratio autem significatur per incensum, quod offerebat sacerdos in altare thimiamatis. Vnde sacrificium dicebatur in lege vespertinum & matutinum. Vespertinum in signo passionis: matutinum in signo resurrectionis. Inde Psalmista. *Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* *Psal. 140* Prius enim offerendum est sacrificium vespertinum in imitatione passionis, ut postea perveniat ad matutinum, id est ad gloriam resurrectionis. Forma orationis ostenta est nobis in Iacob, qui dimissis turbis luctatus est cum Angelo tota nocte, donec dixit Angelus ei. *Dimitte me aurora est. Qui respondit ei. Non dimittam te,* *Genes 32.* *nisi benedixeris mihi. & benedixit ei in eodem loco.* Tetigit nervum femoris eius & fecit claudum, & mutauit nomen dicens *Amodo non vocaberis Iacob: sed Israël erit nomen tuum.* Beatus Augustinus videtur velle, hanc luctationem tantum in oratione fuisse. Iacob siquidem, id est vir religiosus, dimissis turbis, id est sæcularium curis post positis, quæsiit locum ad orationem. Qui luctatur, modo superat, modo superatur. Superat, cùm oratione adeò intentus est, ut vox clamet, oculus ploret, cetera corporis membra anxietate

Sponsus Ecclesia Christus.

Duæ dictæ per quas Dominus venit ad nos.

Virgo terra est. de qua panem Deus adduxit.

Oratio per incensum significatur.

sare contremiscans, viscera & omnia intestiora gemendo concuciantur. Tunc verè Iacob superat, quãdo compos voti efficitur. Quomodo anim supernus inspector, qui cor contritum & humiliatum non despicit, imò iuxta est his, qui tribulato sunt corde, huic sic affecto, sic contribulato denegaret veniam & misericordiam? Alias superator, cùm in oratione affectionem & cõtritionem habete non meretur. Non tamen desinat, luctetur in nocte, dũ ignotat adhuc ad quẽ finem petueniat: vt tandem audire mereatur. Dimitte me, aurora est. Quasi diceret. Dimitte orare pro remissione peccatorum, quia tenebræ trãsierunt, idest peccata dimissa sunt: & aurora, idest lux remissionis refulsit. Cui Iacob. Non dimittã te, nisi benedixeris mihi. Sicut enim prius orauit pro remissione peccatorum: ita deinceps orabo pro obtentu virtutum Priùs afflictio, vt peccata diminuantur: postea, vt spirituales gratiæ concedantur. Tunc maximè prodest pœna, cum non punit delicta, Propterea benedixit ei Dominꝰ, & claudum fecit. Duo siquidem pedes, duo sunt amores, Dei & mundi Cum hic roboratur, ille debilitatur Sic Iacob & benedictus, & claudus. Benedictus in spiritualibus dunis, claudus in amore carnis. Ea hoc vocatur non Iacob, sed Israël Qui enim priùs laborabat in luctamine, deinde, sequiescit in diuina visione In terra dicta loquitur cum sponsa. Hæc est familiaritas intimæ cõtemplationis. Tota speciosa es amica mea. Anima recedens à Deo, voluntate, actione, & cõsuetudine prana, tota turpis efficitur: conuersa veto ad eum pœnitẽtia cordis, confessione oris, satisfactione operis, tota fit speciosa. Hanc speciositatem sponsus admirans, laudando ait. *Tota speciosa es, amica mea* Verè tota, quia macula non est in ea. quæ impediat ad vitam. *Veni ergo de Libano* Ter dicit veni, quia tribus vicibus venire debemus ad Deum. Venit quidem anima, quamdiu est in corpore, operatione, & dilectione, venit exuta à corpore. vt sub altare Dei foueatur in requie. Veniet tandem resumpto corpore, cum satiabitur in manifestatione superne gloriæ. *Coronaberis de capite Amana* Sic sancta Mariã à superno sponso vocata, ad æthereum thalamum est assumpta, & post eam Ecclesia assumenda est. Illa præcedit: hæc sequitur. Audiamus vocem præcedentis. *Nigra sum, sed formosa.* Nigra quidem, multis tribulationibus exterius afflicta: sed intus formosa, candore virtutum splendida. Huic voci respondeamus; *curremus in odorem unguentorum tuorum.*

Genes 32. *Iacob benedictus & claudus quid.* *Cant.* 4. *Ibidem.* *Cant.* 2.

Sermo 2. *In Assumptione B. Mariæ.*

Luc. 10 *Tres vitæ in hoc mũdo* *Genes.* 19.

IN tranie Iesus in quoddam castellum, &c. Visa historia, videamus spiritualem intelligentiam. Intrauit Iesus in quoddam castellum, quando venit peccatores salnos facere in hunc mundum. Hic inuenit duas sorores, id est duas sectas, quæ eum susceperunt. Etenim in hoc mundo tres vitæ esse cognoscuntur. Vita philargirica, actiua, & contemplatiua. Prima reproba est, & Deum non suscipit. Amat enim & sequitur ea, quæ pereuntia sunt, & æterna contemnit: quales fuerunt Sodomitæ, qui muti à laude Dei, proprijs voluptatibus satisfaciebant, & more mutorum animalium carnalitet viuebant. Vnde digna pœna & nocumenta peccato corũ damnati sunt. Plouit enim super eos ignis cum sulphure, vt per hoc ostenderetur ardor libidinis eorum cum fœtore, & in cinerem redacti sunt. Quantum verò peccata eorum abominanda sunt, patenter in sulphureo lacu ostenditur, qui permanet in ciuitatibus eorum; vbi nec pisces, nec auis, nec bestia viuere potest. Quidam verò videntes huius incendij damnationem, & horridum scelus expauentes, fugiunt de hoc incendio, & ad legitimã vitam se disponunt. Hoc significauit Lotli, quãdo de Sodomis exiuit, ne periret & in ciuitate Segor, quæ parvula interpretatur, demoratus est. Quia verò hæc frequenti terremoto concutiebatur, Lotb ad montem postea, vt securus esset, ascendit. Segor significat actiuam, scilicet coniugalem; in qua multa licita sunt, quæ incendijs malitiæ proxima sunt. Vnde & frequenti tetiæ motu tribulationibus huius mundi sæpe concutitur. Propterea quidam eam deserentes, ad exemplum Lotb ad montem contemplationis ascendunt. Hæ duæ vitæ per Martham & Mariã significatæ sunt. Istæ Dominum suscipiunt Hic est enim tabernaculum Dei cum hominibus. Ipsi populus eius, & ipse Deus cum eis erit eorũ Deus. Martha actiuam significat, quæ satagit circa frequens ministerium. Quæ cùm requireret auxiliũ sororis suæ, audiuit. *Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima* Quasi diceret Bona sunt opera quæ agis, & huic vitæ mortali necessaria. In futuro autẽ locum non habebunt. Vbi enim non aluntur quilꝫ, non erit opus satiare esurientẽ, & sic de ceteris. Vbi enim non erit locus miseriæ, non erit necessarium opus misericordiæ Vnde ait Dominus. *Porrò vnum est necessarium.* Dequo Psalmista. *Vnam petij à Domino, hanc requiram.* Et Apostolus, *Fratres, non me arbitror comprehẽdisse. Vnum autem est, quod non apprehendi. Quæ retro sunt obliuiscens, in anteriora me extendo, sequens ad palmam sup vnc vocationis Dei* Ad hanc vnam tendebat idem Apostolus, cùm dicebat. *Scio, quòd in nullo confundar; sed fiducia semper, sicut & nunc magnificabi in Christus in corpore meo*, id est in opere, *siue per vitam, siue per mortem*. Ad hoc enim viuo; vt ipsum magnificem. Quando autem moriar, exemplum laudandi alijs relinquam. Mihi autem viuere Christus est, & mori lucrum: quia & in vita laudabo, & in morte ipsum præmium habebo. Hoc vnum elegit Maria; de qua Dominus. *Optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Ibi enim vera requies sine labore, vera delectatio sine amaritudine, ibi veritas putè carneret, & felicitas in suo fonte biberet. Ex hoc fonte babemus in præsenti, vt prudenter, fortiter, temperanter, & iustè viuamus. Visa allegoria, videamus moralitatem: scilicet quomodo verba hæc ad laudem B. Mariæ pertineant. In lege enim scriptum est. *Si intraueris in segetem proximi tui, comede spicas, quantum volueris, tantum tenens eas manu, falce autem non metas.* Proximus nostri Christus est, seges eius sancta Scriptura. Segetem intramus, quando Scripturam sacram studiosè legimus; spicas comedimus, cùm diuinas sententias ad ædificationem vitæ nostræ assumimus. Manu conterimus, cùm sobrietate sacramenta Scripturarum iodagamos. Falce autem non debemus metere; hoc est eamdem Scripturam sensu hæreticæ prauitatis corrumpere. Contemplamus igitur adhuc & hanc spicam; vt granum ad hanc refectionem alicia-mus. Castellum habet duo, turrem & murum. Alterum per alterum defenditur. Turris enim sine muro debilior est: murus sine turre minor est.

Luc. 10. *Deuter.* 23. *Seges Christi sacra Scriptura.* *In Castello turris & murus.*

defensionem habet. Intraoit itaq; Iesus in quoddam castellum, cùm descendit in uterum Virginis. Verè Virgo castellum: quia & turrem habuit humilitatis, & murum castitatis. Quæ duo sexus uterum defendentia verè Virginem commendant. Fuit enim in ea & humilis virginitas, & virginalis humilitas. Propositum virginitatis in hoc perpenditur, quia cùm Angelus dixit ad Mariam, *Ecce concipies in utero, & paries filium*, respondit, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Hinc patet, quod virginitatem proposuit. Alioquin poterat virum cognoscere, quæ nondum cognoverat. Humilitatem verò perfectè exhibuit: quia cùm ad verba Angeli posset excidi, respondit. *Ecce ancilla Domini.* Et alibi. *Humilitatem ancillæ suæ respexit Deus.* In eadem Virgine susceperunt Martha & Maria Iesum: quia in ea habitavit ibi Christus & misericordiæ actionem, & veritatis contemplationem. Hæc est illa Sion, quam elegit Dominus in hereditatem sibi: hæc requies eius in sæculum sæculi. Sapientia namque Dei Patris, quæ in omnibus requiē quæsiit, hic velut in hereditatem Domini habitare disposuit. Hic Iacob & Israël: Iacob in virtutū supplantatione: Israël, in mentis quietis contemplatione.

B. Virgo castellum.

Luc. 1.

Ibidem.

Sermo 1. in Natiuitate beata Maria Virginis.

Ecclesia verba.

NAtiuitas gloriosæ Virginis &c. De nativitate beatæ Virginis verè gaudium est: quia per fructum quem attulit, quæ sunt in cælis & in terra in plenitudine temporis restaurata sunt. Quæ in cælis, cum numerus Angelorum per vilē apostatam imminutus, ea hominib' reparator. In terra: quia prædestinatis ad vitam Ch. ista duce ad regnum cælestū perducuntur. Ipsa caput & exemplum nostrum. Vnde ipsa in Ecclesia, & Ecclesia in ipsa figuratur. Passiones siquidem, quas in præsenti sancta Ecclesia sustinet, & victoria, quā ex ea iode consequitur, ad illam respiciunt. In eius itaque laude, victimus simul Ecclesiæ canitur pugna, de qua beatus Ioannes ait. *Signum magnum apparuit in cælo: mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Et habebat in utero, & clamabat parturiens, & cruciatur, vt pariat.* Habens in utero mulier ista, beata Maria cum tota sancta Ecclesia rectè intelligitur. Mulier, quia fecunditatē habet, ex patiatur illud maledictum. *Maledicta sterilis in Israël, & quæ non fecerit semen.* Debet enim sancta Ecclesia, & quæq; fidelis anima, Deo fructū virilis devotionis, ac bonæ operationis, ne subiaceat maledicto sterilitatis. Amicta sole: quia Christo auctore, & gubernatore, contra æstū cuiuslibet tentationis protegitur. Luna sub pedibus eius: quia tēporalia bona, quæ per lunā significantur, sub se comprimit, ac despectu mentis calcat. In mūdo enim vitat superfluitatem, contenta necessitate: ablevoans, q̄ Apostolus ait. *Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec aliquid inde possumus auferre.* Habentes igitur victū, & quibus contegamur, his contenti simus. Beata, quæ sic transit per bona tēporalia, vt non amittat æterna. Habens in capite coronam stellarum duodecim: quia in primordio ecclesiasticæ per doctrinam Apostolorū decorata est. Vel in capite, id est in manibus suis, per eamdem doctrinam contra hostem diabolū quotidie victoriam consequitur. Et habet in utero, id est in memoria, verbum Dei scilicet. Et clamat prædicando laborans, vt aliquos in locē emittat. Et cruciatur, vel ab inimicis persecutionem sustinendo, vel seipsum affligendo, vt fructū bonæ operationis Deo pariat. Hic labor & cruciatus ex prævaricatione primi parentis descendit: cui dictum est. *In dolore paries filios.* Corrupta siquidē humana natura, ad opus bonum sine dolore reparari non potest. Salvabitur tamen, vt ait Apostolus, per filiorum generationē, id est bonorum operum propagationem. Adæ quoque dicitur. *In sudore vultus tui vescēris pane tuo.* Panis noster Deus est, ad quem comedendum & diligendū per multas tribulationes venitimus. Manè enim cecidimus, secundùm illud, *Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.* Oportet itaque laborare cum gemitu ac suspiriis, dicentes cum beato Iob *Antequam comedam suspiro.* Descripta vita, & habitu prædictæ mulieris, videamus tamen, quod sustinet ipsa. *Et ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decem.* Draco iste intelligitur diabolus, propter malitiā. Magnus, quia magnæ potestatis: vnde fortis armatus, & princeps huius mundi dicitur. Rufus propter persecutiones Martyrum: vel quia quolibēq; potest, trahit in peccatum. Capita eius septem principalia vitia dicuntur, in quibus fortitudo eius apparet, & astutia. Cornua, omnes persecutores decem præceptis legis aduersantes: vel diuinæ, quibus similiter præcepta legis confusa dissipantur. Caudam eius trahebat tertiam partem stellarum cæli, id est deceptiones, quibus vitia celantur: vt cauda turpitudo omnes reprobos de numero illorum qui videbātur esse luminaria Ecclesiæ, traxit in terram, hoc est in terrenorum delectationē. Descripta mulier prius se, & draconem per se, ostenditur pugna ipsorum. Ait enim, *& draco stetit ante mulierem, vt cum peperisset, filium devoraret:* hoc est diabolus tanta potestate confisus, paratus est nocere & impugnare Ecclesiam, vt cum aliquem in locum fidei emitteret, devoraret ad peccatum, vel etiā fructū boni operis: Illius præveniret. Diabolus siquidem, tribus modis nobis subveniendo insidiatur. Primò, ne faciamus bonum, deinde vt saltem in via boni operis contemnamus: ad vltimū vt de peracto opere superbiamus. Quando ad eius suggestionem, ovo desistimus ab incepto propositi boni: conterimus caput serpentis. Si iustè recta exequēdo perseveraverimus, nō potest nos removere à via boni operis. In his frustratus, nititur insidiari calcaneo nostro, cum in finē omnimodis soperibit meminerit, de opere bono. In principio igitur caput eius conterendum est, in fine calcaneus eius vitiosus est. Contra hunc hostē optimum habemus auxilium. Sequitur namque & *peperit filium masculum*: Maria scilicet Christum corporaliter, & Ecclesia eundem verbo & exemplo in cordibus fidelium spiritualiter: *qui rectus vus erat omnes gentes virga ferrea*, hoc est inflexibili iustitia; *hic raptus est ad Deum*, quia ascendens ad cœlos, altissimum posuit refugium suum. Huius auxilio confisi fideles, licet binc inde variis fluctibus tentationum agitentur, certi sumi, cum in eo qui dixit, *confidite, ego vici mundum*, quod eo cō tra hostem diabolum victoriam consequentur.

Capita & cornua draconis quid.

Apoc. 12.

Apoc. 12.

1. Tim. 6.

Ioan. 16.

Sermo 2. In Natiuitate B. Mariæ Virginis.

DOminus præcepit Moysi, vt de duodecim tribubus filiorū Israël duodecim virgas acciperet, & poneret eas in tabernaculo. Quod & factum est. Altera die inuēta est virga Aaron floruisse & floruisse: & peperisse nuces. Hoc factum

Num. 17.

est ad testimonium, & confirmationem Sacerdotij eius. Virga est beata Maria. Sicut enim illa virga sine aliquo succo humoris protulit fructũ: sic B Virgo sine viri semine protulit Christum. In nuce Christus figuratur. Nux enim habet tria, corticem, testam, & nucleum. In cortice amaritudo passionis, in testa fragilitas carnis, in nucleo dulcedo diuinitatis. Hic est Sacerdos noster, qui legem dedit, & pro nobis orauit, & se ipsum immolauit. E quibus autem partibus orta est beata Virgo, Euangelista ostendit, cum ait. *Liber generationis* Generatio ista est quasi hoca. Hamus ab hac linea procedens est Christus, de quo Dominus ad B. Iob ait. *Numquid capies Leviathan hamo, aut armilla perforabis maxillam eius?* Leuiathan, qui interpretatur additamentorum eorum, significat diabolum, qui promissis homini augmentum diuinitatis, & intulit diminutionem miseriæ mortalitatis. Iste Leviathan videns Christum humana carne vestitum, quasi hamum esca tectum, momordit escam carnis, & captus est hamo diuinitatis. Maxilla etiam eius atque illâ perforata est, quia cum iam putat se se deuotasse peccatores, ab eius ore per bonam operationem, & pœnitentiam euellunt. Annulus qui conjungis hamum lineæ: est beata Maria. Dicit ergo. *Liber generationis* Cuius? Non Adæ nus per dentis; sed *IESV CHRISTI*, nos saluantis. Non Adæ capellentis nos de paradiso, sed Christi nos seductentis ad paradisum. IESVS fuit proprium nomen, sicut nuntiatum est ab Angelo: Christus vero nomen officij, & significat eum vnctum in Regem & Sacerdotem, *Filij David, filij Abraham.* Istorum dictus est filius, quia bis tantum promissus est Christus. Abrahæ quidem dictum est, *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Et Dauid. *De fructu ventris tui, ponam super sedem tuam.* Et in Paralipomenon. *Erit*, inquit, *cum impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te* Quod patet non dici de Salomone, qui viuo Patre cœpit regnare. David positus est ante Abraham, quamuis in generatione carnali præcedat Abraham: quod intelligentiæ spirituali congruit. David namque manu fortis, vel visu desiderabilis interpretatur; Abraham verò pater multarum Gentium. Prius quidem fuit Christus manu fortis in passione, viso desiderabilis in resurrectione: postea pater multarum gentium in ascensione, quando misit Spiritum sanctum, & ad unionem fidei suæ totũ mundum congregauit, vt ait Prophetа. *Qui ædificat ascensionem suam in cœlo, & fasciculum suum fundauit in terra: Dominus nomen est illi.* Ædificauit ascensum Deus, cùm Christus ascendit: fasciculũ fundauit in terra, cùm misso Spiritu sancto. Gentiles & Iudæos, in eadem fide colligauit. Nosandum, quod in his patrib⁹ genealogiæ omnes fideles Christo adhærentes significãtur. Dicit enim Dominus. *Quicumque fecerit voluntatem patris mei, ipse meus frater, & soror, & mater est*, Masse generando, frater & soros obediendo. Vnde quadraginta duæ generationes computãtur. Sicut enim filij Israël per quadraginta duas mãsiones, ad tertiam promissionis peruenerũt: sic & fideles per quadraginta duas virtutes, quæ in istis significantur, perueniunt ad Deum. Vnde isti patres primi patres, scilicet Abraham, Isaac & Iacob, tres virtutes significant, fidem, spem, caritatem, quæ nos Deo coniungunt. Abraham pes exemplum sui, figurãt virtutem fidei, quia de quo legitur. *Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam.* Ipse enim fuit prima via credendi, qui quando tres vidit & vnum adorauit, sacramentum sanctæ Trinitatis & veritatis occulta indicauit. Isaac significat spem, qui interpretatur risus, quia fuit gaudium parentum. Fuit etiam spes patris, dum fidem promissioni adhibendo, se filium habiturum speravit. Spes similiter est gaudium nostrum, dum æterna bona sperare facit, & inde gaudere. Abraham genesar Isaac, fides spem: nata Apostolum, qui ait. *Fides est substantia* id est firmamentum, *rerum sperandarum.* Frustra enim sperat, qui non credit. Natorios Iacob ea his, id est, caritas ex fide & spe. Quod enim credimus, quod speramus, diligimus. Iacob significat caritatem, qui bimembris est. Prius dictus est Iacob, post luctatorem cum Angelo Israël, quia Deum vidit in Angelo. Hic habuit duas vxores, quia caritas duos ramos habet, dilectionem Dei & proximi. Dilectio Dei prior est natura & dignitate, dilectio proximi prior est tempore. Deus est summum bonum, & per se, non per aliud: cetera bona ex summo bono. Deus ergo diligendus est, quia bonus est per se: cetera autem diligenda sunt, quia ea summo bono sunt, non propter se, quia per se bona non sunt. Cùm igitur creaturæ bonæ sint per illud summum bonum, diligendæ sunt, in quantum ea ipso. Sed rationalis creatura, quæ adhæret Deo, cùm Deo servit, & cùm diligit, dupliciter diligenda est: tum quia in quantum creatura est, ex Deo est, tum quia sponte Deo adhæret, & Deo servit. Proximus itaque qui bonus est adhærendo Deo, duplicitèr diligendus est: tum quia creatura Dei est: tum quia bonus est. Malus autem proximus tantum diligendus est, quia creatura Dei est. Pasce ergo illum, sustentando substantiam quam fecit Dominus: sed peccatum, quod neque bonũ est per se, neque ex bono Deo est, debes odisse. Itaque diligendus est, in quantum creatura est. Videtur esse contrarius Iesus filius Sirach, in eo quod dicit. *Impio nihil dederis.* Sed hoc ideo, præcipitur ne aliquis fuvcat eum ad iniquitatem suam exercendam. Prohibetur igitur, ne nutrias superbum, sed non prohibetur, vt homo pascator. Bonum faciamus ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei. Ecce habemus, quod amor proximi ostenditur esse ordinata amore Dei, sed tamen temporalibus per dilectionem Dei. Ideo prius Iacob, post Israël dicitur quia in præsenti primus homo contra vitia luctari debet, & in amore proximi laborare, vt post Israël dicatur: id est vt postea Deum diligat, & diligendo Deum videat, in præsenti per fidem, in futuro per speciem. In his tribus virtutibus est tota perfectio vitæ: & nullæ virtutes sine his ad patriam ducunt. Cetera autem quæ sequuntur, sunt quasi ornamentum & augmentum meriti Sed si in his non erramus, sequitur Iudas, id est confessio, per quam castigamus. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar: quia confessio genuerat diuisionem à vitijs, & ortum virtutum, de Thamar, id est de amaritudine pœnitentiæ.

Virtutes patrum genealogia Christi.

Patres figurata.

Sermo I. In die Omnium Sanctorum.

BEati pauperes spiritu, & cetera. Ipse qui quondam aperuit ora prophetarum: hodie ad doctrinam nostram aperit os suum. Dedit per Moysen legem veterem in decem præceptis: in quibus omnia, quæ in lege mandata sunt, cõtinentur:

B. Virga per virgam Aaron figuratur.

I. Ib 40.

Matth. 1.

Genes. 22. Psalm. 13⁰. 1. Paralip. 17.

Amos 9.

Mat. 12.

Hebr. 11.

Genes. 15

Cetera bona ex summo bono.

Proximus duplicitèr diligendus.

Matt. 5.

In hoc autem ſermone dat nouum teſtamentum in ſeptem virtutibus: ad quas omnis doctrina etiã Euãgelica reſpicit. Septẽ ſunt dona Spiritꝰ ſancti: Septem ſunt petitiones in oratione dominica: ſeptem ſunt beatitudines virtutes. Quæ omnia conueniunt. Etenim per petitiones venitur ad dona, per dona ad virtutes, per virtutes ad beatitudines. Sed in Prophata cõpũtatus dona à ſuperiori deſcendẽtia ad nos, cum dicitur, *Spiritus ſapientiæ & intellectus. ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, ſpiritus timoris Domini*: quia de Chriſto deſcendẽte ad terras agebat. Similiter in oratione Dominica à ſuperioribus petitionibus deſcenditur ad inferiores: quia cæleſtia priùs, deinde terrena petenda ſunt. In hoc autem ſermone Chriſtus more boni doctoris, ab inferiori incipit, tendendo ad ſuperiora. Inuocett enim nos in inferioribus, & vult ad ſuperiora reducere: & ideo incipit à paupertate: & à remotione mali, & à timore. Quicunque enim vult ad dominum aſcẽdere, debet priùs mala remouere: quod poſtulatur cum dicitur. *Libera nos a malo*: mundum abdicata, quod eſt vera paupertas: Deũ timere, quod eſt initium ſapiẽtiæ. Hoc eſt enim initium hominis proficientis, vt conſideret quanta amiſit, quãtiemeſt miſerijs, quàm durum aſpectũ iudicium. In primo habet dolorem, in ſecundo dolorem, in tertio timorem. Ex hoc iam vileſcit ei mundus fallax, vt timeat ne Deus vereat: & mundo contẽpto eligit paupertatem, cudiens Dominum dicentem. *Beati pauperes ſpiritu.* Iſta paupertas eſt, abdicare ſe & ſua. Duo ſunt abdicanda: exteriora & interiora. Exteriora ſunt, nobilitas, & diuitiæ, & poſſeſſiones. Interiora ſunt, ingenium, pulchritudo, & fortitudo, & cetera. Abdicata debemus iſta, non confidamus in omnibus iſtis, ſed in Deo ſolo ſpẽ noſtram ponamus: cetera aũt habeemus, quaſi non haberemus. Iſta paupertas, & in diuitibus eſſe poteſt. Vnde David. *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.* Sed ſecundus eſt ea non poſſidere, vnde Dominus. *Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me.* Ideo ſecerius, quia vix ſine amore haberi poſſunt: & hoc poſtulatur, cùm dicitur. *Libera nos à malo*, hoc eſt à ſeculo nequam: vt non alliciar, ſed expedier à deſiderijs huius mundi, qui præſentia bona oſtendens, homines ad ſe trahit; quæ omnia non poſſumus facere, niſi per ſpiritum timoris. Audiamus ergo Dñm minantem, & per hoc territi mundo renũciabimus, & Deo ſeruire cum dilectione incipiamus: & erimus pauperes ſpiritu: id eſt voluntate, non coactione. *Beati mites.* Mites ſunt, qui propter damnum, vel iniuriã commoueri non poſſunt, hæc eſt illa virtus quæ laudatur in Moyſe. Debet etiam Dominos. *Diſcite*, inquit, *à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Hæc mãſuetudo naſcitur de paupertate: Qui enim amat terrena, non poterit damnis amiſſis non commoueri. Sed verꝰ pauper, ſicut nec hæc habita amauit, ſic nec propter emiſſa dolebit. Hoc oratur, cùm dicitor. *Et ne nos inducas in tentationem.* Aliud eſt tentari, aliud induci in tentationem. Tentatur fidelis dum inforiatur, dũ ibi ſua auferootur. In tentationem inducitur, ſi dolore afficitur. Primum non eboum, ſed tentationi ſuccumbere timet; & orat, ne cõtinget. Iſtã manſuetudinem dat ſpiritus pietatis. Si enim pius eſt, & mitem eſſe neceſſe eſt. *Beati qui lugent*, & cetera. Quamuis fidelis res mundi abdicarit, quãuis de iniuria non doluerit, tamen in multa poteſt incidere adhoc: & ideo neceſſariæ ſunt lacrymæ, quæ ſemper ablcent, quia ſemper peccamus, & in miſeriis huius vitæ nos eſſe videmus. Dolemos etiam de peccatis aliorum. Duo ſunt genera cõpunctionis: quando pro miſeriis huius oũdi, & pro peccatis noſtris gemimus, vel pro deſiderio cæleſtium. Vnde filia Caleb petiuit patre irriguũ ſuperius, & irriguum inferius: quia anima petit à Deo cõpunctionem, & pro peccatis, & pro deſiderio cæleſtis patriæ. Hunc locum non habet niſi ſolus pauper & mitis, qui mundum non diligit: ſed quòd miſer eſt, recognoſcit: & ideo cælũ concupiſcit. Hic lugentibus conuocat poſtolare. *Dimitte nobis debita noſtra.* Hæc viii^{a}, quæ miſeriam huius mundi ſentit, deſcendit à ſpiritu ſcientiæ. Scientia enim eſt de terrenis: vt ſciamus, quæ ſit habitatio iſta terrena: quàm grauis, quàm miſera. Hæ tres virtutes præcedentes tantum de terrenis ſunt, & quaſi ſeperatio à ſæculo nequam. His enim modis mundꝰ contemnitur: abdicando terrena, non dolẽdo de iniuria, lacrymis tergendo peccata, & cognoſcendo de mundi miſeria. Modò inciptunt virtutes, quæ ad cæleſtia pertinent. Et prima eſt iuſtitia. Iuſtitia eſt reddere vnicuique quod ſuum eſt; Deo, ſibi, & proximo. Deo, cuiꝰ debitum, & dilectionem ex toto corde. Nobis, creationem Dei in nobis ſeruare; per victum & veſtitum carnem animæ ſubiugare. Proximo, vt ei faciamus, quod nobis fieri volumus: quod tamen à bono non deuiet. Sed hæc iuſtitia perfectè habeti nõ poteſt in præſenti, donec in cæleſti patria habitemus, vbi erit Deos omnia in omnibus: & ideo noſtra iuſtitia non dicitor iuſtitia, ſed deſiderium iuſtitiæ. Dicit ergo. *Beati, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam*: quod tantumdem valet, quantũ ſi diceret. Beati qui exercẽt iuſtitiam in præſenti, quæ hic imperfecta eſt, quaſi eſurites veræ iuſtitiæ quæ hic imperfecta eſt, quaſi eſurites veræ iuſtitiæ & quia eſuriunt, poſtulant dicentes. *Panem noſtrũ ſtrn eſt eſuri quotidianum da nobis hodie.* Panis fidelium, panis iuſtitiæ, quẽ iuſtitia datur, & corroboratur in eis, eſt gratia Spiritus ſancti, verbum Dei, Angelus adminiſtratorius, & ſumma quæ valeor ad iuſtitiam coronandam. Hic eſt cibus illius iuſtitiæ, in cuius fortitudine iuit Eliae doadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vſque ad montem Dei Horeb; & ideo ex ſpiritu fortitudinis deſcendit, quia ſuſtentet ioſtum, ne deficiat in via. Hæc iuſtitia non poteſt heberi, niſi mondo ecunciato per virtutes prædictas. *Beati miſericordes* & cetera. Quia per ſuam iuſtitiam ad alta nemo aſcendere poteſt, ideo miſericordis Dei eſt ecquirenda: quæ ſuppleat, quod non poteſt noſtra iuſtitia adipiſci. Quomodo autem ille ecquiri poſſit, dat conſilium Deus, cùm dicit *Eſtote miſericordes* & cetera. Duas patet habet miſericordias: dare, & dimittere. Vnde. *Date & dabitur vobis: dimittite, & dimittetur vobis.* Hæ duæ virtutes ita coniunctæ ſunt, vt vna alteri cõtemperari debeat. Iuſtitia enim ſine miſericordia crudelitas eſt. Miſericordia ſine iuſtitia, diſſolutio eſt. Rebelles corrigere ex iuſtitia, pœnitentes cõdonare debemus ex miſericordia. Hæc miſericordia poſtulatur, cùm dicitur. *Fiat voluntas tua*, & cetera. Scilicet vt miſericordes ſimus, vt aliis cõdonemus. Ham hæc eſt voluntas Dei, hæc deſcendit ex ſpiritu conſilij. Hoc enim conſilium nobis à Deo datur, vt ſi miſericordiam Dei adipiſci volumus, aliis miſericor dia faciamus. *Beati mundo corde*: & cetera. Munditia imago dicitur, qua clari à Deum omnibus perturbationib^{us} & caligine vitiorum ſedatis, videmus. Munditia cordis ſexto loco ponitur, quia ſexto die homo conditus eſt

Dona, petitiones, & beatitudines conueniunt.

Iſai. 7.

Matth. 6.

Matt. 5.

Quando abdicanda.

Pſalm. 61.

Matth. 19.

Matth. 11.

Matth. 6.

Aliud eſt: tentari, aliud induci in tentationem.

Duo genera compunctionis.

Ioſue. 15.

Matth 6.

Iuſtitia noſtra eſt eſuri iuſtitia.

3. Reg. 19.

Luc. 6.

Matth. 5. Munditia ſpeculum eſt

ad imaginem Dei, & sexta ætate ad eandem reparatus est. Illi enim dicuntur nundi cordes, qui exutis omnibus nebulis sæcularium rerum, intuitum mentis in se lo Deo figunt. In hoc mundo corde Dominus regnat; quia ibi plus cognoscitur & amatur. Vnde postulamus. *Adueniat regnũ tuum in nobis.* id est vt in nobis per munditiã cordis regnes. Hæc munditia descendit à spiritu intellectus. Nihil enim aliud est imago Dei, quàm intelligere eum. *Beati pacifici.* Postquam supradictas virtutes habet homo, nil aliud restat, nisi vt Deũ, qui est vera pax, primũ habeat. Deus est in summa pace, suos verò sibi similes facit, quia ineorruptibiles eũt, impassibiles, & ita sibi concordes, quod de bonis aliorum gaudebunt, tamquam de suis. Ita pax septimo loco ponitur, quia in sabbato verè requiescent a bitur, transactis septem ætatibus, hæc illa pax, de qua Apostolus. *Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra,* & Dominus, *Pacem meam do vobis,* &c. Illic do, hic relinquo. Ista pax, & spiritus sapientiæ non differunt. Aliud est intelligentia, aliud est sapientia. Intelligentia est, quandotes inuestigatur. Sapientia est, quando non inuestigamus, sed tam sapientes sumus, & in ipso bono sapientiæ dei: & amat. In ista pace, filij Dei erimꝰ. Quod orauit cum dicitur. *Sanctificetur nomen tuum:* id est detur nobis nomen sanctum tuum, vt filij tui, & dij appellemur. Fece via, per quam sancti de hoc mundo transierunt ad regnum, seipsos abnegando in vera paupertate, de iniuriis non dolendo in vera mansuetudine, cõpunctione & lacrymis peccata delendo. Sic contempto mundo, transierunt ad iustitiam. Hanc adeptisũt per misericordiam. Inde mundato eorde Deum contemplantur. Contemplando, in eadem pace cum Domino suo gaudent, & lætantur. Et nos vestigia eorum sequentes, ad rẽdem gloriã præstante Domino veniamus: qui viuit & regnat in sæcul sæc. Amen.

Mundi corde qui sint.

Matth. 5.

Philip. 4.

Ioann. 14.

Matth. 6.

Serma a In eadem solemnitate.

Verba Ecclesia.

Gaudent in cœlis anima Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: &c. Iure gaudẽt in gloria cælorum cum Christo, qui participes extiterunt passionis eiusdẽ in exilio. Inde vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Dextera Dñi fecit virtutem. Dextera, hoc est Filius Dei fecit virtutem, & exaltauit me: quia in virtute sua dedit nobis de humiliatione exaltationẽ, de servitute libertatem, de mortalitate deificationem, de tribulatione lætitiam, de morte victoriã. Hoc ipsi iam habant in te, & nos in eorum vestigiis laboramus, & eorum merita veneramur in terris, qui ad eadem gaudia peruenire speramus in cœlis. Qualiter autem de hac presenti miseria ad tãtam gloriam peruenerint, patenter nobis ostenditur, cum ex persona eorum dicitur, *Transiuimus per ignem & aquam & eduxisti nos in refrigerium.* Per ignem aduersitas & tribulatio, per aquam prosperitas & dilũbium. Per hęc duo humana vita transitur, per hæc transeunt boni & mali. Sed boni probantur & proficiunt, mali reprobantur & deficiunt. De vtrisque habemus exempla. Scriptũ est, quia Nabugodonosor Rex Babylonis fecit statuã, & iuxta eã fornacem: præcepitq; populo suo, vt audito sonitu muscorum instrumentorum adorarent statuam, vnusquisq; de loco suo: & qui nollet adorare statuam, mitteretur in fornacem. Babylonij fornacem timentes, adorauerunt statuam. Pueri Hebræorum legitimum cultum tenentes, Deum cæli adorauerunt. Vnde accusati sunt apud Regem: & data est eis optio, vel adorare statuam, vel mitti in fornacẽ. Ipsi autem maluerunt ignem fornacis sustinere, quàm statuã adorare. Missi sunt igitur in fornacem: vbi vincula eorum tantum cõbusta sunt, & corpora illæsa permanserunt: quia quartus, scilicet Filius Dei, inter eosdem deambulans, ab õni combustione seruauit: ita vt e ultarẽt in igne, & hymnum Deo canerẽt. Potrò ignis de fornace egrediens, ministros Regis, qui eam incendebant, combussit. Hæc in figura contingebant illis. Figura prætenit: veritas figuræ nobis remansit. Nabuchodonosor significat diabolum. Ipse est Rex Babyloniæ, id est omnium in confusione viuentium: de quibus per Prophetam dicitur. *Maledictum & mendacium, furtum & homicidium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.* Fecit Rex pessimus statuam, quam proponit adorandam suis, de pluribus metallis; scilicet de operibus carnis, & desideriis huius mũdi. Patat similiter fornaceẽ igneã: quia quos sibi attrahere per deceptionem non potest per tribulationes & & persecutiones destruere satagit. Potrò musica instrumenta illius, sunt suggestiones, quibus reprobos ad vanitatem allicit. Præcepit igitur, vt auditis musicis instrumentis adorent statuã: quia per suggestiones suas nititur inclinare corda terrenorum, vt relicto legitimo cultu Dei opera carnis, & desideria mundi huius venerando sequãtur. Quod enim quisque diligit, & veneratur præ ceteris, hoc est sibi Deus; sicut autem auaris, libido luxuriosis, & cetera. Faciunt etiam quidam Deus sibi phantasmata & vana imaginationes in cordibus suis: & sit efficiuntur ipsi templum dęmonum. Seqũntur igitur Deo contempto Babylonij opera carnis, & in his adorant statuam, ne seuriant æstus ignis, id est fornacem: sequuntur desideria mundi, ne patiantur penuriam. Filij autem Hebræorum exemplo Moysi magis eligunt affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iocunditatem. Isti contemnentes statuam, mittuntur in fornacem. Quicumque enim piè volunt viuere in Christo, necesse est vt ab impijs & dissimilibus multa patiantur. In hoc igne tantum vincula eorum comburuntur, non corpora: quia si quæ sunt in eis maculæ comburuntur, & substantiæ eorum purgantur. Idẽ ignis fornacis eos comburit Babylonios. Ecce eodem igne purgantur Hebræi, & comburuntur Babylonij. Nam sicut sub eodem igne aurum rutilat, palea fumat, & sub eadem tribula stipulæ commouentur, & frumenta purgantur: ita eadem vis tribulationis bonos purgat & purificat, malos dãnat & deuastat. In eadem siquidem tribulatione mali Deum detestantur & blasphemant, boni precantur & laudant. Audiuimus quomodo in eodem igne aduersitatis mali deficiunt, & boni proficiunt. Audiamus etiam, quomodo in eadem prosperitate illi eorum pereunt. & isti conseruantur. Legitur quod filij Israël transierunt mare rubrum. Ille, Ægyptij verò in equis & curribus ingredientes submersi sunt. Ita per prospera huius mundi filij Dei facilè transeunt: humiliter Christo duci adhærentes, sicut illi Moysi. Ægyptij quia sequuntur tegem suum diabolum, virtute sua & diuitijs gloriantes; cum principe suo deuorãtur, & pereunt. Dicunt ergo nobis sanctorum Christo gaudentes. *Transiuimus per ignem* aduersitatis, *& aquam* prosperitatis. Et quia bonum habuimus

Psalm. 65.

Dani. 3.

Hebr. 11.

Idem ignis in Hebræos & Babyl. diuersa operatur.

Exod. 14.

habeimus ducem, & exemplum, edocti sumus in tessigerum. Et nos si ad eius gaudia cupimus pervenire: per hæc duo transire oportet. Necessaria igitur est in igne vestis charitatis, vtin adversitate etiam inimicos diligamus: in aqua lignum crucis, vt semper in omni prosperitate nostra passionem Domini nostri IESV Christi in imitatione & memoria habeamus. Sic ad trãseundum ignem vestis charitatis necessaria est, ne comburamur: ad transeundum aquam, nauis de duobus lignis crucis eõpacta, ne submergamur. Et notandum, quòd primò dicit ignem, postea aquam: quia si prius vas fictile sit in igne decoctũ perfectè, non facilè in aqua dissolvetur velut molle lutum. Sciendum quoque est, quòd cùm hæc omnia diligentibus Deum cooperentur in bonum, securior tamen est combustio ignis, quã dissolutio prosperitatis; & hoc in IESV Christi exemplo patet, qui fugit regnum, & sponte obtulit ad supplicium. David quoque cùm bella & persecutiones ab inimicis sustineret, iustus permansit: cùm vero in regno confirmatus fuisset in pace, citò corruit. Salomon inter Reges Israël solus pacem habuit, & ideo fortitan corruit. Vnde Augustinus. Secundæ res, quæ sapientium animos fatigant, plus obfuerunt Salomoni, quàm profuit ipsa sapientia, etiam nunc laudabilis, & tunc longè lateque memorata. Ista tamen sive prospera, sive aduersa, non faciunt malos: sed ostendunt. Sic pari motu ea agitatum horribiliter exhalat cœnum, & suaviter fragrat vnguentum. Bonos enim his temporalibus nec bonis extollitur, nec malis frangitur. Malus vero huiusmodi infelicitate punitur, quia felicitate corrumpitur. Ecce via vestra. Habeam' in igne patientiam, in aqua humilitatem: & sic ad idem bravium perveniemus, præstante Domino nostro.

Vestis caritas necessaria.

Sermo 3. De Omnibus sanctis.

Isai. 1. *Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus: & sicut Gomorrha similes essemus.* Necessarium est nobis, fratres, & Dei super nos beneficia cognoscere, & gratiæ largitoris continua deuotione respondere. Ecce enim qui Sanctorum Omniũ celebramus solemnitatem, reminisci debemus, quosdam ea illis nõ solùm in leuibus & minimis, sed etiam in grauibus ac maximis delinquisse. Quod mysticis verbis Dominus per Isaiam Ecclesiam alloquens, dicit. *Apprehendi te ab extremis terræ, & à longinquis eam vocauit te.* Media tertæ sunt venialia, quæ quasi media cõmunitet omnes occupant: nec in hoc tempore malo ab aliquo iusto & sancto possunt penitus deuitari. Extrema verò & longinqua sunt criminalia: quæ qui admiserunt, istorum etiam comparatione longiùs à Dño recesserunt. Ecclesia ergo non solùm à medijs & propinquis, sed etiam ab extremis terræ vocatur & apprehẽditur: quia cælestis illa ciuitas, cuius hodie in terris memoria celebratur, non solùm de innocenter, sine etiam medioctriter viuentibus, sed etiam illis, qui post grauia facinora, & flagitia turpia pœnitentiam egerunt, congregatur. Notã quod dicit, *Apprehendi, & vocaui*, hoc est, quos alibi dicitur. *Cœpit Iesus facere & docere* Apprehẽdi, extendens manum: vocaui, prædicans verbum. Nisi enim cælestis ciuitas ab extremis terræ vocaretur, Paulus, Petrus, Matthæus, Dauid, Latro, Maria Magdalena, & multi de excellentioribus, occupatq; illic admitti potuissent *Apprehendi*, inquit, *ab extremis terra, & à longinquis eam vocauit te.* Longiùs sunt, qui in extremis, quàm qui in longinquis, & magis est apprehendere, quàm vocare. Qui ergo in extremis sunt, apprehẽduntur: & qui in longinquis, vocantur: quia grauiùs delinquentib⁹ misericordia copiosior exhibetur, dicẽte Apostolo. *Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia.* Ec Dñs in Euangelio maximè misereri se ait eorum, qui ad se de longè venerunt. Et Sophonias Propheta. *Vltra flumina Æthiopiæ inde supplices mei.* Flumina terram tuta se positam fructiferã reddunt, & aliquando in bonam, aliquando in malã partem accipiuntur, illos designant, qui doctrina sua alios ad bonum vel malum accendunt: & qui ad bonum, flumina paradysi; qui ad malum erudiunt, flumina Æthiopiæ, quæ nigrũ populum mittit, dicuntur. Qui sunt ergo vltra flumina Æthiopiæ, cum nihil perversius esse videatur, quam peruersitatem, quam quis adimplet opere, etiam & alios docere? Sed gravius est & cogere. Vtroq; genere persecutorum non caruit Ecclesia, sicut scriptum est. *Dedit abyssus vocem suam, altitudo manus suas leuauit.* Abyssus sapientes seculi, altitudo potentes intelliguntur. Illi dederunt vocem cum ad malum suaserunt: isti leuaverunt manum, cum etiam coëgerunt. Qui ergo hic abyssus, illic flumina Æthiopiæ dicuntur. Sed vltra flumina Æthiopiæ sunt, qui leuant manum: quia non est dubium, quin potentes sint, qui ad malum coguntur, quàm qui suadent. Cùm ergo de huiusmodi coguntur, de vltra flumina Æthiopiæ supplices Dei veniunt, & cum ABRAHAM, ISAAC, & IACOB, publicani & meretrices in regno Dei recumbunt, isti sunt semen, quod nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis, quasi Sodoma fuissemus. *Bonum semen hi sunt filij regni.* Et iterum. *Omnes enim qui viderint eos, cognoscent illos: quia isti sunt semen cui benedixit Dominus.* Sed quomodo istud semen reliquit nobis Dominus, cum assumpserit sibi? Verè & sibi assumpsit & nobis reliquit; sibi ad gloriam, nobis ad exemplum & interventionem. Ideo enim ab extremis apprehendunt, à longinquis vocantur, & vltra flumina Æthiopiæ supplices Dei veniunt, vt nos miseri, nos qui in multis & grauibus deliquimus, largam Dei misericordiam tam multis exhibitam, nobis quoque non negari confidamus. Mentior, si non Paulus ita senserit. Ait quippe. *Fidelis sermo, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere: quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternã.* Ecce, qui se primum peccatorem dicit in vltimis terræ se fuisse confitetur. Vnde et on meritis tantis se adductum, sed ad ostensionem patientiæ Dei, & informationem nostram, misericordiam consecutum perhibet. Qui ergo conuersionem istam nobis factam esse dicit, veniam gratiæ quod nobis reliquit. Et mirum, esse dñi, *Quasi Sodoma essemus, & quasi Gomorrha similes essemus.* Sodoma interpretatur mota. Gomorrha aspera. Quasi Sodomam sentimus, quantum ad prælatos, quasi Gomorrha, quantum ad subditos. Cùm enim prælatis verbum prædicationis scripsit, subditi in malis operibus aspernantur. Huic intellectui congruit alia sententia eiusdem Isaiæ, in qua dicit. *Audite verbum Domini principes Sodomorum: percipite au-*

Isai. 41. *Media & extrema terræ quid designent.*

Quinam à longinquis vocentur, &c.

Rom. 5. *Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia.*

Marc. 8.

Soph. 3.

Habac. 3.

Matth. 13. *Isai. 61.*

Paulus vt in primis terræ fuerit.

1. *Tim. 1.*

Isai. 1.

Isai. 1.

Acta. 2.

Isai. 1. ribus legem Dei vestri populus Gamarrha. Dominum enim principes Sodomorum, & populum Gomorrhæ vocat, de taciturnitate prælatos, de perversi operis asperitate subditos reprehendit. Aliter: *Quasi Sadama essemus, & quasi Gamarrha.* Duo sunt, quæ hominem iustum habere cõuenit, quæ sunt bona voluntas, & opus bonum. Sed opus bonum præcedit tempore, bona voluntas merito. Ait Apostolus scribens ad Corinthios.

2. Cor. 8. *Qui non solùm facere, sed & velle cœpistis.* Qui enim faciunt, sed non volunt, in angarie cruciem portant: quia vel timor pœnæ, vel cupiditas gloriæ ad bonum cogit. Quibus per quemdem sapientem dicitur *Omni data nunc des tristitiam verbi mali.* Datum est opus, cui tristitia verbi mali admiscetur: si voluntas bona non fuerit, quæ Deo loquitur. Et quia potius est bonum velle, quàm facere, ideo ait. *Bonum verbum super datum optimum.* Bonum quippe verbum est devotio bonæ voluntatis: quæ datum optimum boni operis in conspectu Dei dirigit, & acceptabile facit. Hęc est fons earum, quod Gedeon supra petram effudit: quod beatus Gregorius in Moralibus plenius exponit. Nam sine hac omne sacrificium boni operis siccum est, non medullatum, nec de eo dici potest *Holocausta medullata offeram tibi.* Et, *holocaustum tuum pinguefiat.* Qui igitur non est devotus, sicut Sodoma est, id est murus: qui autẽ oret operatur, asper est, sicut Gomorrha. Quia ergo ab vtraque peste per semen, quod reliquit nobis Dominus, liberamur: confidenter exempla sanctorum efficiamur lenes tactui Dei bene operando, & clamosi auribus eius; devotè orando, vt bonum verbum sanctæ devotionis committatur datum optimum tecti operis, quia vt ait ipse, vtraque cum homine iustificato. Hinc etiã

2. Tim. 2. Ieremias admoner dicens. *Leuemus corda nostra cum manibus ad Deum.* in cœlos. Quid est corde cum manibus, oĩ devotionem cum operibus? Et ad hęc instructi sanctorum exemplis, ipsorum nos petamus orationibus eduvari: super omnia confidentes in misericordia domini nostri IESV CHRISTI.

Psalm. 65. Es 19. Quid sit bonum verbum. Ecclı. 18. Ibidem

Sermo 4. De Omnibus Sanctis.

Sap. 10. *IVsti tulerunt spolia impiorum, & decantaverunt nomen sanctum tuum, Domine.* Omnium Sanctorum solemnitatem celebraturi, quorum pars in Angelis, pars verò in hominibus constituta est, qui de hac convalle miseriæ ad illam cælestem Ierusalem perveneront, inquirendum est, fratres quomodo de loco horroris ad tam jocundam habitationem pervenire potuerunt. Dominus in Evangelio docet dicens. *Regnum cælorum vim patitur; & violenti diripiunt illud.* Regnum cælorum, vt ait beatus Gregorius, locus est instorum. Quomodo autem non sunt violenti, de quibus dicitur, quia *tulerunt spolia impiorum?* Quod quia mystice dictum sit, ipsa rerum experientia docet: cùm versa vice iustos magis ab impijs, quàm impios à iustis, spoliari videamus. Impijs verò, & dæmones & homines intelligantur: de vtrisque quomodo à iustis spolientur, dicendum est. Liber ergo beati Gregorij verba, quæ

Matth. 11. Greg. hom. 34. in Euãg. ad hoc mihi valeant, in medium adducere, vt quomodo dæmonum impiorum spolia à iustis tollantur, valeamus ostendere. Ipsi quippe Angelo, qui primus est conditus, per Ezechielem

Ezech. 28. Propheten dicitur. *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum* &c. Ecce novè dixit nomina lapidum, quia profectò novem sunt ordines Angelorum. Quibus ille Angelus operatus & ornatus extitit, quia dum cæteris agminibus prælatus est, ex eorum comparatione clarior fuit. Quod ope rimentum tunc perdidit, cum per superbiam dejectos, illorum societatem amisit. Sed hæc spolia justi tollunt, cum per pœnitentiam semetipsos cruciantes, & crudeles sibimet existentes, consortium Angelorum, quod illi per superbiam amiserunt, isti per pœnitentiam assequũtur. Sed & cùm aliquem verbis & exemplis de pecceto ad justitiam conuerti faciunt, quasi spolia sua dæmonib' impijs tollunt. Hominibus impijs spolia conferunt, quando mala opera quasi vestimenta sordida abijcere compellunt. De his spolijs habes in Epistole Iudæ Apostoli. *Odientes etiam, quæ carnalis est, maculatam tunicam.* Et ille, quæ dilectum sunum quærit in canticis canticorum, ita loquitur, *Tulerunt pallium meum custodes murorum.* Quod custodes morum prælati intelligantur, dubium non est. Qui animæ Deum quærenti pallium tollunt, cùm perversa opera relinquere cogunt. Quo contra per Salomonem dicitur. *Omni tempore sint vestimenta tua candida.* id est opera tua munda. Sicut enim vestimenta nudas corporis partes, ne videantur, tegunt, sic bona opera præterita peccata, & malas suggestiones eurdi se ingerentes, ab oculis Dei abscondunt. Munde ergo vestimenta bona opera: sordida dicuntur vestimenta mala opera. Hæc sunt ergo spolia impiorum, quæ iusti auferunt, quotiens à malis operibus aliquem convertunt. Sic dæmonum, sic hominum justi tulerunt spolia impiorum: & decantaverunt numen tuum, & victricem manum tuam lendeverunt. Meritò quidem. Quòd enim regnum cælorum diripiunt meritò virtutis, sine quod proximis prosunt verbo prædicationis; non humanæ virtuti, sed divinæ potestati ascribendum est. Hinc enim Habacuc sub Nabuchodonosor specie diabolum comminatus est, dicens. *Spoliabunt te omnes, qui reliqui fuerint de populis, propter sanguinem hominis, & iniquitatem terræ.* Qui sunt reliqui de populis, nisi qui viles & abiecti in mundo esse cupiunt, nec inter ceteros apparere quærunt? Qui diabolum spoliant, vel, sicut diximus, societatem Angelorum adquirentes, bene viuendo; vel proximos lucrantes, rectè prædicando. Vtquid hoc? Propter sanguinem hominis. O verè beatus sanguis huius hominis! in quo principatus & potestates spoliantur, in quo mundantur omnia, & sine vllue sanguinis effusione nõstr remissio. Hic est ille, qui postibus illitus exterminatorem Angelum arcet è domibus Hebræorum. In Martyrologijs legimus, quod ostendebant elephantis sanguineum vas & mori, ed acuendos eos in prælium. Quẽtò maiorem endaciam animorum debet nobis præbere conspectus sanguinis Christi, ad auferenda spolia impiorum? Non to meritis nostris, sed in huius sanguinis effusione, spei nostræ fiduciam collocare debemus: quod mirabili sacramento in libro Exodi nobis insinuatur vbi à Domino Moysi præcipitur, vt post omnia indumenta Sacerdotalia, lamina aurea Sacerdoti ponatur in fronte. Nos enim, qui summi Sacerdotis membra sumus, de quibus in Apocalypsi dicitur, quod fecerit nos Deo nostro regnum & Sacerdotes: vestimentis illis, quibus sanctæ virtutes & bona opera significantur, indui debem⁹. Sed post omnia, lamine aurea gestetur in fronte

Luc. 11. Spolia impijs auferunt. Iudæ v. 13 Cant. 5 Eccle. 9 Habac. 2 Exod. 28 Apoc. 5 Aspectus sanguinis Christi quàm efficax

quod est, non in virtutibus, non in operibus nostris, sed in sanguine Christi spē habeamus. Spes enim munimentum est capitis. Vnde Apostolus.

1. Thessal. 5. *Et galeam, spem salutis.* Quòd autem smaragdina aurea sanguis Christi intelligendus sit, dicit beatus Hieronymus, *Aurea enim Legis*, inquit, *sanguis Euangelij pretiosior est.* Supra omnia ergo ponetur, vt spes salutis, sed de ipso præsumatur. Hinc etenim Paulus ait. *Fiduciam habentes in introitu Sanctorum in sanguine Christi.* Hoc est, quòd in sepultura defuncto sū, cùm omnia peregerim⁹, quasi post omnia laminam auream capiti superponimus, dum dicimus. *Nec eam patiaris cruciari gehennalibus flammis, quem filij tui Domini nostri pretioso sanguine redemisti.* Benedict⁹ ergo sit sanguis huius hominis, per quē nobis tanta præstita sunt beneficia: qui homo est, & Deus, Dominus noster Iesus Christus, Amen.

Hebr. 19.

Oratio Ecclesia.

Sermo 3. In Dedicatione Ecclesia.

Exod. 25. HÆc offerre debent filij Israel ad constructionem tabernaculi; *aurum, argentum, æs, hyacinthū, purpuram, coccum bis tinctum, byssum retortam, pilos caprarum, ligna setthim, oleum ad luminaria concinnāda, lapides onychinos*, &c. In dedicatione huius Templi debetis agnoscere, quid sit templum Dñi, quæ ædificatio, & vbi dedicatio eius. Dominus, qui continet cælum & terrā, & quidquid cæli ambitu continetur, non quærit templū manufactum ad inhabitandum: sed potiùs cōmunē cuiusuis fidelium, qui sunt templum Dei: & eius mentes singulorum. Quia verò Ecclesia Dei pastum peregrinatur in terris, partim regnat in cælis; ad hoc significandum præcepit Dñs Moysi, vt faceret tabernaculum in deserto, & Salomoni, vt in Ierusalem ædificaret templum. Tabernaculum, quod mouebatur, significat Ecclesiam, secundùm quod in præsenti peregrinatione est: templū Ierusalem, quod erit perpetua stabilitate. Tabernaculum fecit Moyses de cortinis decem, & undecim ciliciis. Portò cortinæ erant de quatuor coloribus, ex hyacintho, & purpura, cocco bis tincto, & bysso retorta: per quæ significātur iusti decem præcepta legis in sancta Ecclesia fideliter observantes, qui cælestem vitam ducunt in hyacintho, habent patientiam in purpura, caritatē in cocco bis tincto, castitatē in bysso retorta. Undecim saga cilicina designant terrena negotia tractātes: quæ quia sine aliquo maculæ peccati vix, aut nunquam tractari possunt, undecim dicūtur: qui numer⁹ transgressionem significat: quia deordinatum, qui perfectus est, transgreditur. Quæ sunt de pilis caprarum: quia necesse est, vt frequentes sē peccatores confiteantur. Habent tamen exercitationem: quia sustinent ventos, pluuias, & tempestates: id est impetuosos incursus tribulationū: ne fideles interiores, qui quasi cortinæ sunt in tabernaculo, pulchritudinē coloris amittant. Sicut de cortinis ac sagis cilicinis Moyses tabernaculum cōstruxit, sic Salomon de lignis & lapidibus quadratis templum ædificauit, sine sonitu mollei ac ferrei. Lapides siquidem & ligna non in Ierusalem, sed in alia terra Regis Hiram quadrata, & postea ibi sunt opere testamenti in templo deposita sunt: quia fideles, qui sunt lapides viui, hic quadrātur, & multis tunsionibus aptantur, vt in cælesti templo cōuenienter disponantur: & secundùm officia meritorum retributionem capiant præmiorum. De his lapidibus sit Dominus ad Ierusalem per Isaiam. *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris: ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles: omnes filios tuos doctos à Domino.* Lapides in Ierusalem Dominus sternit, cùm fideles quosque in aptis & fixis in Ecclesia disponit. Fūdas in iaspidibus, qui sunt aërij coloris, cùm iustos cælestē vitam ducentes sustentamentum aliorum ponit. Iaspidem propugnacula ponit, qui est viridis coloris: quia illi, qui in fidei viriditate perfistunt, & nulla persecutione fuscantur, sunt aliorum defensores in S. Ecclesia. Lapides sculpti portæ dicuntur: quia illi qui quæ prædicant verbis, ostendunt factis, verè sunt aliorū introductores ad vitam. Hi verè sculpti sūt: quia quæ verbis annuntiant, in seipsis per bonam operationē demonstrant. In lapide desiderabiles termini Ecclesiæ ponūtur: quia in omni loco vel tēpore placent electi iusti in electis Ecclesiæ fideliter laborantes. Et vt patenter ostendat, de quibus lapidibus agit, vno verbo manifestat, cùm subdit. *Omnes filios tuos doctos à Domino.* Ad opus tabernaculi præcepit Dñs, vt offerent filij Israël, vnusquisque voluntatiua ea animo diuersa munera, quæ necessaria erant ad eius ædificationem: quæ enumerat, cùm dicit, *aurum*, quod significat sapientiam, quæ trahitur de occultis, & non inuenitur in terra viuentium viuentium. Nō est enim audita in Chanaan neque visa in Theman: id est in corde terrenis desideriis contuberato, & in omnino per negligentiam dissoluto non habitat sapientia. Chanaan cōmotio interpretatur, Theman Auster, & significat dissolutionem, quæ corrumpit membrum, sicut Auster cibos. Hanc sapientiam Doctores sancti præcedentes per contemplationem vsque ad interiora velaminis, de cælestibus offerunt, & in Templo Dei, scilicet in subditis optè dispensans Offerunt itaq, Doctores auri sapientiæ, argentum dispensatores eloquentiæ: æs, qui perseuerauerunt in vera confessione: hyacinthum, qui aërij coloris est, offerunt contēplatiui, quorum cōuersatio in cælis est: purpuram, quæ regiam dignitatē demonstrat, & patientiā designat, offerunt illi, qui regio vigore rebelles motus tam in se, quàm in aliis cōprimunt, sicut scripti est, *Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo*: & qui in tribulationib⁹ patientiam amplectentes, non deficiunt. Coccus bis tinctus significat ignē caritatis: est enim rubei coloris, & bis tinctus dicitur, propter dilectionē Dei & proximi. Hanc assumunt illi, qui ex caritate aliis subueniunt, & non solùm amicos, sed etiam inimicos propter Deum diligunt: qui ita sunt otiosi in amore Dei, vt non relinquant vtilitatem proximis sic itē sunt proximo vtiles, vt simpes sint Deo deuoti & humiles. Byssus significat castitatē. Sicut enim de liuo candidum vestimentum multis ablutionibus & attritionibus efficitur: sic caro humana ex se immunda, ieiuniis, vigiliis, & multis afflictionibus attrita, candorē castitatis suscipit. Byssum itaque offerunt, qui cælibem vitam in sancta Ecclesia ducunt. Pilos caprarū, de quib⁹ fiebat cilicium, qui in peccatores confitentium, & agentium cinere & cilicio pœnitentiam. Ligna Sethim sūt fortes & imputribiles, qui aliorum suot sustentamentum. Oleū ad luminaria, ouibus misericordiam exhibent. Luminaria etiam dicuntur, qui exemplo & doctrina præ ceteris effulgent. Onychinus rubei coloris significat passionē martyrij: gēma lucida mundiciam boni operis: ephod, quod accingit humeros, signū est bonæ operationis: rationale discretionis, vel mundæ cogitationis, quæ

Tabernaculi & Templi significatio.

Fidelis lapides sunt castis Ierusalem.

Aurea sapientia designatur.

Iob 28. Baruch. 3.

Isai. 54.

Prou. 20.

sentiæ, & forthudo victuriæ. Propterea filij Israël contra hostes pugnaturi, erigebant omne sæ arcam: in cuius eleuatione hostes prosternebantur: hæc figura significantes, quod in resurrectione & ascensione Iesu Christi diabolus & membra eius confusionem sustinerēt. Vnde Moyses cùm eleuaretur arca, dicebat. *Exurgat Deus & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius* Ad similitudinem huius spiritualis templi constructum est hoc materiale, ad cuius dedicationem conuenimus. Factum namque est de lapidibus, qui de montibus sunt oblati, vel de cæpis collecti, vel de subterraneis locis eruti. Tunduntur & optantur malleis, & ferramentis, vt in structura aptè possint ordinari. Inferiores portant superiores, omnes autem cæmento colligantur. Ita sancta Ecclesia templum Dei ex diuersis nationibus & generibus hominum constituitur: qui de monte superbiæ seruorue, vel de campis, ideſt de agresti vita collecti, vel de terreno cupiditate, sicut de subterraneis locis eruuntur. Isti dolabra pœnitentiæ & disciplinæ tunsi, puuntur in ædificio Domini, cæmento charitatis inuicē alter alterius onera portantes, collocantur. Superiores portantur ab inferioribus: quia nouissimi habent exemplum & doctrinam à sanctis Patribus, & hæc est successio vsque ad finem sæculi, quasi ad vltimos lapides ædificij. Caput huius templi humilius est corpore: quia præsait debent exemplum humilitatis aliis. Iuxta illud Prophetæ. *Quantò magnus es, humilia te in omnibus.* Sanctus signatum signat vocem prædicaturum ad laudem Dei alios inuitantium. In summo ponuntur: quia vita eorum in sublimitate boni operis semper debet conspici, secundum illud. *Super montem excelsum ascende, qui evangelizas.* Qui enim prædicat aliis, non debet esse tumidus, i, despicabilis: sed in excelso monte, i, opere & sermone venerabilis. Fenestræ, per quas lumen infunditur, vitam Doctorum significant. Absit autem à nobis illud: quod de ædificio monstrato Ezechieli dictum est. *Fenestra erant clausæ & terra erat vsque ad fenestras.* Terra ad fenestras, & fenestræ clausæ sunt, quando prædicatores cupiditate temporalium obnubilati, contemnunt aliis infundere lumen diuinæ verbi.

Psalm. 67.

Spirituale templum ex quibus constituatur.

Eccli. 3.

Isai. 40

Ezech. 41.

Sermo In Aduentu Domini.

Ecclesiæ verba.

ECce venit Rex, occurramus obuiam Saluatori nostro. De aduentu Domini loquuturi, dirigamus desideria nostra & studia nostra ad eum, & patemus ei iter, vt in nobis habitare dignetur in præsenti per fidem; & in futuro perducere nos ad eius contemplandam veritatem. Per fidem enim ambulamus, vt ad contēplationem veritatis peruenire mereamur. Vnde necesse est nobis, vt in fide nostra assidnè Deum veneremur creatorem, diligamus redemptorem, expectemus patientes remuneratorem. Homo namque ad Dei imaginē creatus, factus est ad Deum, & mundus propter eum, scilicet vt homo seruiret Deo, non Dei necessitate, sed suæ vtilitate: & mundus subueniret homini in opportunitatibus. Sic omnia erant ad vtilitatem hominis; & Deus, in quo haberet perfectum gaudium: & mundus, à quo necessitatis acciperet subsidium. Postquam verò homo Deū deseruit peccando, & in miserabile corruit exilium; omnia quæ ei fuerant prospera, facta sunt aduersa. Nū enim potuit perfectum habere gaudium in Deo; & laborem & dolorem inuenit in mundo. Propterea diabolus inuenit eum sine protectione, & traxit ad exitium miserabile. In hoc casu factum est totum mali, peccatum scilicet & supplicium, culpa & pœna, malitia & miseria. Peccatum quidem, siue culpa, vel malitia, *defectus*, à nihil aliud est, quàm defectus voluntatis à summo bono. Supplicium, vel pœna, vel miseria, labor inuoluntarius in vltimis malis. Quia anima homo à summo bono cecidit voluntarius, meritò in vltimis malis punitur inuitus. Cecidit non ad malas naturas; sed malè: ideo malè, quia contra naturam deserto superiore bono adhæsit inferiori; & efficitur miser, licet assequatur, quod cupit: quia priuatus à bono meliore. Vnde vox eius est pœnitentis & miseriam cognoscentis. *Circumdederunt me dolores mortis: torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferni circumdederunt me.* Dolores mortis mortalitas & passibilitas, iudicium pœnæ; post hæc huius mundi vanitas, quæ impellit ad actionem culpæ. Tandem sequitur dolor gehennæ. Sic homo factus similis Angelis vitio suo compararus est inmentis insipientibus. Itaque periisset vt iumentum, & eiū plusquam iumentum; nisi clementia diuina misericorditer ei medicamentum præparasset. Culpa ramen hominis absq; satisfactione remitti non debuit: satisfactionem autem non potuit facere nisi Deus, nec debuit nisi homo. Factus est igitur Deus homo. Vnde Ecclesia in Canticis. *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.* Candidus claritate deitatis, rubicundus sanguine passionis. Electus ex millibus, quia ex excepto nullus inuentus est idoneus redemptionem humani generis adimplere. In Apocalypsi quoque loannis non est inuentus in cælo, nec in terra, neque subtus terram; qui posset aperire librum, nisi agnus, quem vidit Ioannes stantem in medio throni, & seniorum, & quatuor animalium. Hic agnus Christus intelligitur. In medio throni, & seniorum, & quatuor animalium, quia paratus hominibus subuenire, & ab omnib⁹ participari. Hic venit per assumptam humanitatem; & accepit de dextera sedentis in throno librum. In throno, ideſt à Verbo sibi vnito. Hic enim homine assumpto, Deo non consumpto, librum aperuit: ideſt redemptionem generis humani adimpleuit; & solui signacula, ideſt omnia sacramēta redemptionis humanæ significatiua complendo reseruit. Hic est agnus, qui vicit leonē pernersè genus humanum deuorantem. De cuius Incarnatione dicitur. *Medicina omnium infestinate one nebula*: ideſt, salus omnium in Christi humanitate, quem vocat Daniel nebulam totam terrā tegentem. Et quia in eo solus dominis, ideo voluit Dominus Iesus Christus signis & Prophetiis scripturis longè aduenium suum prænuntiari: vt saltem in eius fidem consolarentur, qui ipsius præsentiam corporalem habere non merentur. Quæ omnia in Christo completa sunt Dicit enim Apostolus. *Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo*, id est in Christo *est*, ideſt adimpletæ sunt. De Sacramentis iden *In ipso omnis plenitudo diuinitatis habitat corporaliter* Hæc est veritas figuralis legis, & corpus umbrarū est in Christo. In eo quod eduxit Moyses filios Israël de Ægypto per mare rubrum, significatum est, quòd Christus liberaret populum suum de inferno per baptismum. Ibi plenitudo diuinitatis fuit umbratiliter, siue figuraliter; sed in Christo veraciter & corporaliter. Ibi enim significatum est,

Peccatū est defectus, à Deo.

Psalm. 17.

Apoc. 5.

Eccli. 43.

2. Cor.

Coloss.

quòd Christus complcuit. In hoc quòd Iosue introduxit filios Israël in terram promissionis, significatū est, quòd Christus captiuitatem nostram ducens in cælum captiuā; ascendens in altum, humanitatem nostram in terra vincentium collocavit. Ibi vmbra & figura, in Christo corpus & veritas. De signis & promissis licet inæstimabiliter sensus nostri capacitatem excedant: aliqua tamen ad ædificationem nostram pertractanda sunt. Legitur in Exodo, quia cùm Moyses duceret oues ad interiora deserti, apparuit ei Angelus in igne rubi, qui videbatur ardere; & non comburebatur. Qui cùm vellet accedere ad visionem magnam, dictum est ei. *Solue calceamentum de pedibus tuis.* Hæc visio consolatus Moyses & corroboratus, Pharaonem, qué priùs fugerat, aggressus est; Ægyptum percussit, & liberauit populum Dei. Ignis significat Deitatem. *Deus enim noster ignis consumens est. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? Aut quis habitabit cum ardoribus sempiternis? Qui ambulat in iustitijs, & loquitur veritatem.* Rubus est humana natura spinis peccatorū obsita, & est ignis in rubo, Deus in homine, diuinitas in humanitate. Qui spinas peccatorum combussit, & integritatem naturæ conseruauit. Hæc visio verè magna, amplectenda, & salubris, in qua habemus remedium & exemplum virtutum, & vitam, victoriam, & coronam. Sic enim Deus conuersatur in terra, homo ascendit in cœlū, Angeli hominibus, homines Angelis in pace associati sunt, Deus hominibus reconciliatus est, diabolus confusus, conuersatio cælestis in terra plantata est. Hic agamus gratias Domino Deo nostro, *qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnū filij dilectionis sue, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* Sapientiæ de diuinis, scientiæ de humanis. Sapientiæ de diuinitate Verbi, scientiæ de humanitate Christi. Hoc confirmat Euangelista dicēs. *Vidimus eum plenum gratia & veritatis:* vt gratia ad scientiam, veritas ad sapientiam referatur. In rebus enim ortis illa est sūma gratia, quòd homo coniunctus est Deo. In rebus æternis summa veritas rectè tribuetur Dei Verbo, q̄ est plenum gratiæ & veritatis. Id actum est, vt ipse sit pro nobis in rebus temporaliter gestis, cui per fidem mundamur, vt eum stabilitas contemplemur in rebus æternis. Ipse nobis fidem de temporalibus asserit, ipse de æternis exhibet veritatem. Scientia ergo nostra Christus est, sapientia quoque nostra idem Christus est. Ipse nobis fides in rebus ortis, Ipse veritas in rebus æternis, per ipsum pergimus, ad ipsum rédimus: per scientiam ad sapientiam, per fidem ad veritatem: ab vno tamen eodemque Christo non recedimus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Hæc visio apparuit Moysi, cùm doceret oues ad interiora deserti: quoniam ille dignus est hāc visionem agnoscere, qui sensus suos innocuos abstrahit à concupiscentijs temporalium, & inducit in amorem & cognitionem cœlestium. Cui volenti accedere dicitur, vt soluat calceamentum de pedibus suis, ideſt carnalia & mortifera desideria auferat da operibus & affectibus suis. *Terra enim in qua stas, terra sancta est.* Hæc est fides Christiana, quæ iustificat impium. Hac visione nos corroborati & confirmati, Pharaonem & Ægyptum, ideſt principem mundi & ipsum mundum poterimus superare, & populū Dei liberare, in nobis & in aliis. Vt autem de Ægypto egrediamur, ipse idem Iesus Christus est nobis columna ignis in nocte, colūna nubis in die. In nocte, tenebras nostras illuminando; in die, contra æstum tentationum refrigerium præstando: vt confidenter dicamus, *Dominus illuminatio mea & salus mea.* &c. Da hac nube Prophetauit Isaias dicens. *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum; & mouebuntur simulachra Ægypti à facie Domini: & concurrere faciet Ægyptios aduersus Ægyptios, & dirumpetur spiritus Ægypti in visceribus eius.* Ascendit super nubem leuem, assumēdo carnē, in qua diuinitas latuit; leuem, ideſt nullo peccati pondere prægranatam. Ingressus est Ægyptum, quia venit in hunc mundum peccatores salvos facere. Mota sunt simulachra Ægypti à facie Domini, Qui enim priùs erant cultores Idolorum, conuersi sunt ad cultum Dei. Cultus idolatriæ dissipatus est, & cultus Dei exaltatus est. Quod bene significatū est in eo quod arca Domini introducta in templo Dagō, simulachrum Dagon inuentum est primò & secundò corruisse, & tertia vice solum dorsum apparuit, abscisso capite, & amputatis palmis. Per arcam Christus, per Dagon cultus idolatriæ, designatur. Præsente arca simulacrum corruit semel & secundò, quia aduenientæ Christo, & eius doctrinæ manifestatæ in mundo, cultus idolorum paulatim cessauit; tandem abciſſo capite & palmis solum dorsum inuentum est; quia & diabolus, qui est caput idolatriæ victus est, & principis huius mundi manus abscisſæ sunt, quia opus idolatriæ amputatum est. Remansit solum dorsum, quia fuga eius relicta est. *Et concurrere faciam Ægyptios aduersus Ægyptios.* Hoc patenter legitur in Euangelio, vbi Dominus ait *Veni separare hominem aduersus patrem suum, & filium aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam: & inimici hominis domestici eius.* Et, *dirumpetur spiritus Ægypti in visceribus eius,* & sapientia sæcularium, elatescente doctrina Christiana, in ipsis dissipata est. Quia ergo tantam salutem ex aduentu Christi cōsecuti sumus; patemus ei corda & corpora nostra, fide & dilectione suscipientes eum. Diligamus remedium, quod nobis attulit, & imitemur exemplum; quatenus peruenire mereamur ad præmium, Amen.

Christus nobis columna ignis & nubis.

Exod. 3.

Deuter. 4. Isai. 33.

Coloss. 1.

Ioan. 1.

Incarnatio summa gratia.

Exod. 3.

Psalm. 26. Isai. 19.

Aduentu Christi idola destructa.

Isai. 19.

Matth. 10.

Actor. 10.

Sermo In Natiuitate Domini.

1. Tim. 1.

FIdelis sermo, *quia venit Iesus in hunc mundum peccatores salvos facere.* Venit quidem, non inermis, sed cū gladio & igne. Cum igne, vt succenderet spineta vitiorum, cum gladio, vt amputaret superflua malorum. Cum igne, vt succēsis spinis terram cordis humani fructiferam faceret: cum gladio, vt turpitudines percutiendo auferret. Terra siquidem nostra in Adam spinas & tribulos protulit; in Christo salutem humani generis attulit. In Adam maledicta, in Christo benedicta. In Adam à paradiso corruit in exilium, ab exilio per mortem in infernum. In Christo ea morte meruit resurrectionem, & per resurrectionem beatam immortalitatem. Ad hanc excolendam attulit ignem illuminantem & fructificantem: & postea gladium occidentem & viuificantem. De igne aliàs. De gladio videamus. Legimus in Actibus Apostolorum, quia Petrus daturus gladium verbi aduenerat Ioppen, & esurijt cibum corporalem. Parantibus autem socijs ascendit in cœnaculum vt oraret, & acciperet

cibum spiritualem. Et varè orauit. Tanto namque amore affectus est, vt à corporalis sanctibus abalienaretur. Illi sic affecto & in extasi posito vas desuper admodum linrei quatuor lineis detantum ante eum submissum est. Erat vas tapletum omnibus generibus animalium, scilicet quadrupedum, reptilium, & serpentium. Tunc
Act. 10. facta est vox ad eum dicens. Surge Petra, macta & manduca. Ille verò in lege eruditus, multa ibi videns, quæ per legem velor immunda reprobabantur, exhorruit, & ait. Obsecro, Domine, nũquam commune & immundũ intraoit in os meum. Et vox ad eum. Quod Deus mundauit, tu ne commune dixeris. Sic ter factum est, & postea vas in cœlum receptum est. Petrus verò ad se rediens, quid visio illa portenderet, ambigebat. Sed cùm descenderet de cœnaculo, Spiritussanctus dixit ad eum. Ecce tres viri quærunt te; vade cum eis, quis misi eos. Tunc temporis erat Cornelius quidam dives in Cæsarea Gentilis, qui orationibus & eleemosynis frequenter & devotè Deum interpellabat, vt viam veritatis ei ostenderet. Cùm autem oraret, apparuit ei Angelus, dicens, vt mitteret Ioppẽ, & vocaret Petrum, & eiut præceptis obediret. Qui misit tres legatos: quibus venientibus Ioppen Petrus obuiauit, cum illis iuit Cæsareã. Et cognouit visionem suam, & exposuit. Et nos eam exponamus. Petrus significat Doctores Ecclesiæ. Vas linteum figuram mundi tenet: qui quatuor partibus, quasi quatuor lineis, subnixus est. Hic mundus nominum, sed bestiarum plenus dicitur. Hic videnda est mirabilis conditio nostra, & miserabilis mutatio nostra. Et eoim in conditione nostra similes sumus Angelis; in mutatione coestra comparatisumus bestijs. *Homo cùm in honore esset, nõ*
Psalm. 48. *intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Propterea in Isaia ait Dominus ladæis. *Quis est iste liber repudij, quæ dimisi*
Isai. 50. *matrem vestram; aut qui est creditor meus, cui vendidi vos? Ecce iniquitatibus vestris venditi estis; & sceleribus vestris dimisi matrem vestram: quia veni, & non erat vir; vocaui, & nõ fuit, qui audiret.* Ac si dicat. Non dedi libellum repudij, vt matrẽ vestram Synagogã dimitteretis: verùm illa in sceleribus suis dimisit me, vadens post amatores suos. Nec deterruit aliquo debito compulsus sum vos vendere: imò sub peccato venundati estis spontanea voluntate. Super hæc omnia contuli vobis spirituale bonum; quia veni in carne humana. Veni dico, sed non erat vir: hoc est, inueni non rationales, sed quasi bestias in deserto. Quid enim de Prælatis dicitur? *Leo rugiens, &*
Proverb. 28. *ursus esuriens, princeps iniquus super populum pauperem.* Quid de malis subiectis? *Genimina viperarũ, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira?*
Matth. 3. Sicut enim viperæ parentes suos occidunt, sic mali subditi vel opere vel sermone prælatos suos interficiunt. Quid de luxuriosis? *Factus est Ephraim*
Ierem 15. *quasi equus emissarius: vnusquisque ad uxorẽ*
Ezech. 23. *proximi sui hinniebat.* Et alibi. *Carnes asinorum*
Ioël. 1. *carnes eorum* Et item. *Computruerunt iumenta in*
Matth. 7. *stercore suo.* De infidelibus & repugnantibus. *Nolite dare sanctum canibus.* Et de voluptuosis & negligentibus, *neque margaritas mittatis ante porcos.*
Psal. 30 De omnibus, *Visite quadrupedum in deserto; velut ius iumentorum Austri.* Ecce quomodo homo iumentis insipientibus comparatus est; & tamen pius & misericors Dominus dicit in Osee Propheta, tempus gratiæ annuntians. *In die illa, in-*
Osea 2. *quit, percutiam fœdus cum volucribus cæli, & cum bestia agri, & cum reptili terræ*: de superbis humiles faciendo; de rudibus & inciuis doctos & sapientes: de cupidis, & terrenis adhærentibus carnata feruentes: *& arcum, & gladium, & bellũ*, scilicet omne studium belligerandi, *de terra auferam*, & ad pacem meam reducam. Vnde dictũ est Petro *Surge Petre, macta & manduca.* Surge à torpore negligentiæ; macta, occide, manduca, id est admitte corpori Ecclesiæ. Macta, scilicet veteres impios, & non eruoi. Occide peccatores, vt viuant iusti; occide superbos, vt humiliter viuant: occide luxuriosos, vt in castitate fulgeant, & sic de ceteris. Petrus respondit carnaliter, & secundùm legem, commune non intrasse in os suum: & dictum est illi spiritualiter.
Act. 10. *Quod Deus mundauit, tu commune ne dixeris.* Nõ *Ibidem.*
enim desperandus est peccator apud illũ, qui facit mundum de immundo conceptum semine: qui sola gratia iustificat impios. Surge Petre, percute gladio. *Maledictus enim qui prohibet gla-* *Ierem.* 48.
dium suum à sanguine, ait Ieremias. Opera autem carnis & sanguinis regnum Dei non possidebunt. Hæc gladio verbi Dei amputanda sunt. Gladius siquidem Domini devorabit carnes. Sic Moyses *Exod.* 32.
vitulum conflatilem confregit & combussit, & cõtritum in puluerem, & potum dedit filijs Israël. Idem per vitulum, quod per discum significatur. Vitulus corpus diaboli. Hic primùm frangendus est per humilitatem; postea comburẽdus, vt forma maligna in eo consuodatur: inde comminuendus, vt omnis malitia in eo destruatur: & pòst potandus à filijs Israël, vt corpori Ecclesiæ associetur. Vas pendens ter appositum; quia in fide sanctæ Trinitatis mundus cõcertendus erat. Hac visione cognita Petrus perpendens, quia non solùm Iudæis, sed & Gentibus debitor erat, Cornelium & familiam eius baptizauit.

Visio Petri moraliter explicata.

Christus veres non inuenit.

Vellus & area Gedeonis quid designent.

Sermo In Annuntiatione Dominica.

Psalm. 71. *Descendet sicut pluvia in vellus, & sicut stillicidia super terram.* Sicut vellus ex pluvia nullam corruptionem, sed ablutionem suscipit: sic nec Virgo ex susceptione Verbi. Et sicut stillicidia humectant terram, & fructiferam reddunt; sic & Christus doctrina sua quasi pluvia salutari infudit, & ad fructum pietatis præparauit. Hic monet nos ad historiam. Legitur namque quòd *Iudic.* 7.
Gedeon iturus ad bellum contra Madianitas, signum petiit, vt posito vellere in area, vellus compleretur, & area sicca inueniretur. Postea petiit contrarium signum, vt vellera exsiccato, area complera esset. Vellus cõplorum populũ Iudaicũ significat, qui priùs legem & Prophetas, & visiones Dei, & gratiam spiritualẽ, quasi pluuiam salutarem suscepit. Area sicca Gentilitas in toto orbe terrarum à diuino nutu & cognitione Dei arida. Postea verò in adoctu Christi vellere siccato area complata est: quia cæcitas ex parte ortigit in Israël, vt plenitudo Gentium intraret. Absque non saluarentur Ninive, nisi encur- *Ionæ* 4.
bita arnisset: id est, nisi figuræ legalium observationum euacuatæ in veritate patefacta, mundus non saluaretur. Hoc signo Gedeon confirmatus perrexit ad bellum. Cùm verò exercitus eius siti fatigaretur, dixit eos Angelus ad aquam; & illos qui flexo genu bibebãt aquas separauit; alios verò qui manu lambebant retinuit, qui fuerunt terra ecuti: quibus dedit tubas in dextera, & lagenas in sinistra. Postea cùm venissent super exercitum

hostium, sonuerunt tubis, fregerũt lagenas, emicuerunt lampades, & hostes conuersi sunt in fugam. Gedeon interpretatur circuiens io vtero, de quo dicitur. *Gyrum cœli circuiui, & in fluctibus* Eccli. 24. *maris ambulaui.* Iste omnia circuiens & comprehendens, in vtero Virginis cõprehensus est. Porrò Madian interpretatur Dei judicium; & significat dæmones, qui iusto Dei judicio corruerunt, & æternaliter damnati sunt. Proceditque Gedeon cum exercitu ad bellum, id est Christ⁹ cum fidelibus Per aquam vbi probãtur, sacta Scriptura intelligitur. Illi qui aquam flexo genu bibunt, id est qui Scripturam sacram intelligunt, & operari renuunt (quæ operatio per genu intelligitur) à sanctorum cõsortio separantur. Qui verò recto genu bibunt, id est, qui sic intelligũt, vt operãtur, ad bellum iré cum Christo apti sunt. Numerus irreceptorum significat quòd perfecti sunt in fide Trinitatis, & imitatores Dñicæ passi-

Littera T figura est crucis Christi. onis. Vnde Tau litera in Græco bene numerum caprimit, quæ est figura Dominicæ crucis. Procedunt itaq; cum Gedeone Martyres, qui in tempore certaminis tubis sonuerunt, quia veritatis doctrinam annuntiauerunt. Fregerũt lagenas, quia corpora sua ad supplicia tradiderunt. Fractis lagenis emicuerunt lampades; quia ea passione Martyrum crebra miracula apparuerunt. Sic sonuerunt tubæ, vt lagenæ frangerentur: quia prædicauerunt, vt morerentur: mortui sunt, vt miracula fierent: miracula facta sunt, vt hostes terrerentur. Et notandũ, quòd hostes ante tubas fleterunt; sed fugerunt ad confractionem lagenarum, & ad coruscationem mira-

Psalm 140. culorum. Vnde vox Martyrum. *Sicut crassitudo terræ erupta est super terram, dissipata sunt ossa nostra secus infernum.* Sicut enim crassitudo terræ ad hoc struitur, vt terra impinguetur; sic corpora Martyrum iuxta voluntatem peccatorum tradita sunt mortis, vt Ecclesia sancta fecundaretur. Sic Gedeon noster, per mortem Martyrum hostes superauit: sic quotidie, per opera iustorum hostes superat, & Ecclesiam fructiferam reddit. Habent enim iusti in deatera tubas, id est in potiori dilectione vocem diuini sermonis: in sinistra lagenas, id est curam carnis in minori cura. Verbum enim Dei præponendum est curæ carnis. Tubis insonant, cùm verbum Dei vita & doctrina annuntiant. Lagenas frangunt, cùm corpora sua cum vitijs & concupiscentiis crucifigũt. Lampades coruscant, quia animæ superata carnis remotione ad contemplationem exurgunt, secundùm illud beati Iob. *Homo ad laborem nas-*

Iob 5. *citur, & auis ad volatum:* id est, quantò exterior homo magis labore afficitur, tanto magis anima quasi auis ad alta euolat. Sic iusti in sonando tubis, & crucifigendo carnem cum vitijs & concupiscentijs, & cantando ad deuotionem contẽplationis hostes in fugam conuertunt: quia tentamenta diaboli, & desideria mundi, & carnis incentiua deuincunt. Sic igitur descendit idem Christus sicut pluuia in vellus; quia natus est sine Virginis corruptione: & sicut stillicidia stillantia super terram; quia inebriauit mundũ pluuia salutaris doctrinæ, hostes fugauit, & populum Dei liberauit. Ita dæmoniacæ iugum seruitutis confregit: & iugum, id est potentiam abstulit; & sceptrum, id est dominationem destruxit, sicut in die Madian, & sicut in illa historia figuratum est.

Sermo De Sacramento Altaris.

Beatus qui comedit panem in regno Dei. Hic est panis, qui cor hominis confirmat; qui sanat ægrotos: qui surdos facit audire, & mutos loqui. Hic est, qui Angelos pascit, vt gaudeãt in patria: peregrinos reficit, ne deficiant in via. Hic de cælo nobis datus est, & de terra ortus est: quia Dominus dedit benignitatem, & terra nostra dedit fructum suum. Boni saporis est, dulcis super mel & favũ: habens omne delectamentum, & omnẽ saporem suauitatis. Is mirę pulchritudinis, in quẽ desiderant Angeli prospicere. Iste à prudentibus sæculi absconditur, laborantibus in vinea ꝑmittitur, perseuerantibus datur. Iste, quia filijs dũ est, non datur canibus, i. murmurantibus, & inuicẽ mordentibus Non datur porcis, i. gulosis, & luxuriosis: non mercenarijs, qui solum temporalis mercedis capetunt panem: sed filijs, vt sit eis medicina & viaticum in via; lætitia & præmium in patria. Hunc panem qui tũque manducauerit, in regno Dei manet in æternum: qui nõ gustauerit, morietur. Pro hoc pane vitæ acquirendo exiit Abraham de terra sua, crucifixus est Petrus, Paulus occisus, Laurentius igne crematus. Pro hoc pane manducant electi panem doloris; cùm pro Christo delectãtur in miseriis, & de terra sua spinas & tribulos nituntur euellere, vt sit apta semini diuino Hunc promisit Dñs perseuerantibus, dicens. *Vincenti dabo manna absconditum, & calcu-* Apoc. 2. *lum candidum, & in calculo nomen scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit* Manna apertum manducauerunt filij Israël in deserto, & mortui sunt: at manna absconditum Christus est. Hic est panis, qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. Abscõditum, quia in priori manna per significationem latuit Videamus quomodo Manna de cælo Exod. 16. in circuitu castrorũ descendit: & erat minutum, in similitudinem albæ pruinæ. Hoc colligebant filij Israël ad mensuram gomor. Quiea colligentes vltra statutam mensuram, inuenerunt coputruisse, & ebullisse vermes. Manna in campis durabat, donec sol incalesceret: eo incalescente mãna liquefiebat. In sexta feria duplũ colligebatur, ad op⁹ præsentis diei, & sabbatum sabbato enim non inueniebatur in campis: & quod ad op⁹ sabbati colligebatur, non putrescebat. Per hęc õnia Christus bene significatus est. Manna de cælo, & omnipotens sermo tuus, Domine, à regalibus sedibus venit. In circuitu castrorum: quia dat⁹ est ad defensionem omnium fidelium. Minutum: quia verba Incarnationis eius subtiliter discenda sunt. In similitudine quoque albæ pruinæ. Ipse enim est, qui refrigerat omnem ardorem cupiditatis, & dat candorem castitatis. Hunc panem colligunt filij Israël ad mensuram Gomor: quia innata præceptum statutum, scilicet in vitæ munditia debent ad hunc panem accedere fideles: alioqui qui manducat indignè, iudicium sibi manducat. Quicumque enim quærit Christum, non propter Christum; meritò Christus, qui est salus alijs, illi vermis & putredo efficitur. Hic videndum est, quia quidam quærunt Christum, & non inueniunt; quidam quærunt, & inueniunt, sed non proficiunt, imò reprobantur: quidã quærunt & inueniunt, & saluantur. Quærunt & non inuenientur, quibus dicitur. *Quæretis* Ioann. 7. *me, & non inuenietis: & in peccato vestro moriemini: & vbi sum ego, vos non potestis venire.* Christus enim iustitia est, & ideo malè non inuenient eum, quia remanent in iniustitia: Christus in ca-

ritate,

ritate, ad quã non possunt accedere anari: Christus in simplicitate & bonitate, vbi malevoli & duplices non possunt accedere. Quidquid enim mali faciunt, vel ideo faciunt, vt bene sit eis, vel vt malè non sit eis. Cùm autem faciunt aliquid, vt bene sit eis, & ideo malè est eis, quærũt Deum, sed non inueniunt. Alij quærunt, & inveniunt, sed non proficiunt: quia non ad hoc quærunt, vt habeant, sed vt vendant vel occidan: sicut Iudas ad hoc quæsiuit, vt venderet; & Iudæi ad hoc vt occiderent. Bunt verò quærunt & inueniunt, & saluantur, sicut dicitur. *Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum* Sic Maria Magdalena quæsiuit mortuum, & inuenit vivum: quia qui quærunt eum non ad vsum temporalis vitæ, sed æternæ, inuenient eum in glorificatione. Manna erat in campis, donec sol incalesceret: quia tamdiu habebimus Christum in sacramento, quoadvsque appareat idem verus sol iustitiæ, & tunc cum illo apparebimus in gloria, & sine sacramento eo perfruemur. Erat omnis saporis hoc manna palato, afferens saporem cibi cuius, quem quisque cupe-

Sap. 1.
Iaann. 20.

tet. Sic & Christus noster cùm dignè sumitur, sapit palato animæ fideliter sumentis remissionũ cuiuslibet peccati, à quo desiderat liberari. In sexto die duplum colligere, est diuina mandata implere: vt ipsum in præsenti habeamus protectorem, in futura requie gloriosum remuneratorem. Est enim nobis in via adiutorium, qui & in patria erit perenne præmium. Adjutorium tale est. *Firmamentum est Dominus timentibus eum.* Præmium tale est. *Et testamentum ipsius, id est* cõtestata promissio, *vt manifestetur illis.* Sequitur *Et dabo illi calculum candidum* Calculus lapis lucid⁹ & solidus significat immortalitatẽ & impassibilitatem corporum. In eo erit nomen novum scriptum: quia tunc filij Dei verè vocabimur, & erimus. *Quod nemo scit nisi qui accipit.* Ante enim quàm veniamus ad illam claritatem, non poterimus cognoscere filiorũ Dei dignitatem. Dicit itaque, *Vincenti*, id est perseveranti, *Daba manna absconditum*, id est meipsum, in præsenti ad gratiam, in futuro ad gloriam. In præsenti, in sacramentis: in futuro, in revelatione supernæ claritatis; *& daba illi calculum candidum*: lucidum impassibilitatem, & ibi *nomen novum* scriptum divinæ filiationis. *Quod nemo scit, nisi qui accipit.* Quia in accipiendo, revelationem & libertatem filiorum Dei suscipiemus

Psal. 34.

Ibidem.

DICTA D. SERLONIS ABBATIS SAVINIACI.

Id est, Sententia ejus, in quodam Scriptura lecta.

Exod. 7. & sequent.

Plaga Ægipti moraliter exposita.

INovratvm *est cor Pharaonis*, &c. Pharao, qui populum Dei Moysi dimittere promisit, nec tamen dimisit; illos designat, qui vitæ melioris emendationem promittunt, nec culpam dimittunt: & non in spiritu columbino contritionem cordis, sed in voce coruina dilationem quærunt. Quorũ terra diuersis plagis affligitur, nec emollitur: sed consuetudine peccandi magis ac magis induratur. Tunc enim Dominus aquas in sanguinem conuertit; cùm de rerum causis aliquis carnaliter sentit. Terra producit ranas: cùm in aliquo garrieti dominatur vana loquacitas. Cænunia liquidem & scynifes, super importuni mẽtis impet⁹, & canini mores. Mors pecorum, mortem designat cogitationum, quæ peccatibus assimilari solent, quando rationabili intellectu esrent. Sic enim homo cumparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Sexta plaga, est cùm iumenta vesicæ, viscera corrumpũtur. Quod fit, dum mentis interiora tument odio, itaque ebulliunt. Plaga vero grandinis in fructibus, iniquitatem manifestam designat in operibus. Plaga locustæ instabilitas est animæ. Quæ ore lædit, eum detrahit; dat saltus, dum ad cætoales se extendit affectus. Plaga liquidem tenebrarum cæcitatem designat animæ. Quæ palpabiles esse comprobantur, dum peruersa quæ mens cogitat, opere perpetrantur. Hoc enim palpabile est, quod manu tangi potest. Nota, quòd inter plagam grandinis, & plagam tenebrarum, media ponitur plaga locustarum. Ab iniquitate etenim, quæ designatur per grandinem, fit quasi saltus locustarum ad æternæ damnationis cæcitatem. Nouissima plaga est mors primogenitorum. Primogenita liquidẽ mentis moraliter sunt voluntas, & intentio cuiuslibet operantis. Dum enim voluntas & intentio corrumpuntur: quasi primogenita Ægyptiorum morte percutiuntur.

TOndebatur Absalon semel in anno, & tunc 2. *Reg. 14.*
crines suos ponderabat ducentis siclis ponderepublico. Appetitus carnis cæsariem nutrit, quia cogitationum superfluitatẽ producit. Quæ cæsaries grauat mentem, dum deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Qui tonsus semel in anno ducentis siclis crines põderat, quando in omni spatio vitæ suæ cupiditatibus semel renunciat, & hoc in fine. Tunc enim tantũ ab his quæ possidet spoliatur, quando successionũ mortis vltimæ à terrenis separatur. Põderat autem plus terram quàm cœlum: plus enim amat esse in domo lutea, quàm in non manufacta, quę est in cœlis: in trãsitoria, quàm in æterna; & hoc pondere publico, non pondere sanctuarij. Audi pondus sanctuarij, pondus Pauli. *Cupio*, inquit, *dissolui & esse cum Christo.* Audi pondus publicũ. *Philip 1.* *Væ habitantibus in terra*, non illis qui corpore *Apoc. 8.* habitant, sed qui cor de amant.

IN lectulo Iacob ad caput ponitur lapis: nõ pla- *Genes 28.*
ma leuitatis, quæ vento superbiæ rapitur, cum *Isai. 14.*
dicitur. *Panem sedem meam ad Aquilonem similiter altissimo.* Iacob in itinere sub capite lapidem posuit, & dormiit, scalam vidit, Angelos ascẽdentes, & Dominum innixum scalæ. In itinere dormit, qui in trãsitu vitę præsentis oculos quos ad conspiciendum aperuerat, ab aspectu seculatium claudit. Videt Angelos, quo desiderio superse Deo inhæreant, quantò caritatis affectu nobis infirmis condescendant. Videt & Dominum innixum scalæ, vt videat, si est intelligens, aut requirens Deum. Nec mirum si hæc videat, qui caput in lapide posuit; id est mẽtẽ in Christo;

1. Reg. 1. *Cum reuerteretur Dauid à cæde Amalech: & maneret in Siceleth: venit homo de castris Saul ad Dauid*, &c. Cùm enim reuerteretur Dauid à cæde Amalech, venit ad eũ homo de castris Saul: quia dum post mortificationem vitiorum iterũ carnis appetitus animum pulsat: non tantũ proprios lapsus ouncias, sed etiam aliorum defectũ narrat: vt per exempla maiorum ad voluptatem carnis inclinet meotes minorũ. Quos enim Saul, nisi superbos in Ecclesia prælatos significat: qui ab humeto & sursum eminere sibi videntur super vniuersum populum? Qui in monte Gelboe ab Amalecbita percussus occubuit, dum in mõte superbię posita, per diuersa carnis desideria mens fluxa decurrit. Super Saul vt eum occideret Amalechites stetit: quia animus cut caro dominatur citò perit. Sed tu, carissime, præcipe vni de pueris tuis, id est spiritui puræ discretionis: vt interficiat in te Amalechitam istum, qui ausus est manum mittere etiam nunc quotidie tu Christum Domini.

3. Reg. 10. Regina Saba ingressa est Ierusalem, & locuta est Salomoni vniuersa, quæ habebat in corde suo: & ille docuit omnia, quæ proposuerat. Saba captiua, vel, vt quidam volunt, conuersio, vel incensio interpretatur. Dũ enim aliquis sub lege peccati adhuc in sęculo positus tenetur: audita fama Salomonis, per verbum prædicationis accenditur. Et ingressa Ierusalem, cùm incipit diligere pacem, locuta est ei vniuersa quæ habebat in corde suo per confessionem, & ille docet omnia verba, quæ proposuerat, si pœniteat habere remissionem. Videt Regina Saba sapientiã veri Salomonis, quam ostendit nobis per humiliatem filij. Videt domum Ecclesiæ, quam quotidie ædificat per gratiã Spiritus sancti. Videt cibos mensæ, & habitacula seruorum, ideſt intellectus diuersos scripturæ, & congregationes Religiosorum. Videt ordinem ministrantium, ideſt statuta rectè viuẽtium. Considerat etiam vestes, martyrum scilicet, & confessorũ carnes; has purpuratas est sione proprij sanguinis, illas verò nigras exercitio laboris, seu pallidas mortificatione carnis. Videt pincernas, qui cum tibo prædicationis propinant vinum compunctionis. Attẽdit & holocausta, quæ offeruntur in ara cordis contribulati. Sed hæc cùm videt animus nouitet conuersus, dicitur de eo quod sequitur, *& non habebat spiritum*. Habebat, & non habebat. Habebat spiritum, non elatum; spiritum gratiæ, non nequitiæ, spiritum Dei, non spiritum mundi. *Verum est*, inquit, *sermo, quem audiui in terra mea: & non credebam narrantibus, donec ipsa vidi oculis meis, & probaui, quod dimidia pars mihi nunciata non fuerit.* Patum itaque videtur captiuo & liberato, conuerso & accenso, audire prædicationẽ, nisi veniat per affectum: videre per cogitationẽ, nisi probet per effectum. Cùm enim videt in domo conuersionis bona contemplationis, & recogitat in se ea quæ audierat adhuc in sæculo positus, de bonis actiuæ vitæ, opera scilicet misericordiæ, benignitatis, & concordiæ, pondus laboris, afflictionem carnis, vilitatem cibi, quietem silentij: & iterum attendit per contemplationẽ futuræ vitæ premia, vbi erit iustis æterna bonitas, felix æternitas, gaudium sine dolore, quies sine labore: cùm autem hæc videt, dicit, media pars mihi nunciata non fuerat. An nostris, quia Maria meliorem partem elegit, quæ non auferetur ab ea? Quantò meliorem & longiorem, tantò maiorem. In actiua siquidem vita finis est in labore, in contemplatiua verò, nec defectus in bonis, nec terminus in dilectione.

3 Reg. 10.

TRes sunt domus in quib⁹ hospitamur, egressi de captiuitate antiqui hostis: domus videlicet misericordiæ, domus obedientiæ, domus indulgentiæ. In domo misericordiæ apud Patrem suscipimur, per pietatem visitati. In domo obedientiæ, apud Filium per passionem redempti. In domo indulgentiæ apud sanctum Spiritum per gratiam à peccati iugo liberati. Prima domus renuntiantibus peccato, affinis est Ægypto. Secunda domus proficientibus in bono, proxima est terræ delectationibus in Domino, coniuncta est paradiso. Est igitur humilis, vt sit in paradiso sublimis.

Sacrificium Abrahæ mystice explicatur.

TRia sunt sacrificij genera. Vnum Dominici corporis, alterum contriti cordis, tertium mortificatæ carnis. Oportet ergo præcedere sacrificium humiliatis in mẽte, afflictionis in carne, vt habeatur deuotio in Dominici corporis consecratione. Cùm obtulisset Abraham sacrificium Domino post victoriam quoque Regum, vaccã triennem, & capram triennem, & arietẽ triennem, columbam & turturem: animalium corpora diuisit, aues verò indiuisas permisit. Descendebant autem volucres super corpora diuisa, sed Abraham abigebat eas. Aduersus se inuicem animalia diuiduntur, dum per diuersa desiderta carnales distrahũtur. Forte aues indiuisæ remanent, quia spirituales semper vnitatis vinculum tenent. Supra corpora vero diuisa volucres descendunt, quia in diuisione carnalium dæmones desiderij sui pastum quærunt. Sunt etiã aliæ volucres, importunæ scilicet cogitationes, quæ in ipso nostræ orationis sacrificio quandoque se ingerunt, & quod in nobis Deo immolamus, hoc rapere vel conmaculare volunt. Sed Abraham abigente diffugiunt volucres, quia manu sanctæ discretionis animus fugat immundos spiritus, & peruersas cogitationes. Per vaccam, vt quidam volunt, quod graue est animal, leue sualitas: per capram, quæ altum petit, & clarum habet visum, intellectualitas; per arietem, quia reuicosum est animal, carnalia insignatio designatur, quę cornibus superbiæ spiritui reluctatur. Hæc trib⁹ animorum dicuntur esse, vt in diuiduæ Trinitatis imbuantur amore. Ego autem non tantũ grauor accessu volucrum: sed etiã inquietor importunitate muscarum, quæ venientes ex Ægypto, adhuc sequuntur sacrificantes in deserto. In illis timeo rapinam, in istis maculam. Tres sunt antẽ muscæ Ægypti, ideſt vanitas, curiositas, & voluptas. Musca vanitatis inquieta, & maculat sacrificium humiliati cordis: musca curiositatis sacrificium orationis: musca voluptatis sacrificium mortificatæ carnis;

Genes. 15.

B. ELIÆ ABBATIS DE DVNIS

SERMONES DVO.

Venerabilis hic Elias Dunensis Abbas septimus sanctitate & doctrina clarus, multa scripsisse refertur: sed ex his solùm duo sermones sequentes nunc reperiuntur. Obijt anno 1203. Beatorum catui in Menologio Cister. adscriptus. Hæc & ipsos Sermones ex Bibliot. R. D. Caroli de Visch Prioris Dunens. sumpsi.

SERMO I. IN CAPITVLO GENERALI HABITVS

Eccli. 31. Isai. 51.

RECTOREM te constituerunt, noli extolli. sed esto in illis, quasi vnus ex ipsis. Stimxia Propheram tcspicere iubemur ad Abtabam Patrem nostrũ, & ad Saram, quę peperit nos; vtrinsq; loco, quasi pettam de qua excisi somus, reputate debemus

Ecclesia Cistercienſis mater Ordinis.

communiret Ecclesiam istam. Hæc enim est mater oostra, in cuius vterum iterum iotroiuimus, vt iterum renascamur ad vitam, vt potemur à lacte, & saciemur ab vberibus consolationis eius: vt de ea, quasi de horreo veri Ioseph, frumenta percipiamus: non modò ad esum, vt ipsi pascamur, sed etiam ad semen, vt alios reficiamus: & tanta benedictionum gratia fœcundati, non solum ipsi fructum bonorũ operom patiamus; sed etiam alios, exemplo nostri, patere faciamus, vt ueminem rangat nota sterilitatis, maledictum in filijr Israël. Propter hoc hucusque cucurrimus, non vt cuttendi tetminõ hic figamus, sed vt materno vbere recreati, fortiores, alacriures, & indeficientes cuti amus, donec ad metã nobis propusitã peruenimus. Neque enim ideirco ad loeum vndè exeunt flumioa, reuertuntur, vt ibi sistant. sed vt liberiùs itcrom fluant. Respicit ad nos turba magna, quã dinumetare nemo potest, ex omni natiuue, tribu, & lingua; populus pendetus ad reditum nostrum: ftatres, & filij, consortes & conciues oostri: expectantes, & expetentes, vt obuiis manibus cum gaudio susciptant plenis metcibus redeuntes, teferentes sibi vitæ pascua, & pabulum animarum. Quibus etsi fortè præesse videmur honoris dignitate, aut cettè oneris grauitate: consortium tamen naturæ, communionem vitæ, origioem conditionis nostræ, semper consideiare debemus, vt eos quibus honore præferimur, apud Deũ in conscientia, vitæ metito præferamus. Sic nos deleCet & afficiat dignitas bouoris, vt tamen semper magis exterreat pondus oneris, & modis omnibus laboremus prodesse potiùs, quàm præesse. Cùm enim

Scientia & virtus ad dignitatẽ pertineat.

ad dignitatem duo pertineant, scientia & virtus: dignitatem sine scientia, iudicio sapientis, conflat esse satis inutilem: scientiam verò sine virtute, damnabilem. Sicot enim, ait quidam, *honor sine humilitate, sese perducit ad confusionem; humilitas sine honore, sibi sufficit ad honorem.* Vndè Sapiens sapienter instruens, & sapientiæ viam docens, quid Prælatis fugiendum, & quid eligendõ sit, paucis exponit & osteodit, cum dicit: *Rectorem te constituerunt, &c.* In quibus verbis, secundum, quod ad præsens occurrit, quatuor videntur posse notari: scilicet, ad officium pastorale, cuta sullicitudinis: ad libertatẽ canonicæ electionis, concordia vir tutis; ad cautelam custodia humiliratis; & vitæ conformitas, ad obseruantiam caritatis. Cum ergo audis, *Rectorem te*, attende curam sollicitudinis. Cum audis, *constituerunt*, intelligc vnitatis concordiam in libertate canonicæ electionis. Cum audis, *noli extolli*, obserua humiliatis custodiam. Et cum audis, *Esto in illis, quasi vnus ex ipsis*, vitæ nota cooformitatem, ad obseruantiam charitatis. Non est sanè dignus censeri nomine Rectoris, nec assumi debet ad opus regiminis, cui deest cura sollicitudinis; cui nec scientia suppetit erga infirmos ad medelam salutis, nec vitæ meritum suffragatur in ostensione virtutis. Indebitè satis, & periculosè rapitur, & trahitur ad publicas cutas, qui diutius antè non gessit sub integritate priuatas, quia *non decet illum delinquere, qui alios debet sub aquitatis regula continere, ne fiat prauum exemplum, qui electus ad habile noscitur institutum.* Ec cùm Rector congruat, vt seipsum, & alios sub disciplinæ censurã regat, quædam sunt, quibus sibi; quædam quibus aliorum vtilitati consulit & saluti. Sibi consulit, si castus fuerit corpore, corde mundus: vti si tendat ad amplexus Rachelis, septem annis seruiat, & sabbatum ex sabbatõ faciat; vt non solùm se temperet à prauis operibus, sed etiam à cogitationibus quiescat illicitis. Ad officium eius etiam pertinet: vt sit in

Munus Pastoris.

victu sobrius, in habitu compositus, in gestu disciplinatus, mansuetus in moribus, in vultu serius, in sermone circumcisus, patiens & fortis ad aduersa, humilis & temperatus ad prospera. vt sic in eo vespere & mane dies vnus. Siue enim mane prosperitatis arrideat, sioe vespera aduersitatis insurgat, idem semper animi status, quasi dies vnus esse debet in eo, diem æternitatis desiderantes, de qua dicitur: *Melior est dies vna in atrijs tuis, super millia.* Cùm hi, qui virtutes Christi Domini ostabantur, Regem eum constituere vellent, fugit ab eis: crucifixotibus verò prompte occurrit: vt scilicet hoc exemplo cauti simus ad blandimta fæculi deuitanda, prompti verò ad cõtraria sustinenda. Hæc & eiusmodi sunt, quibus Rector debet seipsum regere, præter alia, quibus tenetur aliorum saluti consulere. Nam erga alios, oportet vt sit vigil & sollicitus, prouideus, & circumspectus, misericors & iustus: vt tãquam omnium curam habens, omnia omnibus fiat, vt omnes lucrifaciat. Oportet vt habeat ad regendum, virgam & baculum: ad sanandum, vinum & oleum: ad caritatis & castitatis exemplum, tosam & lilium: ad ostetendũ sacrificium, ignem & gladium. Oportet insuper, vt habeat ad pascendum, panem in pera: ad coercendũ & vrgendum, fræna & calcaria: ad terrendum, canem in fune; ad pungendum, in fundã lapides de torrente: ad animadodum & exterminandum, tubam à dextris, & lagenam à sinistris: vt pro saluris verbo quod prædicat, etiam libens, si necesse fuerit, moriendo succumbat, & pro ouibus suis animam ponat. Talibus omninò desse non credimus post cõfractionem lagenarum, quo fungentur aduersarij, lumen ardentium lampadarum, sine latitatẽ bonoz opinionis, per meritum, sine effectum operationis in ostensione virtutis Multitudo talĩ Sapientium, est saoiras orbis terrarũ. Quia nec Salomon in omni gloria sua, coopertus est sicut v-

Eccli. 31. Qua habere debeat pastor ad regẽdẽ.

nus ex istis, qui talibi oecst redimitus insignibus. Oportet præterea, vt Rector, sicut cæteris præfulget officio, sic bonæ cōuersationis exemplo; sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos vultrens. Quomodò enim potest aquila prouocare pullos suos ad volandum, nisi super eos volitet? Est qui intrà, est qui iuxta, & est qui supra pullos suos volitat. Intra volitat aquila, quando vitæ subditorū vita pastoralis inferior, humilior, & despectior inuenitur. Iuxta volitat, quandò vita eius cōmunis est cæteris, & æqualis. Sed supra pullos suos volitat, quādo eos quadam prærogatiua sanctitatis excellit, vt & viam doceat, antè alius volando, & sit eis in umbraculum diei ab æstu, cōsolatiōis, exhortationis, & orationum suffragijs protegendo. Post mortem Iosue cōsuluerunt filij Israel Dñm dicētes: *Quis ascendet antè nos contra Chananeum, & erit dux belli?* Non dicunt, Quis ibit nobiscū, aut quis sequetur nos? cum illud pertineat ad cōmunem & promiscuam multitudinē: sed, *Quis ascēdet ante nos, & erit dux belli?* Dux belli meritò vocatur, qui alios ducere, aliqs solet animare, & in omni periculo, antè omnes alios primꝰ ire. Hinc illud egregium in laudem Cęsaris habetur, quod nunquā in aliquo periculo dixerit militibus suis, *Ite illuc*, sed, *Venite huc*. Vndè satis elegāter quidam admonet, dicens.

Exemplo suis debet esse pastor.

Iudic. 1.

In communes jubes si quid, censesque tenendum,
Primus jussa tibi, tunc observantior æquis.
Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipsum,
Authorem parere sibi; componitur orbis.
Regis ad exemplum, nec sic instigere sensus,
Humanos edicta valent, quam vita Regentis.

Sic cœpit Iesus facere & docere, & à nobis requirit, vt os ad ascellas retorqueamꝰ, vt gladium ponamus super femur nostrum, vt aquam ipsi bibamus de cisterna nostra. Et de Angelo in Apocalypsi de cælo descendente legitur, quòd libellum habuit in manu sua. Libellum Angelus in manu habet, quādò nuntius verbi Dei, mandata diuinę legis, quæ aliis prædicat, ipse bonis operibus adimplet. *Paul.*, inquit, *eos in innocentia cordis sui, & in intellectu bus manuum* (id est, in operibus intellectualiter factis,) *edux it eos*: intellectꝰ manuū, actualem vocans intelligentiā Et hæc dicta sint, vt rectoribus pastoralis cōmendetur cura sollicitudinis, & tam honoris, quò periculosi oneris debeant meminisse, cum audiunt, *Rectorem te constituerunt*, &c. Noo enim ausu temerario irruperūt, nec authoritate propria præsumpserūt, nec per violentiam intruserūt: sed, *constituerunt*, id est, simul vnanimi consensu, pari voto, cōmuni volūtate, & canonica electione statuerunt Cum enim ad omnimodā perfectionem reuocantur Prælati (vnde eis & Aurea debetur, & Aureola) exactiore diligentia debet examinari, quicunque dignè nouendus est Pastor populi Dei, ad colendum, ad regendum, & ad dispēsandum patrimonium Crucifixi. Nemo etiam sibi assumit honorem (id est, assumere debet honorem) nisi qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. Vocatur autem à Deo, si eligitur qualis debet, & qualiter decet, & à quibus oportet, qui habeant & cognitionē veri, & electionē boni. Cognitio enim veri, non permittit errare in iudicio; electio boni, amore facit inhærere diuinæ volūtatis arbitrio. Vocatur etiā à Deo, si nec per violētiam superioris intruditur, nec gratia priuati amoris assumitur, nec ambitione prælationis ingreditur; hæc enim tria, scilicet violentia, priuatus amor, & ambitio promouere solent indignum. Caueant proinde, qui in gradu sublimiore positi sunt, ne propter potestatem sibi concessam, in iustè aliquid disponant, nec indignum violenter intrudant: quia sicut habetur in jure, Priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Videant & recogitent, qui priuato amore se diligunt, qui obscurato orationis oculo, q̄ iustum est liquidè non discernunt, dum in alteram semper partem, aut gratia labūtur, aut odio. Quasi enim duplex quartana est, gratia & odiū, cui sola iustitia medicinale appunit antidotū. Caueant & illi quos torquet ambitu magistratus, ne dum gradum se putant conscendisse supremum, vsque ad infimū relabantur; & eleuati supra se, infrà se deijciātur, sicut scriptum est, *Deiecisti eos Domine, dum allenarentur*. Caueant, ne alioquè qua per ostium in ouile ouium intrare conentur, oe non tam pastores, quā fures & latrones, summi Pastoris iudicio reputentur, & vestē nuptialē non habentes, à cœlestibus nuptijs excludantur, & mittantur in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & stridor dēntium. *Fletus* est oculorum, qui proueuit ex calore, & *stridor*, dentium, qui contingit ex frigore: quia in tormentis positi, tranſibūt (sicut dicitur) ab aquis nivium, ad calorem nimium. Mundus eris à sanguine isto, si tu, cuiꝰ interest domui Dei dignum ordinare ministrum, intus ordinem non excedas; si de aliorū iure tibi nihil vsurpare præsumas; si obsequio omni personarū acceptione, cū qui vocatur à Deo, canonica electione instituas, & talem, qui iuxta Prophetā, euellat & destruat, dispergat & dissipet, ædificet & plantet: euellat, inquam, vitium, vbi radicem iam fixit: destruat, quod in altum iā pullulauit: dispdat, q̄ per prauam consuetudinē inoleuit: dissipet, quod alios exemplo prauitatis infecit: ędificet demum, aurū, argentum, lapides pretiosos, vbi naturale reperetit fundamentum, & animum ad bonū dispositum: plantet in terra cordis (cum arata fuerit & purgata diligēter, ac impinguata, fide germina, plantaria virtutū: vt sit in domo Dei hortus deliciarum, in suauitate cunditate communiter viuētium, hortus nucum in duritia & asperitate pœnitentiæ; flores rosarum, inferuenti charitate Deum amantium; lilia conuallium, in cœtu castitate humilium: & postremò, paradisus pomorum omnium, in dulcedine æterna iam præbentium, & spirantium longè latèque bonæ opinionis odorem, imitationis exemplum. Huius autem qui taliter est à Deo vocatus, & canonica electione taliter est constitutus, nihil tam necessarium, quàm vt virtutem humilitatis custodiat; *Quia qui sine humilitate* (vt dicit S. Greg.) *virtutes congregat, quasi in ventum pulverem portat.* Vnde Sapiens, inter cætera, quibus rectorem instruit, ne extollatur, admonet, dicens: *Rectorem te constituerunt, noli extolli.* Bestia diuersorum capitum, quæ ex diuersis causis trahit originem, superbia est: quæ natione cælestis, sublimium meotes inhabitat, in cinere latitat, & silice: prima suscipit venientes, vltima recedentes insequitor.

Apoc. 10.

Psalm. 77.

Eccli. 31.

Aureola Prælatis debetur.

Quæ prælatis sunt cauenda.

Iudic. 1.

Psalm. 72.

Ierem. 1.

Pastor agricolæ debet similis.

Gregor.

Eccli. 31.

Cum benè pugnabis, cum cuncta subacta patebis,
Quæ post infestat, vincenda superbia restat.

Hæc illa primogenita filia Regis Babylonis, quæ Angelum deiecit de cælo, hominem expolit de paradiso: quia ante trinā exaltatur cor. Hęc

è lampadibus fatuarum virginum effudit liquorem olei: hæc jejunauit & operantis coæquat, & annihilat opera Phariſæi: hæc plerosque, qui videbantur euaſiſſe mundi diluuiũ, retraxit ad vitiorum profundum: quia non habuerunt humilitatis ſtabile fundamentum. Dñs noſter magiſter humilis formã humilitatis in ſe nobis expreſſam oſtendens, *Diſcite*, inquit, *à me, quia mitis ſum, & humilis corde*. B. Antonio in viſione vidēti laqueos reſos vſque ad cælum, eam quærentem, & quærentes, quiſq; pertranſiret omnes laqueos illos excælit' reſponſum eſt. Antoni, ſola humilitas. Abraham Patez veſter, cinerem ſe vocat & puluerem: Dauid electus à Deo, & vnctus in Regẽ, canem mortuum, & pulicẽ vnum: & in conſpectu ſetoorum ſuorum, & ancillarum ſuarum, ludit & vilem ſe facit coram Dño, qui elegit eũ potiùs quã Saul. Et id quidem, quòd latis & iuſtè: ſi enim rerum ſtatus, recto ordine, & ęquo libramine penſaretur, omnis occaſio ſuperbiẽdi, certa eſſet cauſa & materia homini ſe humiliandi. Si præfulges ſcientia, ſi præmineat poteſtate, ſi diuerſis gratiarum donibus inſignieris, nihil habes quo non acceperis, da gloriam Deo, & quanto maior es, humilia te in omnibus. Si ſplendor domeſticus, ſi præclara patrũ memoria, ſi gloria ſanguinis alti animos tibi tollit: memento, quia glorioſius multò eſt, vt à te tua nobilitas incipiat, quã vt in te deſinat. Satius eſt, ait illa Romani maximus author eloquij, ſatius eſt, me meis rebus geſtiſque flotere, quam maiorum opinione viri: & ita viuere, vt ſim poſteris meis nobilitatis initiũ, & virtutis exemplum.

Malo pater tibi ſis Terſites, dummodò tu ſis
Æacida ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas,
Quam ſic Terſites ſimilem producat Achillem.

Ait ille, neſcio quis. Et item:

Sicmara quid faciunt, quid prodeſt, Pontice, ſcege.
Sanguine cenſeri, pictas oſtendere vultus
Maiorum, ſtantes in curribus Æmilianos?

Et hoc vanitas, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Si tacitè infirmitatem, ppriã conſidetas, ſi te pudet præteritæ conuerſationis, ſi ſuſcepti beneficij memor ſis, ſi tibi colligis & comparas multoſte meliores, ſi timorem extremi examinis autè oculos ponis, ceſſè videbis nouiſſima tua, & in æternum te non exaltabis. De 1. exemplũ habes in prædicto Abraham, qui propriam infirmitatẽ conſiderans, quo frequentiùs à Dño viſitatur, & familiariùs ad eius admittitur colloquiũ, eo humiliùs de ſe ſentiens, *Loquar*, inquit, *ad Dominũ meum, cum ſim pulvis & cinis*. De 2. exemplũ habes in Apoſtolo Paulo, qui præteritæ conuerſationis errores in mentem reuocans, *Qui prius*, inquit, *fui blaſphemus & perſecutor, non ſum dignus vocari Apoſtolus, qui perſecutus ſum Eccleſiam Dei*. De 3. exemplum habes in Ioſeph, qui ſuſcepti beneficij memor, *Non eſt*, inquit, *quidquam in domo Domini mei, quod non dederit in manu mea, præterte, qua vxor eius es: & quomodò poſſum hoc malum facere, & peccare in Dominum meũ?* De 4. exemplum habes præclarum in S. Iosaue Baptiſta, qui cum eſſet teſtimonio veritatis, aut maximus, aut certè pat maximus, in cõparatione melioris multũ ſe humiliauit, dicens: *Non ſum dignus vt ſoluam corrigiam calceamenti eius*. De 5. exemplum habes in B. Arſenio, qui timorem Dei mẽte gerens, ppter abundantiam lactymarũ, continuè legitur pannum in ſinu geſtaſſe: & cùm in extremis ageret, interrogatus an ipſe timeret: *Timeo*, inquit, *timeo, & hic timor ſemper in me fuit, ex quo factus ſum monach'. Va omni laudabili etiã vita hominum ſuper terram. ſi remota miſericordia diſcutiat eam Domine Deus. Nemo mundus à ſorde, & omnis inſtitia noſtra quaſi pannus menſtruata in conſpectu altiſſimi.* Præmiſſis authoritatib' & exemplis, Rectoribus virtus humilitatis propontur, commendatur, & approbatur: vt ſi ſortè ſuperius à Deo vocati fuerint, & præclarè quid egerint, non ſtatim eleuentur, ſed potius firmiſſimè teneant admonitionem Sapientis, qua docet: *Rectorem te conſtituerunt, noli extolli, ſed eſto in illis, quaſi vnus ex ipſis*. Eſto, inquit, in illis, *quaſi vnus ex ipſis*: hic notatur vitę cõformitas, ad obſeruantiam charitatis. Nihil ita facit ad obſeruãtiam charitatis, nihil æquè fauorem & gratiam compatat aliorum, quàm ſi in alto non altum ſapias, ſed conſentias humilibus, & eis conformiter viuens, ſis in illis quaſi vnus ex ipſis. *Eſto*, inquit, *in illis, quaſi vnus ex ipſis*: vt illorum proſus inducus affectum, & gaudeas cum gaudente, & dolenti condoleas, & cum infirmo nouerris infirmari, & vt cum ſcandalizato. Eſto in illis, quaſi vnus ex ipſis, in affabilitate colloquij, in prouiſione ſubſidij, in perceptione commodi, in æquitate indicij, quæ maximè videntur pertinere ad cõformitatem viuendi. *In affabilitate colloquij*, vt abundes animi ſale cum cõſulcis, melle cum cõſulis, vi præ conſolationis ſolatijs attracta cordis ouicula tua, colligatur, & quieſcat in ſinu paſtoris: vt ea oris tui dulcedinem percipiat vnctionis, nouo aſpectitatem durę ſentiat punctionis. *In prouiſione ſubſidij*, vt eorũ in omnibus prouideas neceſſitati, ſicut tibi velles in ſimilibus prouideri; lex enim naturalis eſt, *Quæ vultis vt faciant vobis homines, hæc & vos illis ſimiliter facite*. *In perceptione commodi*, vt nec habeas cultior, nec victus accuratior, nec lautior apparatus quæratur, ſed ita de cõmuni ſupplearur neceſſitas, vt omnis ſuperfluitas præcidatur, & ſic obſeruetur pacis vnitas, & concordia charitatis. *Carnis curam ne feceris in deſiderijs*, ait Apoſtolus. Dicens, *Carnis curam ne feceritis*, præcidit ſuperflua, addens, *In deſiderijs*, non excludit neceſſaria. Potiùs *In æquitate indicij*, eſto in illis, quaſi vn' ex ipſis, vt eo modo de aliis iudices, quo te vellis ab aliis iudicari: & eo ſpiritu accedas ad aliorum correptiones & correctiones, quo tuos & correpti velles, & correcti. Nunquam enim (vt ait S. Auguſtinus) nunquam alicui peccati corripiendi ſuſcipiendũ eſt negotium, niſi quãdo coram Deo liquidè nobis conſcientia noſtra reſpondet, ea dilectione nos facere. Si corripis, ex dilectione corripe, & ſalua ſunt omnia: habet charitatẽ, & fac quod vis. Sunt tamen quidam, qui in hac parte min' æquales in iudicãdo, in ſeipſos nimis ſpiritij & humani, alios, ſi cubi fortè erranerint, feuerius quam veri' iudicantes, & nihil ſe fecille arbitrantur, niſi ad ſingulos ſubditorum exceſſus, mordeãt, latrent, & occidant: & videri volẽtes ſe exercere inſtitiã, tyrannidem incurrere non formidant. Statera, & ſtatera, pondus & põdus, vtrumq; abominabile eſt apud Deum. Apud tales melius recipitur ſententia illorum, qui faſtidioſè conclamãtes, dicentes: *Tolle, tolle, crucifige, crucifige illum*, quam illud benignum benigni iudicis iudicium, *Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in eam lapidem mittat*. Non ſic Sanctus ille, non ſic, qui cum audiſſet aliquem graviter peccaſſe, ſtatim proſiliit in fletũ, dicens: *Ipſe hodiè, ego cras*. Tu itaque Paſtor bo-

Superbia dæmon.

Matth. 11.

2. Reg. 6.

Occaſio ſuperbiæ eſt materia humilitatis.

Eccli. 32.

Matth. 7.

Rom. 13.

Vt corripiẽdi deliquẽtes.

Genes. 18.

1. Timot. 1.

Genes. 39.

Ioann. 1.

Prou. 20.

Ieann. 19.

Ioann. 8.

ne, summi Pastoris imitate exẽplum, esto in illis, quasi vous ex ipsis, vt pietatis induitus affectum, sis stabilis in eõmonitione colloquij: sis prudens, & sollicit⁹ in prouisione subsidij: sis pareus, & tibi minus indolgens in perceptiona commodi: sis iustus, & rationabiliter incedens in æquitate judicij, aut certè misericordiam supereaalitãs iudicio, vt idem consequaris & ipse. Hanc autem misericordiam quam vltimò contigimus, qua in vltimis maximè indigebimus, nobis omnibus Pater misericordiarum concedat: & qui nos vocavit in opus sollicitudinis huius, ipse in oobis, & pro nobis bonum promoueat: & qui sine ipso nihil possumus facere, quemadmodum nec palmes fructũ ferre, nisi manserit in vite. ipse nos tanquam veros palmites, perpetuò manere faciat in se vera vite, vt postremò perveniamus ad ipsum fontem vitæ, Iesum Christum Dominum nostrum: cui est honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Sermo 2. D. Elia Dunensis Abbatis.

Ioan. 14. *Si quis diligit me, sermonẽ meum seruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, &c.* Cũ sit perdifficile negotium, in multitudine loqui, vbi ætatis & morum diuersa conditio est: non sine verecundia in tam reuerendo collegio iuuenculum onus loquendi suscipio: cui nec scientia suppetit ad doctrinam, nec ad exemplũ sufficiens vitæ meritum suffragatur. Memor tamen, quia subiugale
Num. 12. motum corripuit Prophetæ insaniam, & leprosi
4. Reg. 7. salutem Samariæ nuntiari: tutius & libentius exemplo hoc fungar vice cotis, acutum quæ ferrum valet reddere, licet expers ipsa secandi. Proinde recordate mei, Dñe, omnipotentatui dominans, & da sermonem rectum & bene sonantem in os meum, vt placeant verba mea tibi pro aliis, & tam pro me, quàm pro aliis placent te. Placebunt autẽ, si prudenter & rectè per discretionis prouidentiã exquisita, & ad virtutem audientiũ eum omni fortitudine humilitate ꝓbata: placabunt verò, si verborum virtutes eõpuncti peccatores ad pœnitentiam conuertantur, pigri ac dasides ad currendũ fortiùs animentur, fortes & alacres in amorẽ Dei fortiùs solidentur. Tota sacræ intẽtionis summa circa tria debet versari: vt ad ampliorem dilectionem corda audientium moueantur: & de diuersis mundi partib⁹ congregatos illo nos igne per Spiritũ sanctum cooriatur cælitus inflammati, quem Dñs
Luc. 12. noster Iesus Christus misit in terram, & voluit vehementer accendi. Huius rei experimentum non fallax, sed certitudinis euidentissimũ est argumentum, si professioni vocis opera ipsa respondeãt, & dilectionis mentum emendet executio mandatorum: quia, iusta venerabile dictum S. Gregorij, ꝓbatio dilectionis exhibitio est operis. Hinc est, quòd in hodierno Euangelio Iesus dilectus Sponsæ candidus & rubicundus, veros, ac dilectos dilectores suos à ficto diligentibus eum manifestis indiciis, & certa ratione distinguens, ait.
Ioann. 14. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.* In quibus verbis ostenditur conditio propositi, executio mandati, consecutio vtilitatis & cõmodi. Conditio propositi, *Si quis diligit me*: executio mãdati, *Sermonem meum seruabit*: consecutio vtilitatis & commodi attenditur in trib⁹ membris consequentibus, *Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Conditio propositi remouet violentiam, & statuit libertatem arbitrij: executio mandati parit obedientiam, & tendit ad expectationem promissi: potrò cõsecutio vtilitatis & commodi in iucunditate spiritus, iam ex parte prælibata delicias æterni præmij. Auctor vniuersitatis & Dominus, primũ hominem in sui conditione libero donauit arbitrio: quo non solùm libet esse posset à necessitatis coactione, verumetiam à peccato, & miseriarum perpessione. Post prævaricationem mandati libertas illa depressa est, & ex magna parte tam perdita: adeò vt nec sine peccato possim⁹ viuere in isto corpore mortali: nec diversis miseriis pro stat⁹ varietate quotidie nõ turbati: sicut scriptũ est. *Homo brevis viuens tempore, Iob 14.*
repletur multis miseriis. Interim manet libertas à necessitate post peccatum, æquè vt ante: quia sicut tunc cogi non poterat, ita nec modò. Manet vtique libertas voluntatis, vti etiam sit ipsa capacitas meritia: quoniam, sicut ait B. Bernardus, nec *Bern. tract.*
peccato, nec miseria auferuntur, vel minuitur: nec *de Grat. &*
maior est in iusto, quàm in peccatore: nec plenior in Angelo, quàm in homine. Siquidẽ tam plena est in malis, quàm in bonis: sed in bonis ordinatior. Tam integra, pro suo modo, in creatura, quàm in Creatore: sed in isto potentior, & gloriosior. Et ideo voluntas apud Deũ meritò iudicatur: quia ab omni necessitate libera, potest pœnã mereri, vel gloriam. Idcirco Dominus noster nemine violenter impellit, neminem ex necessitate constringit: non destruens, sed statuens libertatẽ arbitrij, vt ex voluntate meritum augeatur: quia neminem iudicat salute dignum, quem priùs non probauerit voluntariũ. Omnibus sub libera conditione proponit. *Si quis diligit me*, &c. Nullus decipitur, nullus excluditur, vel eacipitur: sed si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Inter omnia præcepta, quæ fidei Christianæ cultorib⁹ proponuntur, sola dilectio cuiusdã excellentiæ præeminet dignitate: quoniam ipsius testimonio veritatis primum & maximum est mandatum, *Diliges* *Matth. 22.*
Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. In hoc enim præcepto totius philosophicæ disciplinæ continetur integritas. Hic physica: quia omnes omnium naturarum causæ à Deo sunt. Hic Ethica: quia morum numquam formatur honestas, nisi cùm ea quæ diligenda, & quomodo diligenda sunt, diliguntur. Hic Logica: quia lumen & veritas animæ rationalis non nisi in Deo, vel Deus. Hic Reipubblicæ salus: quia ciuitas nũquam bene custoditur, nisi quando cõmune bonum diligitur, q̃ est Deus. Et ideo mandatũ de dilectione nobis ꝓponitur, & præponitor aliis mãdatis: sine qua sola salus haberi non potest. *Diliges Dominum Deum tuum.* Tũc bene diligi, si omnes motus tui sint de Deo, & ad Deum. Sunt autem quidam mot⁹ neque de Deo, neque ad Deũ: vt quando mouemur ad carnalem concupiscentiam, ad furtum, homicidium, & his similia. Quidã verò sunt motus de Deo, sed non ad Deũ: vt quã- *Quinam*
do mouemur ad illicitum iumentum, vel blas *motus à*
phemiam. Sunt & quidam motus ad Deum, sed *Deo, & ad*
non de Deo, vt quando necessitatibus proximorũ *Deum.*
subuenimus misericorditer. Denique sunt quidã motus de Deo, & ad Deum: & hi in futuro, quãdo eum & sine difficultate videbimus, & perfectè diligemus: & ipso sine aliqua interruptione fruemur. Est ergo De⁹ diligendus, & ob sui meritum, & ob commodum nostrum: siue quia nihil iustius, & ob commodum nostrum: siue quia nihil iustius, siue quia nihil potest fructuosius diligi. Si causam quæris, & modum: sicut ait Pater noster, causa diligendi Deũ Deus est: modus, sine modo diligere. Nec absque præmio diligitur Deus: etsi absque præmij intuitu sit diligendus. Se dedit in me-

ritum, se seruat in præmium, se apponit in refectionem animarum sanctarum, se in redemptionem distrahit captiuorum. Talem itaque Dominũ Deum tuũ diliges ex toto corde, tota anima, tota mẽte tua: id est intellectu sine errore, voluntate sine contrarietate, memoria sine labore. Quodquidẽ ex parte nunc est in via: quandoque perfectiùs erit in patria. Ad hanc dilectionem sicut omnes benignus Magister inuitat: ita omnib' ad sui cognitionem argumentũ probabile præstat: vt si verè Deum diligunt, id operum veritate demonstrent. Hinc est ergo, quòd dicit, *Siquis diligit me, sermonem meum seruabit.* Sermo tuus, Domine, veritas est: veritas Dei vna est, qua illustrantur animæ sanctæ: sed in hominibus plures sunt veritates, sicut ab vna facie plures in pluribus speculis refulgent imagines. Itaque sermonẽ Dei seruare, est in veritate ambulare, veritatem ex corde & ore profetere, secundùm veritatem iudicare, pro veritate libenter decũbere. Primum pertinet ad vitæ innocentiam, secundum ad fidei constantiam, tertium ad iustitiæ executionem, quantum ad perfectissimã caritatem. *Maiorem* enim *hac dilectionem nemo habet*, &c. Ergo in primo est homo simplex & rectꝰ, in secundo confessor inuictus, in tertio cognoscitor Iudex iustus, in quarto victor mortis obtinet gloriosus. In primo vivit homo sine fermento malitiæ, in secundo ambulat sine duplicitate, in tertio gratiam exercuit, & odium, in quarto acceptabile seipsum Deo offert holocaustum. De primo dicitur. *Deduc me, Domine, in via recta, & ingrediar in veritate tua.* De secundo. *Sit sermo vester est est, nũ non.* Est autẽ sermo noster est est, non non, quando duplici veritate, cordis videlicet, & oris, aliquid asserimꝰ, vel negamus. Et sicut electi pro hac duplici veritatis confessione vestientur duplicibus, & in terra duplicia possidebunt: sic reprobi, qui in corde & corde loquũtur, pro falsa duplicitate inducetur sicut diploide confusione sua, & duplici contritione conteret eos Deus. De tertio dicitur. *Iudica iustè proximam tuum.* Hoc iudicium veritatis in se commendat Dñs dicens. *Sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est.* Hoc iudicio veritatis Daniel liberauit Susannam, misericors Iesus in adulterio deprehensam, Salomon veræ matri propium filiũ reddidit, ac per sententiã mortis eum à gladij morte liberauit, ne gladio diuisus interiret. Ergo ne moriatur, morti adiudicatur. Hoc iudicium veritatis impugnant timor, odium, & amor. De iudicio timoris dicitur, *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum.* De iudicio odij: *Tolle, tolle, Crucifige eum.* Ad iudicium amoris pertinet, quod David dicit, *Parce filio meo Absalon.* Porrò, de diuisionis membro, ipse Dominus dicit: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, anima autem non habent quid faciant.* Hac animati fiduciã, iuuant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij, quod digni habiti essent pro nomine Iesu contumeliã pati. Hac animati fiduciã, Sancti ludibria & verbera experti, insuper & vincula, & carceres, lapidati sunt, secti sunt, in occisione gladij mortui sũt pro Christo, qui veritas est. Vt igitur sermo Christi verè seruetur, qui priuatam vitam agit, simpliciter ambulare studeat in veritate. Qui requisitus fuerit testimonium perhibere veritati, sine timore, sine ambiguitate, vel duplicitate, veritatem studeat ex corde & ore proferre. Qui locum tenet Iudicis, sine personatorum acceptione, secundum veritatem studeat iudicare. Cui verò causa, locꝰ, & tempus, iuxta rationem persuaserint animam

Ioann. 14.

Ioann. 15.

Psalm. 85.
Matth. 5.

Lenit. 19.
Ioann 5.

Ioann. 12. & 19.

2. Reg. 18.

Matth. 10.

pro veritate, non dubitet libenter succumbere. Secundùm diuersas hominum qualitates, differentias gradum, & gratiarum diuersitates, diuersis modis exercuit via mandatorum Dei, & sermo Dei à variis adimpletur. Iob per patientiã, Abraham per obedientiam, per castitatem Ioseph, Moyses mansuetudine, constantiã Iosuë præeminebat, & quilibet eorum pro modo suo placuit Deo, & iustus est iustus. David humilia saltando placuit, non propter saltum, sed propter deuotionem. Filij Israël cantauerunt Domino, & de perceptis beneficijs gratias exhibentes, acceptꝰ sunt et Tu vero, quisquis es: qui placere contẽdis, si ubi vas est, casta; si mollia bracchia, salta; & quocunque potes arte placere, place. Non dico tamen hominibus, sed Deo; *si enim hominibus placerem, seruus Christi non esset*, ait ille discipulos Iesu, verus seruus Christi Omnipotens Deꝰ, qui omnes potẽter creauit, misericorditer omnes redemit, no despicit personam pauperis, nec honorat vultum potentis, cuiuscunque sit gradus, ordinis, vel dignitatis: in omni gente vel natione, qui facit voluntatem eius, accepti os est ei qui respexit ad Abel & munera eius, non plus appretiatur dimidium bonorum Zachæi, quàm contenuta vidux, quàm calicẽ aquæ frigidæ de manu pauperis, quam is ex bonã voluntate dedit. Sacrificium bonæ voluntatis facit, *vt veniam pauper quo negradiri ad aram, & placeat cœlo, non minus agna bona.* Cum igitur Dominus noster medium & communem se præstet omnibus, ita vt nullus sit, qui de venia debeat desperare, non cogẽdo, sed proponendo, ad dilectionem sui, & mandatorum executionẽ æqualiter omnes inuitat, dicẽs. *Siquis diligit me, sermonem meum seruabit.* Sed ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, Dñe: ecce diligimus, & diligemus te: sermonem tuũ seruabimus, & seruabimus *in æternum*, te donante. Sed quo fructu, quo præmio, Iesu bone quid dabis nobis? *Pater*, inquit, *meus diliget eum*, &c. Hæc est prima, quam diximꝰ, consecutio vtilitatis & cõmodi: quæ triplex in se continet bonum: 1. in secreto voluntatis bonæ, 2. in frequentia visitationis, 3. in perfectae actis felicitatis. 1. est in affectu, 2. in effectu, 3. sine defectu vt diligat, vt videat, & maneat. Felix ille, qui diligit: felicior, ad quem diligens venit: felicissimꝰ, in quo sedem & mansionem facit. Porrò diligere Dei tripliciter accipitur. Diligit, id est ad vitam prædestinat, & ita diligit solos prædestinatos. Diligit, id est in tempore gratiã apponit: & ita diligit iustitiæ bonorum operum ambulantes. Diligit, id est in suo esse conseruat: & ita diligit omnia. Vnde scriptum est. *Nihil odisti eorum, quæ fecisti.* Ad illos autem quos diligit, frequenter venit: sed veniendi causa diuersa est. Venit enim tamquã mercator, tamquam magister, tamquam iratus, tamquam medicus, aut tanquam hospes. Tanquam mercator, affluentiam temporalium largiendo, vt per ea sic alliciat ad fidem, & mandatorum custodiam, sicut dicitur: *Dedit illis Regiones gentium, & labores populorum possederunt, vt custodiant iustitiam eius, & legem eius requirant.* Venit tanquam Magister, vt instruat, occulè à inspiratione insinuans voluntatem suam, nutibus nomen suum, sicut scriptum est: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Audiam quid loquatur, vt obaudiam ei qui loquitur. Et Isaia legimus. *Ego Dominus docens te utilia, & gubernans te in via, qua gradieris*, quasi Dei virtus. Sapientia, qua docta Grecia nihil habet sublimius: virtus, quæ sufficere po-

Ioann. 14.

Sap. 11.

Psalm. 104.

Psalm. 84.

Isai. 48.

test. Iodeis signa quærentibus, venit tanquam iratus, vt feriat variis tentationibus, iniurijs, damnis rerum, molestijs corporum, affligens & cruciatus, vt à malo remoueat, promoueat ad bo-
Psalm. 52. Es 15. oom. *Implefacies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine*, ait Propheta. Et illud: *Multiplicata sunt infirmitates eorum, & postea*, quid factum est? *accelerauerunt* ad correctionem. Asina enim Balaam afflicta, quādoque Angelom videt, quem ipse Propheta non videt: quia caro molestijs oppressa, spiritum ad sui cognitionem ducit, quam in statu prosperitatis habere non potuit. Venit tanquam medicus, vt sanet, semiuiui vulneribus oleum & vinum infundens, & non solū lauans maculas peccatorum, sed etiam languores corporum curans. Ait de puero Centurionis, *Ego*
Matth. 8. *veniam & curabo eum.* Tanquam medicus sapiens & potens, occidit & vioificat, percutit & sa-
Deuter. 32. nat. *Ego*, inquit, *occidam, & ego viuere facia* &c. *Occidam* in eis vitam culpæ, quia in voluptatibus carnis, & delitijs viuentes mortui sunt: *& ego viuere faciam*, in statum meliorem mutatos, vitam gratiæ illis tribuendo, vt postremò perueniant ad
Coloss. 3. vitam gloriæ, de qua dicitur: *Cum enim Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.* Venit tanquam hospes, transeundo per infusionem gratiæ, affectū deuotionis indulgens & pro conseruatione humilitatis vtiliter ad
Isai. 54. temp⁹ se subtrahens. *In momento*, inquit, *indignationis meæ, abscondi paruum per faciem meam à te, & in misericordia sempiterna recordatus sum tui.* Illi autem per quos frequenter transitum facit, de facili obtinebūt, vt maneat; si eum venerit, inueniat domum paratam, & virtutibus ornatam. Quod figuraliter inuenit Sunamitis illa, quæ de Helisæo ad virum suum loquēs, dicit: *Animaduerto, quod vir Dei sanctus est iste, qui per nos transit frequen-*
4. Reg. 4. *ter; faciamus ergo ei cœnaculum parvum, & ponamus in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum, vt cum venerit, maneat ibi. Facta est igitur dies quadam, & veniens diuertit in cœnaculum, & requieuit ibi.* Congruus ordo per omnem modū. In die venit, in die diuertit, & in die requieuit; nimirum, dies ille in quo tenebræ non sunt vllę. Sit ergo cœnaculum, cor hominis ad supernæ suspensum: sit parvum, quod se in humilitate contineat; ponatur ibi lectulus, vt à mundanarum rerum strepitu semotus, quiescat: sit mensa refectionis, vt sacræ scripturæ fercula diuersis se pascat; sit sella discretionis, vt operta sua discernat & dijudicet, & seipsum districtè iodicet. Postremò, sit ibi candelabrum, vt claræ opinionis radios circomquaque diffundat. Est itaque cœnaculum idoneum ad hospitem suscipiendum; paruum ad humilitatis solidum fundamentum: est lectulus, ad dulcedinem coremplationis; est sella, ad cautelam & discretionem iudicij: est candelabrū positum in sublimi, ad exemplum benè viuendi, vt luceat omnibus qui sunt in domo Dei. Taliter oportet ornetur & ordinetur domus interioris hominis nostri, vt cum venerit ad nos verus Elisæus, & ita inuenerit, non transeat, sed maneat ibi. *Mane nobiscum Domine, quoniam aduesperas-* *Luc. 24.*
cit, & nobis omnibus dies extrema est, vel in infidijs. Mane nobiscum, vt & nos maneamus in te. Quia si manseremus in te, manebis in nobis, & sic erit nobis plenum gaudium de ea quam præstolamur, perseuerantiā felicitatis. Omnium quippe laus in fine exaltatur, & inter virtutes, sola perseuerantia coronatur. Cuiuslibet causæ iudicium ab extrema sulcet expectari sententiā; quoniam finis causa est cum proponitur, iudicium cum discutitur; sic sententia dicitur, cum terminatur. Nec antè licet conqueri de iudice, quam fuerit promulgata sententia; vt tunc potissimùm liceat probare vel improbare iudicium, cum iam fuerit per sententiam terminatum. Sic serenum matutini solis ortum subsequens tempestas obnubilat, & temporis intemperiem, & pluviarum iniuriam quandoque clementior aura serenat: vt semper vespere laudari possit serena dies: cuius enim finis bonus est, ipsum quoque totum bonum est. Sic Iesus, *cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem* *Ioann. 13.*
quoque *dilexit eos.* Ad hoc facit, quod Abraham obii plenus dierum: quod Daniel videt Angelū *Daniel. 9.*
io tempore sacrificij vespertini: quod Iesus in cruce moritur: quod inter fratres, Ioseph tonicā talari induitur. Ad hoc facit, quod Apostoli jubeotur excutere pulverem de pedibus, io quibus finis est corporis: quod mulieres post resurrectionem, accessernnt, & tenuerunt pedes Ieso. Teoni enim, nec dimittam, ait illa diligens & di- *Cant. 3.*
lecta. Sic (quod penè prætermiseram) Israël diligebat Ioseph super omnes filios suos, eò quod *Genes. 37.*
in senectute suā genuisset eum. Quia quilibet justus videos Deum, aut humiliter per Scriptorarū intelligentiam, aut certè, dulciùs per morum experientiam, illud opus bonum quod ei augmentator ad præmium (Ioseph enim interpretatur augmentum) specialiter amplectitur, & salvum sibi reputat, & perseuerātia senectutis commūdat. Prævijs authoritatibus & exēplis, virtus nobis per seuerantię commendatur: cui summo studio debemos intendere, qui volum⁹ ad æternam requiem peroenire. Maneamos igitur in dilectione Dei, & fermonem eius servem⁹, vt qui prior dilexit nos, ipse amplius nos diligat, & ita diligat, vt per frequentiā visitationis & consolationis ad nos veniat, & ita veniat, vt non transeat: sed in nobis sedem ęternam, & mansionē faciat Christus, Amen.

EPISTOLA HERIBETI SARDINIÆ ARCHIEPISCOPI,

OLIM ABBATIS DE MORIS.

Hæreticos recens exortos in Petragoricensi provincia, eorumque peruersa dogmata describit.

OMNIA vs Christianis notū esse copio ego Heriberrus Monachus, vt se cautè agant à pseudo-Propheris, qui Christianitatem peroertere oitūtot. Surreactūr enim in Petragoricensi regione quāplores hæretici, qui se dicunt Apostolicam vitam docere: carnem non comedunt, vinum non bibunt, nisi permodicum tertia die, centies in die genua flectunt, pecuniam non recipiunt. Illorum autem secta valde peruersa est, & occulta. *Gloria Patri*, non dicunt, sed pro *Gloria Patri, Quoniam regnum tuum, & tu dominaris vniuersæ creaturæ in secula seculorum.* Amen. Eleemosynam nihil esse, quia vode fieri possit, nihil debere possideri,

possideri, Missam pso nihilo ducunt, neque communionem percipi debere dicunt, sed fragmentum panis. Missam si quis cantauerit seductionis causã, nec Canonem dicit, nec cõmunioem percipit, sed hostiam ioxia aut tetro altare, aut in Missale proijcit. Crucem, seu volrum. Domini non adorant, sed adorantes psohibent, ita vt ante vultum Domini dicant. O quàm miseri sunt qui te adorant, Psalmo dicente: *Simulachra gentium*, &c. In hac seductione quamplures ja noo solùm oobiles psoptia teinquenses, sed Clerici, Presbyteri, Monachi & Monachæ peruaneront. Nullus enim tam rusticus est, si se eis coniunxerit, quin infra octo dies tam sapiens fiat litteris, vt occ verbis, nec exemplis ampliùs superari possit. Nullomodo detineri possunt: quia si capiuntur, nulla vinctiooe possunt seruari, diabolo eos liberante, & ita petoctsi vi sperent & velint inuenire eos qui se cruciant, vt morti tradãt. Faciunt quoque multa signa. Nam siquibi fetreis carceis, vel compedibus vincti, missi fuerint in tonnam vinariam, ita vt fundus sursum vertatur, & custodes fortissimi adhibeantur, in crastino non inueniuntur, quoadvsque iterum se volutatiè repræsentauerint: vas vioi vacuum ex suo vioo passumpet immisso, in crastino plenum inuenitur. Alia quoque permulta & mira faciuot. Princeps eorum Pontius vocatur.

EPISTOLA

CVIVSDAM ANDREÆ MONACHI AD QVEMDAM DOMINVM.

Licet misericordiæ Dei mano de laco miseriæ, & de luto fæcis, cui satis & super intedimus, nos educeote, parte val ex modica pericula mortis, quæ nos inuenerant, ac sæculi fluct⁹ euadẽtes, tollere crucem, & sequi Iesum, ideoq; in spe gaudere, ipso donaote cœpimus: sæpius tamen, dum quasi de litto: e familiares & amicos inter vndas & procellas sæculi laborantes, vel quod magis dolendum, se laborare nescientes, sed tamquã Sirenarum pericolis, amore mundi fallentes, & dulcedine captos, obtenebratis cordis oculis, ad profundæ mortis pericula properare aspicimus quantulacũque mentis nostræ quies turbatur: & vtcũque tam prægustatum gaodium proximorum cõpassione fuscatur. Verumtamen mihi oon parum de vobis solicito, dilectissime Dñe (cuius familiaritatem, dilectionem, ac liberalitatem esga meæ paruitatis indigentias, quia plenè nõ possum eoomerare, penitus intermitto) mihi inquã de vestra salute sollicito, quem tam sæcularib⁹ quàm Ecclesiasticis negotiis, vel huooribus occupatissimũ scio: quem tãdiu in mundi amoribus, imò, vt salua vestri reverentia dicam, in immundis ambrib⁹ iacuisse, ac deperisse condoleo, non minimũ Dñm Aimerici Abbatis amici nostri eontulit aduentos, dicentis, prudentiã vestram ab impetitia mea perete de religione, ac vitæ meliosatione vel motatioue consilium. Quãuis n. vos instituere vel docere, quid specialiter agere, quo vel quò Religionis gratia pergere debeatis, imperitiæ meæ conteius nõ præsumam, indicibilitet tamen de hac vestra tam humili, tam religiosa gaudeo petitione: cõfitens in dño Iesu, quia qui cœpit in vobis opus bonũ, inspirando tam sanctam voluntatem, tamq; piom desiderium, ipse perficiet, largiẽdo pij desiderij, sanctæque voluntatis effectum. Vnde quia corporaliter nequeo, mẽte ac spiritu vestris genib⁹ prouolutos duleissimam mihi dilectionẽ vestram precor, psecans exhortor, consolite animæ pereunti, pudete amici vestri, mei dico, solicitodini atqoe timoriut quẽ iam ex magna parte lætificastis de vestro bono desiderio, perfectiùs & amplius citissimè lætificetis de facto. Puderet me, fateor, quia monco imperitus pe itum, minim⁹ magnum, discipulus magistrum: nisi caritas, quæ non quærit quæ sua sunt, doceret me, & quasi, osoximo timese malũ: & optate amico, quod iam adeptus sum, vel quod adhuc adipisci desidero, bonũ. Quapropter familiariter ac simpl cter eum vestra Reue ctia cehis, quæ ad amio.æ vestræ salutẽ spectare credo, adhuc al qua locuturus, timere nõ debeo, oc videat ouesotua. Itaque iuter rogo vestram prudentiam, vbi diutius vos manerũ putatis, in hoc sæculo, an in furoro? Respondebitis, credo, q̃ quilibet de plebe, io futura plus sine villa cõparatione, quã in hac vita. Si ergo non dubitatis, ad sæculũ illud, velitis nolitis, venturum, ibique sine fine victurum: quo pretestis animum vestrum tam sapientẽ, tam providum, ad hoc adducere, vt de fugitiua hac & fragili vita, quam statim relinquetis, imò maxima ex parte iam reliquistis, ampliùs curetis, cogiteris, fatagatis, quàm de furora lamiã affrituta, oumquam relictura, sed sint sine mantura? Quare cùm intuemini domos vestras, borrea, pecuoias, familias, possessioner, & cetera bona vestra, non dicitis in animo vestro: Ecce hmoneio, huie vitæ, quæ iã tota defluxit, & quam iam quasi per cau'am vix tenes, quanta acquisisti, quanta cõgregasti, quanta præpassasti. Vbi sunt, quæ p. o vita, in qua speretis, acquisita sunt, congregata, & parata? Tu vo⁹ homo es, vnlos homiris victu ac vestitu indiges. Quare ego tot & tanta ab alus conturd parere animæ tuæ solicitudines & pericola congregasti, & tibi in furoro tam pauca procuraste, tam exiguos prouidisti? Hæc peto supplex, vt frequoteter cogitetis. Copio n. & molùm cupio, quia id vestræ saluti nõ parũ expedire cognosco, vt relictis ómibus laicis & Ecclesiastitis hoooib⁹, quos fioc peccato vix, aot nũquam acquirere, vel possidere poturistis ita propter Christum humilis & paoper moriamini, quatenos nihil omnino sit, quod dimittere aut date possitis: nihil, vnde eogitare, nisi taotùm de animæ vestræ salute cogamini. Valete.

Gratias agim⁹ vestræ beolgnitati, de familiaritate ac beneficis, quæ Dño Aimerico, fratri nostro in Christo dilectissimo, Raimbaodo qooque & Gofrido, carissimis fratribus & amicis nostris impẽdere vestra dilectio oõ desistit. Carissimam nobis sororem vestrã saluramus: & oramus, vt in suis osationibus, & bonis operib⁹ nostri oon obliuiscatur. Salutate, precor, Theobaud⁹ amicum nostri: cui⁹ dilectioni ac beneficiis recognosco me fuisse, & adhuc semper esse obnoxium. Iterum valete.

ARNVLPHI MONACHI DE BOHERIIS,

Opusculum, Speculum Monachorum inscriptum.

SI qua emendationis vitæ desiderio tactus, cogitationum, locutionum, operumque suorum solicitus explorator, vniuersos excessus suos corrigere omnit, in præsentis paginæ frequenti lectione & assidua meditatione, tamquam in speculo, interioris hominis sui faciem contempletur. Inprimis ergo ex quo surgit ad vigilias, vitæ suæ tempus per momenta singula debet monachus computare, & videre semper, vt bonum faciat, & malum caueat in omni opere suo; & hoc dicat sibi, si modo motitorus esses, faceres istud? Ad Psalmodiam cor habeat, oisi fortassis ad aliquid sublimius rapiatur: sed etiam omnium quæ ibi dicuntur, vsque ad vnam literam se pro certo nouerit debitorem; vel dicendi in choro suo, vel audiendi in alio. Ad interuallum debet stare ad orationem, vel corporis necessitati prouidere: ita rameo, vt vadens nouerit sibi dici, *Sursum corda.* Est autem spiritualis propositi detrimentū, si cogat infirmitas rigoris pristini aliquatulum relaxari. Post lectionem est orandum: & si ad legēdum accedat, non tam quærat scientiam, quàm saporem. Est autem Scriptura sacra puteos Iacob, ex quo hauriūtur aquę, quę in oratione funduntur. Nec sempet ad Oratorium est eundum: sed in ipsa lectione potetit cōmpleri & orare. Sacris altaribus, si Sacerdos est rāquam vnus ex summis Angelis, in spiritu totus assistat. Si minister, tamqoam Angelus Domino ministret. Cum alijs eat ad laborem; vbi consideret nou, quid agat; sed propter quid venerit. Cessante manu, spiritus laboret, vel orando, vel meditando: quāvis & in ipso labore idipsum facere teneatur. Ad mensam non solùm fauces cibum capiant; sed etiam aures exhaustiant verbum Dei. Noo animdeber totus mandocare: sed sic occupetur coc ad Deū, vt solę faucea sumant cibum, aures verbum. De hoc autem plurimùm gaudeat, si ei viliora quàm alijs apponantur. Nam reuera felicioree sunt, qui io parcitate sustinēdi fuerint fortiores. In gratijs agendis pro duobus sibi oouerit supplicādum; vel pro peccatis eorum, quorum eleemosynis sustentatur: vel forsitan pro seipso, quia corpori suo supra necessitatem indulserit. Si vocatur ad colloquium, secūdùm Regulam leuiter & sine risu, pauca verba & rationabilia loquatur: & antequam ea proferat, bis ad limam veniat, quàm semel ad linguam. Si cum sæculari loquendum est, tunc maximè adhibeat custodiam ori suo, vt nihil proferat, quod noo ædificet audientē. Sic in cunctis se habeat, vt ædificet videntes: & oemo dubitet, cùm viderit eum, vel audierit, quin verè sit Monachus.

Post Completorium singulis diebus capitulū sibi teneat: & conuocatis cogitationibus suis ponat rationem diligentet, quid ipso die cogitatione, locutione, vel opere deliquerit publicè vel priuatim; per singulas ooctes lectum suum lauans, hoc est singulis peccatis lachrymis & doloribus purificatis, diligenter de singulis computet: in crastino publicè de apertis, de occultis verò facturus confessionem sacretò: quę vt perfecta sit, tria debet habere: scilicet vt sit voluntaria, nuda, & munda. Voluntatia, idest propria deliberatione & proposito. Nuda, vt nudè proot gesserit confiteator peccatum suum. Munda, ne peccatum suum præcedet sicot Sodoma: sed pura & simplici intentione se accuset. In capitulo qui publicè offendit, manifestè reuelet, tanquam assistens iudici. In omnibus sic ibi loquatur, tespōdeat, vel proclamet, vt sermo eius interiùs vel exteriùs sit perūctus oleo charitatis Anemine qualecunque munus accipiat. Naminem habeat familiarem. In omnibus fugiat singularitatis vel admirationis notam. Loqueus oihil dicat, vnde multum eruditus, multumve religiosus possit putari. Ad interrogata, pauciresspondeat. Si da scriptura vel moribus agatur, aurem paret, non linguā. Cùm loquitur, non studeat eloquentiæ: sed sermo eius si ponùs rusticanus quàm vrbanus. In omnibus agendis non studeat curialis videri. Salua honestate fugiat omnes homines in potestate positos, maximè sæculares. Sectetur communia, orationes, labores, lectiones, & teteras obseruantias: in quibus noo sit, tanquam virtus Efficaim, docta diligere minuram: idest ad huiusmodi nō consuetudine, sed deuotione trahatur. Oationes qoæ imperantur, primo loco habeat, nec sibi blandiatur de priuātis orationibus sois (qoę in secundo loco ei habeudæ sunt,) cùm in præceptis orationibus desidiosus fuerit. Si autē familiaritas interdicitur hominū: quantò magismulierum! Sit facies commoou cum teteris, intus verò dissimilis: hoc est nō nimia graoitate contracta, nec nimia locutione dissoluta, sed booa quadam [illegible] ornate regatur: vt de S. Martino legitur; [illegible] non fuscaretn error, nec lęuigauit risus. Est enim prudentis animæ, thetaurum suum solicitè custodire [illegible] re Moysi) coruutam velate fa[illegible] risu, qui tamen modestiua sit, [illegible] gloriam hominis, & mentis grauitatem absconde.e. Cōparanda est dies instans diei præteritæ: vt ex eo cum collatione suum deprehendere possit monachus vel profectum, vel defectum. In omni actu vel tagitatu suo sibi Deum adesse memoretur: & omne tempus, quo de ipso non cogitat, peredidisse se computet. Ted oastectua componat se meditando supra petiam, in qua lauantur motui: & cogitet apud se, quomodo tractantur tbi sepelicndi: nunc in faciem, nunc in tergū uertantur: quomodo nutet caput, cadāt brachia, rigeant crura, tibiæ jaceant: quomodo induantur & consuaotur, qūo deferantur humandi, qūoin tumulo exponantur, qūo fulcere conteganter, quomodo vorentur à vermibus, & quasi sæcus putrefactus consumantur. Sumo a enim Philosophia est meditatio mortis assidua. Hanc vbiq; secum habeat, & in æternum non peccabit. Sic monach' quasi Melchisedech, sine patre, sine matre, sine genealogia: nec parrem sibi voeet super terrā. Imò sic se existimet, quasi ipse sit solus, & Deus. Eece habemus otdinē & modum viuendi remediū verò pollicetur assiduitas reuendi Captulum, seu examen superiùs expressum. Semel minus in hebdomada confiteatur: vt veniam e petpetratia mereatur, & maiōr ei detur gratia vitandis malis, Amen.

AOJ 1671122